




Ex Bibliotheca Canonicorum Praemonstratensium in Steingaden.
1786.



REVERENDI Patris Dominici Soto Segobiẽsis, Theologi, ordinis Prædicatorum, Summulæ.

SVMMVLARVM ÆDITIO secunda, nunc denuò in Summulistarum gratiam ab innumeris diligenter repurgata mendis.



Cum Priuilegio.

SALMANTICAE.
Excudebat Andreas à Portonariis.
M. D. LIIII.
Esta tassado en .200.


EL REY.


OR quãto vos Andrea de Portonaris mercader de libros, vezino de la ciudad de Salamanca, nos hezistes relacion, diziendo que vos teneys poder en causa propria de fray Domingo de Soto, prior de Santisteuan de la dicha ciudad, para nos supplicar os diessemos priuilegio para imprimir y vẽder todas sus obras, que hasta aqui hauia fecho, que son vna Epistola ad Romanos, de Natura & gracia, con vna Apologia contra Catharino, y vna Consultacion de los probres, y vna Repeticion de Tegendis secretis, y Summulas, Logica magna, y Phisica. Como parescia por vna escriptura signada de escriuano, de que ante los del nuestro consejo hizo presentacion, y nos supplicastes acatando ser obras muy vtiles y prouechosas, os diessemos licencia y facultad, para que vos solo, o quien vuestro poder ouiesse, pudiessedes imprimir y vẽder las dichas obras, o como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por los de nuestro consejo, fue acordado que deuiamos mãdar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon & nos tuuimos por bien. Y por la presente por os hazer bien y merced, os doy licencia y facultad, para que vos, o las personas que vuestro poder ouieren para ello, por tiempo y espacio de ocho años primeros siguientes, que corran y se cuenten dende el dia de la fecha desta mi cedula en adelante, podays imprimir y vẽder los dichos libros en estos nuestros Reynos y señorios, siendo primeramente tassados por los del nuestro consejo el precio, a como los ouieredes de vender, Y mandamos que por el dicho tiempo ninguna otra persona los pueda imprimir, ni vender, sin tener el dicho vuestro poder, como dicho es, so pena que pierda la impression que assi hiziere y vendiere, & los moldes, y aparejos con que lo hiziere, y mas incurra en pena de diez mil marauedis para nuestra camara. Y mandamos a los del nuestro consejo, Presidẽtes & Oydores delas nuestras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra casa y corte, y Chancillerias, y a otras qualesquier nuestras justicias de los nuestros reynos señorios, a cada vno en su iurisdicion que guarden y cumplan & fagan guardar y cumplir esta nuestra cedula, por el dicho tiempo delos dichos ocho años, y contra lo en ella contenido, ni consientan yr, ni passar. Fecha en Valladolid a diez dias del mes de Nouiembre. M. D. L. Años.

Yo la Reyna.

Por mandado de su M. su Alteza en su nombre.

Francisco de Ledesma.



PROOEMIVM FRATRIS DOMINICI Soto Segobiensis in secundam æditionem summularum



IS PVERI, SENES, RVDIMENtis, inquã, dialecticis, veluti puerilibus nucibus, manũ iterũ admouemus. Non quidem adeò senes: sed tamen id ætatis, quando studiis grauioribus prouecti, fœliciorẽ Theologiæ fœtũ parturiebamus: sanè quòd eã facultatẽ in hac florẽtissima Salmãticensium Academia, publico stipendio, anno iam septimo, nec infœliciter, profitemur. At verò cum assiduis atq; adeò improbis amicorum flagitationibus, tum in primis iussu maiorum, coacti sumus particulam studiorum dialecticorũ vsui impertiri. Enimuero cùm res dialectica his retrò annis triginta eò sophismatum extra proprias lineas prolapsa fuerit, vt nõ modò adolescentibus terribilis iam esset, atq; adeò inaccessibilis: verùm cunctis ludibrio etiam opprobrioq; haberetur, factũ est, vt principes academiæ suis illam gymnasiis, veluti barbaricum quoddam monstrum, exploserint, ac prorsus eiecerint, cùm tamen esset potiùs, velut frondosa arbor, amputãda, non extirpanda. Vtile enim semper fuit, vt nè quid nimis, &c, in vitiũ ducit culpæ fuga, si caret arte. Atqui, vt est per se euidentissimũ, quã sit dialectica cæteris scientiis adeundis necessaria, ita nec inficias ire, nisi pertinacissimus, potest, dialecticã Aristotelis, si nondũ contextũ accipias, ad rudẽ iuuentutẽ erudiẽdã instituẽdamq; nõ esse satis. Nam, præterq̃ quod phrasis ipsa aspera est, ac durior, quã pro iuuenũ captu, non abundè sufficit iuuenibus exercẽdis, tum vel maximè si Theologiæ scientiarumq; tradendarũ optimus is modus sit, quẽ scholastici per quæstiones excogitarunt, quod re vera, neq; osores isti scholassticornm inficiari possunt, Vt enim Hieronymi, Augustini, aliorumq; id genus doctorũ lectio apprimè sit, post sacram paginã: necessaria tamẽ nudam ex illis perspicuãq; veritatẽ eruere, nisi per quæstiones disputãdo, neutiquã possumus. Cuius rei, vel præclara Parisiorũ academia, atq; adeò, quæ apud nos simia eius est, Complutensis, multis retrò annis, magno nobis sunt experimento. Quas velut matres (nam hoc nomine dignos censebat eos Aristides, vnde disciplinarũ cultũ cõtingit haurire) summa religione semper suscipiam. Neq; alij Mercurio primos studiorũ meorũ vnquã fructus offeram. Sed & nostræ hæ scholæ Salmãticenses, iam olim vtroq; iure toto orbe illustrissimæ, post qui rem dialecticã artesq; liberales omni cura & diligẽtia colẽdas censuere, iam inde, cũ Medicinæ, tum præsertim sacræ Theologię, augmentũ, nec pœnitendũ quidem, susceperũt, Quibus proinde vniuersitatibus vehementer ego timeo, si modò pergunt exercitium dialecticę, ac naturalis philosophiæ, quæstionariosq;, quos vocant, authores, se prorsus relegare, nè tandẽ tãctũ rã incõmodũq; experti, in pristinũ rursus barathrum sophismatũ relabãtur, is nanq; est humani impetus ingenij, qui vix sese in medio cõtineat. Huic ergo

malo occurrere putabãt, qui me in hoc propositum inuexerũt. Videntur enim huiusmodi facultates eò præsertim in tantã tricarum, ac sophismatũ barbariẽ processisse, q̃ hac tempestate in iuuenũ manus inciderint, inter quos nos quoq; olim tempori inseruiuimus. Et enim, cùm primus ad philosophiam aggressus in Dialectica fiat, vsu proinde venit, vt iuuenes, modò valeãt ingenio, illuc summo impetu ferantur, atq;, vt est in illa ætate ingeniorum luxuries, foliis amplius, quàm fructibus exuberent. Et, quod fons malorum origóq; fuerat, quicquid iuuenum quilibet fortè excogitasset, nacta Chalcographorum opportunitate, impressioni mandare festinabant, quod tamen si nonum pressissent in annum, indignũ certè iudicassent, vt eiusmodi næniis, ac tricis alios exercerẽt, vexarẽtq;. Hisce rationibus mecum illi expostulabant, vt qui iam nunc de illis facultatibus maturiùs censerent possem, Summulas primum retractarem, mox ad Logicam Aristotelis, ac demum ad Philosophiam procederẽ. Vnde, si modò res pro opinione succederet, non infimè literarum studiosis consultum iri sperabãt, quibus non ergo suasibus adducti, arundines cum sene illo Græco, inter pueros lusuri, resumimus. Vbi id solùm mihi, quod Photioni illi Atheniensi considerandum est, nempe quid non dicam: Quid, inquàm, eorum quæ in priori æditione Sũmularum ante decem annos congesseram, omittere, ac recidere possim. Nec tamen quo rem facilem dilucidamq; reddamus, locos omnes difficiles, si modò fuerint necessarij, declinabimus: imò verò nõnullas dialecticorum captiunculas, paucaq; sophismata, ad iuuenum exercitium intermiscebimus: quando fieri nequit aliter, vt ad disputandum in aliis scientiis apti fiant, euadantq; instructi. Vt enim nulla ars est, aut scientia quæ suos non habeat scopos, ita neque dialecticam adeò quis peruiam existimet, quæ nullo negotio adiri possit. Nec quosdã rursus latinissimos dialecticos imitabimur, qui paucis ex Cicerone desumptis exemplis, putant Dialectico negotio fecisse satis. Latiùs enim Dialecticam patêre volumus, quàm Ciceronianis: quippe cùm citra eloquentiam Ciceronis possit quispiam Philosophiam conari. Ad hunc igitur modũ stylum temperabimus, vt nec barbarè, nec tamen è medio Latio accersitis verbis dicamus. Faxit Deus, cuius respectu solius prouinciam tam nobis ingratam subimus, diuino eius numine aspiremur, vt (quòd in gloriam eius cedat) fœliciter nobis opera hæc nostra cadat.



AEDITIO SECVNDA SVMMVLARVM FRATRIS DOMINICI Soto Segobiensis, ordinis Prædicatorum, artium, ac sacræ Theologiæ magistri, nuper recognita.

LIBER PRIMVS DE TERMINO.



HILOSOphiã obeuntibus dialectica est: quæ in ipso statim vestibulo sese primùm offert: sanè, quæ ad cæteras omnes scientias viã sternit. Est nanq; dialectica, vt nomen præfert, ars disputandi: quam nimirum viam peruestigandæ veritatis nobis natura muniuit. Atqui in triplici opere intellectus posita est, simplicium apprehensione, cõpositione, diuisioneq;, & ratiocinatione. Primum autem, atq; adeo indiuiduum elementum quod ad rem pertinet, Dialecticæ est, quam grammatici dictionem vocant, nos verò (vt neotericorum vsui hoc nomẽ demus) dicamus terminum. A quo perinde exordiri operæpre-
No.I. *tium est.*

Lectio vnica,

Summularum opus retractaturus mecum identidem consideraui, qua maximè ratione Dialecticæ studiosis meliùs consulerem. Quod eandẽ tunc optimè actum iri conijcio, si definitiones, diuisiones, & omninò necessarias regulas, in compendium redegero, quod si lubet, textus nuncupatione prænotetur, vt iuuenum quisq; modico negotio memoria retinere possit, quæ dialecticorum vsui sunt penitùs necessaria. In quo textu post primum librum de termino, de quo Petrus Hispanus nihil meminit, quàm minimè fieri poterit, ab eius textu deuiabimus, prærterquàm ꝙ nonnullos locos rescindere, nonnullos verò aut mutare, aut certè limare erit operæpretium. Et quia dum breuis esse laboro, obscurus fio, suam cuiq; textu interpretationem & disputationem subiiciemus. Totum autem opus hoc Summularum in libros quinque duximus distribuendum. Quorum primus est de termino. Alter verò de categorica enunciatione & proprietatibus terminorum eius. Tertius de oppositione & de modalibus & conuersione propositionum, & de propositione hypothetica. Quartus de propositione exponibili. Quintus denique de syllogismo. Atq; adeò in calce extra numerum, pauca verba de obligationibus & insolubilibus, importunissimis etiam sophistis concedemus. Nec tamen id nobis vitio dandum est, quod partitionẽ Petri Hispani non sequimur. Enimuero tractatus eius secundũ ac tertium prædicabilium, & prædicamentorũ, non censemus adeò necessarios summulistis: quippe qui ꝑspicuè satis à Porphyrio, & ab Aristotele traditi sunt. Quemadmodũ quĩtus, sextusq; tractatus, qui de locis & fallaciis inscribuntur: nõ sunt iam in vsu Summulistarum, propterea quòd copiosè sunt apud Aristotelem in topicis & elenchis. Eos igitur solos libros impendimus nos Summulistis, qui sunt omnino exercitio iuuenum necessarij, vt instructi disputandi, ad logicam Aristotelis cõmodiùs procedant. At verò septimum tractatũ de paruis logicalibus aptiùs nos, & cõmodiùs in secundo libro, sanè ante tractatum oppositionũ collocauimus. An ne opus id nobis sit frequentiùs admonere, atq; adeò obtestari, boni consulant interpretes nostri ea penitùs rudibus iuuenibus explicare, quæ

hîc nos illis apponimus. Nã si quæ consultò missa fecimus, illi ex prioriæditione huc adcesserint, inanis fuerit noster labor. Multa enim fuerint digna scitu, quæ tamen humeris iuuenum non sunt paria.

No.2. *In hoc ergo primo libro, cui titulis* est, determino, sunt capita decem. In quorũ hoc primo, quod vice ꝓlogi totius operis esse duximus, quatuor sunt ꝓpositiones, q̃bus auditores beneuolos, attẽtosq; reddim⁹, atq; dociles

1. Propositio. Prima propositio est, ꝙ Dialectica est prima omniũ scientiarũ, atq; adeò, ꝙ cæteris sciẽtiis peruestigãdis aditũ præbet. Membrũ primum attẽtionem captat, nã esse primam, quandã præfert excellentiam. In altero verò cõparatur beneuolentia, nã ꝙ viã aperiat ad alias scientias, primũ habet vtilitatis. Est autẽ dialectica prima scientiarũ, nõ quidẽ dignitate, sed acquisitione. Vt enĩ author est Arist. 1. procemio de aĩa, dignitatẽ scientiæ metimur, aut penes nobilitatẽ obiecti, aut penes certitudinẽ procedendi. Primo modo Theologia est dignissima & īter naturalia metaphysica, altero verò modo præstãt sciẽtiæ mathematicæ. At dialectica est prima acq̃sitione, quia grammatica nõ est sciẽtia necessaria, nisi per accidẽs ob peritiã linguæ, qua sciẽtiæ traduntur: illa saltẽ grãmatica, quę tradit verborũ significantias. Grãmatica siquidem regularis, quatenùs habet rationẽ sciẽtiæ dialecticã nimirũ præsupponit.

2. Propositio. Secunda propositio textus, est ad manifestandũ priorẽ, nẽpe ꝙ Dialectica est ars seu sciẽtia disputãdi, quæ nostra ꝑte natura est nobis via inquirendi scientias. Et enim homo rationalis naturæ, cui proinde propriũ est veritatẽ disputãdo ratiocinandoq; indagare. Dialectica verò est, quæ docet in omnibus scientiis probabiliter disputare. Vnde Aristo. 1. Physi. text. 8. Contra negantes, inquit, principia alicuius scientiæ non est disputandũ in illa sciẽtia, sed hoc pertinet ad aliam sciẽtiã, vel ad cõmunẽ sciẽtiam, id est, ad metaphysicã, vel ad dialecticã, vt exponit cõmentator. Præterea dialectica docet definire, & diuidere, qui sunt modi sciẽdi & procedendi in sciẽtiis. Quare Arist. 2. Metaphy. tex. 15. absurdũ est, inquit, simul quærere scientiam, & modũ sciẽdi. Vbi cõmentator, Logica, inquit, est omnis sciẽtiæ modus. Colligitur ergo dialecticam esse primã omnium, quia est scientia disputandi.

Dialectica. Sed, quod attinet ad nominis interpretationem, Dialectica, non dicitur à δια, λόγος, vt vult Petrus Hispanus Nam δια, per, y, psylō non est græcũ, sed διὰ, quod est duo: ex quo tamen, & λόγος nusquã Græcè reperitur cõpositio illa. Dicitur ergo, à διαλέγομαι, quod est disputo, vel dissero, ex διὰ, propositione, & λέγομαι. Vnde à tertia ꝑsona singularis præteriti passiui διείλεκται expũcto augmẽto, formatur dialectica, quod est disputatoria scientia. Et adeò non per, y, pylō, sed per iota scribitur. Et quãquã duo hæc nomina Logica & Dialectica, pro eodẽ accipiãtur, tamẽ logica dicitur à λόγος, quod est ratio, vel sermo, & ideo tantùm valet sicut scientia rationalis, vel scientia sermocinalis. Et secundùm hanc secundã significationem extenditur ad significandum, & rhetoricã & poëticã, sed secundùm primã conuertitur cũ Dialectica, nisi ꝙ Logica, dicitur generaliter ab omni opere rationis, & dialectica à perfectissimo opere, quod est disserere vel disputare. Cuius nominis Plato fertur fuisse primus author. Hæc. q. 1. procemiali super prædicabilia latiùs habes explicata.

Tertia propositio textus est, ꝙ Dialectica versatur in triplici opere intellectus. 3. Propositio. Vbi iam auditores incipiunt fieri dociles, cùm audiũt materiã circa quam versatur Dialectica. Est enim in intellectu primũ simplex apprehẽsio rerum, mox ex simplicibus cõponitur propositio, postremò ex propositionibus constituitur syllogismus. Tametsi Aristo. 3. de Ani. tex. 21. non expresserit nisi duo opera intellectus, scilicet, indiuisibilium intellectionem, & compositionẽ intellectionum. Doctores verò subsecant secundũ membrum, iuxta doctrinam eiusdem Aristot. qui primò in prædicamentis tractauit de simplicibus prædicatis, mox in libro Peri. de Enunciatione, ac demũ in libro priorum, & reliquis libris de syllogismo, & omnino de ratiocinatione.

Vltima propositio textus conducit pariter ad docilitatem audientium, 4. Propositio. dum insinuat ordinẽ procedendi, nempe, quòd primum elementum considerationis Dialecticæ est, dictio, vel terminus. Vbi considerandum est, quòd cum Aristoteles à libro Prædicamentor. exordium sumpserit dialecticæ, visum est postmodũ Porphyrio, librum prædicabilium, velut introductionis modo, ante librum prædicamentorum iacere. Deinde Petrus Hispanus, considerans dialecticam Aristotelis, rudibus iuuenibus esse aditu difficilem, tractatus Summularum singulis libris Aristotelis, velut introductorios, accommodauit. Quos vocauit Summulas, instar summæ Arithmeticæ, quasi quòd in illis complexus fuerit libros Aristotelis Postremò commẽtatores Petri Hispani adhuc nouissi-

nouissimum principium principiorum commenti sunt, tractatum terminorum, vt vel in hoc intelligas nunquã principiũ nõ esse difficile: sanè cùm principium ipsum inuenire sit difficilimum atque omni laude dignum. At postquàm iam vsu receptus est. consentaneum duximus à libro terminorum incipere, eò vel maximè, quòd necessarium iudicamus, terminos omnes, quibus velut propriis instrumentis, vtuntur Dialectici, statim in foribus Dialecticæ prę̧scribi debere. Et cùm Petrus Hispanus à sono fuerit exorsus, nos tamen illum sermonem philosophiæ naturali relinquimus, cuius est tractare de voce, inquantum est res quædam naturalis: Dialectici enim negotium peculiare, est tractare de vocibus, quaten⁹ sunt significatiuæ. Ob idq; nec literæ nec syllabæ in quantum conficiũt dictionem, pertinent ad Dialecticum, sed ad grammaticum potiùs: Primam ergo lineam, vnde proficiscendum est Dialectico, statuimus vocem significatiuam, quam grãmatici dictionem, neoterici verò Dialectici iam terminum vocant. At videbitur forsan nonnullis, inchoandum nobis potiùs fuisse à modo sciendi, vt fecimus in priori æditione, vbi interpretandum fuisset, quid sit definitio, quid diuisio, & argumentatio, qui sunt modi sciendi, id est, modi tradẽdi scientias. Nam si authore Aristotele, absurdũ est, simul quærere scientiam & modum sciendi, absurdius videtur tradere priùs scientiam quàm modũ sciendi. His veruntamen respondemus non fuisse possibile exordium aliquod sumere, quod nõ præsupponeret aliquid mutuatum ex alia materia, quemadmodum inter declarandum naturam definitionis, dicẽdum erat de genere, & differentia, qui sunt termini alibi declarandi. Quocirca operæ pretium duximus, non peruertere ordinem, quem docet Aristo. 1. Physi. tex. 1. nempe vt à simplicioribus procedamus. Nam modi illi sciendi sunt orationes quædam. De quibus proinde potiùs dicemus libro secundo de oratione.

Caput. ij.

TErmin⁹ ergo, est vox significatiua ad placitum ex qua simplex conficitur propositio, vt homo: vnde significare, generaliter dictũ est potẽtiæ cognoscitiuæ aliqd repræsentare. Et signũ est qđ potẽtiæ cognoscitiuæ aliquid repræsentat. Quod est duplex: naturale, qđ naturaliter repræsentet, vt vestigiũ: & ad placitum, qđ repræsentat ex instituto, vt vox, homo. Atq; adeò significare apud dialecticũ est rem per vocem secundũ placitũ repræsentare.

Lectio prima.

In hoc textu sunt primò tres definitiones, mox vna diuisio bimẽbris, ac postremò quarta definitio huius, quod est significare apud dialecticum. At quia significare, est forma & ratio per quam voces sunt termini, atq; adeò cuius causa veniunt in cõsiderationẽ dialecticã, inde inchoandum nobis est.

Significare ergo dupliciter accipitur, & generaliter vt cõuenit tã vocibus, quàm signis, quæ non sunt termini, & specialiter, vt dicitur solùm de vocibus & terminis, & vtraq; significatio est propria. Significare ergo generaliter, dictum est, potentiæ cognoscitiuæ aliquid repræsentare. v. g. Sonitus campanæ, dum pulsatur, significat nobis lectionẽ, quia eam repræsentat, id est, præsentẽ facit intellectui. Et hæc vox Iesus, eadem ratione significat Christum liberatorẽ nostrum, quia dum auditur, eum nobis in mentẽ reuocat. Nomine potẽtiæ cognoscitiuæ cõpræhendimus intellectũ, & sensus, etiam brutorũ, sanè quibus sunt sua propria signa: equi enim, dum signũ tuba datur ad prælium, mox sese hinnitu stimulant ad pugnam. Atqui cùm dicimus, aliquid, intelligimus generaliter, vel aliqua, vel aliqualiter, vt cõprehendam⁹ nomina pluralis numeri, & syncategoremata, vt homines, omnis, bene. Nec dignę sunt huiusmodi quisquiliæ, quibus definitiones onerentur, maximè q̃ sub vna voce doctrinaliter intelligũtur.

Significare duplici ter.

At quamuis sit per se euidentissimum, nõ tamẽ cessant. Sũmulistæ percõtari, quid nam sit repræsentare. Et respondent, q̃ est facere cognoscere aliquid. Vbi notãdum est q̃ quadrifariã potest aliqua res facere cognoscere se, vel aliam, effectiuè, obiectiuè, formaliter, & instrumentaliter. Exempli gratia. Cùm video imaginẽ Imperatoris, imago ipsa est causa obiectiua cognitionis quę mouet visum, vsus verò est causa efficiens, & notitia visiua ab vtroq; producta, est causa formalis: sed respectu notitiæ, qua recordor Imperatoris, imago illa est instrumentũ. Quemadmodum vox, homo, est instrumentũ significãdi

Reprę̧sentare.

Quadruplex causa cognitiõis

Obiectum triplex.

homines. Hinc sequitur alia diuisio obiecti. Est enim triplex obiectũ, motiuũ tantũ, terminatiuũ tantũ, motiuum & terminatiuum simul. Motiuũ tantùm, est quod mouet potentiã ad formandũ notitiam, nõ sui, sed alterius repræsentatiuã, vt imago respectu notitiæ Imperatoris. Terminatiuum tantùm, est res cognita per notitiam ab alio obiecto distincto productam, vt imperator respectu eiusdem notitiæ. Motiuum & terminatiuum simul, est quod mouet potentiam ad formandum notitiam suiipsius, vt imago respectu suæ propriæ notitiæ. Ex his quæ vera sunt, colligunt isti quatuor esse modos repræsentandi, & significandi: scilicet. effectiuè, obiectiuè, formaliter, & instrumentaliter, quia putant idem esse repræsentare, & significare, quod facere cognoscere. At vero primò non potest salua verborum proprietate sustineri vt illa tria idẽ polleant, latiùs enim extenditur facere cognoscere, q̃ repræsentare, & repræsentare quàm significare. Et inde cœpit res Dialectica labare dum pro suo quisq; placito cœperunt abuti terminis. Nam intellectus producens notitiam Petri tanq̃ causa efficiens, & similiter Deus ad illam producendam effectiuè concurrens nullo modo dicuntur Petrũ significare nec repræsentare, quia illud nõ faciunt tãquam signũ Petri. Et significare aliquid idem est, quod esse signum illius. Nec etiam dicuntur Petrum repræsentare, quia repræsentare est rem præsentem facere, tanq̃ signum aut obiectum sicut imago, quia est signum rei, dicitur illam præsentem facere, & per consequens repræsentare. Et lapis dicitur repræsentare se, quia tanquam obiectum motiuũ & terminatiuum facit se potentiæ præsentem. Item secundò neq; quando res obiicitur potentiæ, & producit notitiam sui, censenda est significare se, licet præsentet se, quia nihil est signũ sui, nec per consequens significat se, vt docet Augustinus, 2. de doctrina christiana capi. 1. dicens: Signum est res, quæ præter speciem quam ingerit sensibus aliquid aliud facit in cognitionem venire: vt vestigium pulueri impressum est signum animalis, & fumus signum ignis. Ex his ergo omnibus colligitur, quòd facere cognoscere contingit quadrupliciter, effectiuè, obiectiuè, formaliter, & instrumentaliter. Repræsentare tamen tripliciter obiectiuè, formaliter, & instrumentaliter. Sed significare tantùm dupliciter, formaliter, & instrumentaliter. Et per consequens quòd illa tria non sunt idem, sed habeant se sicut superius, & inferius. Sed est notandum quòd significare, seu repræsentare formaliter, est esse potentiæ formalem notitiam, vel ex seipso, & non mediante alio repræsentare. Significare autem instrumentaliter est, quando res, præ existente cognitione sui, aliud à se repræsentat, vti vestigium significat animal quod transiuit, & risus lætitiam: & ly homo, hominem. Vnde vt res aliqua repræsentet aliam instrumentaliter, duæ notitiæ requiruntur. Primò, notitia ipsius instrumenti, & deinde notitia significationis: verbi gratia, Vt hæc scriptura, homo, actu significet mihi homines, primò requiritur, vt videam illam, quare cæco nihil repræsentaret, sicut nec vox repræsentat surdo. Secundò requiritur, vt sciam impositionem eius, & ideo nihil repræsentat Græco. Est ergo intelligenda difinitio textus hoc modo. Significare est repræsentare aliquid aliud à se, vel aliqua alia &c. Vt excludamus obiectum, quod quatenus repræsentat se, non significat. At non sunt huiusmodi næniis intricandæ difinitiones, ne illas monstruosas reddamus, quorundam more, qui tot particulas inculcant in difinitione, quot sunt solutiones argumentorum. Repræsentare autem obiectiuè est seipsum præsentem facere in ratione obiecti, vt quælibet res mundi quãdo obiicitur potentiæ dicitur seipsam repræsentare. Est tamen hîc vnum valde notandum, quòd secundum sententiam Augustini definientis signum modo dicto, non solùm lapis non significat, sed nec notitia ipsa propriè est signum obiecti, & ideò nec propriè est dicenda significare, sed est potiùs ipsa significatio, vt forma qua res significatur, quare iuxta propriam significationem verbi, nihil repræsentat, aut significat formaliter. Et quia significare, & esse signum idem sunt, & signum secundùm Augustinũ est illud, quod instrumentaliter significat: Nihilominùs, nè tam longè abiiciamus modum loquẽdi scholarum, concedimus duos modos significãdi, scilicet formaliter, & instrumentaliter. Et dicimus, Augustinum tantùm loquutum fuisse de secundo modo significandi. scilicet, instrumentaliter.

Significare formaliter, & instrumentaliter.

*Subiungitur in textu bimẽbris diui*sio signi, in naturale, & ad placitũ, quibus alij addũt tertiũ. s. ex consuetudine. Significare naturaliter est significare ex natura rei. i. quauis ĩpositiõe, & cõsuetudine semota: vel sic, authore Petro Hisp. est idẽ apud oẽs repræsentare.

No. 3. Significare naturaliter tripliciter.

præsentare. Et significare naturaliter subdiuidunt in tria.s.significare naturaliter pprié & naturaliter cõmuniter:& tanquã instrumẽtũ naturale. Significare naturaliter propriè vocant illud quod nos vocauimus significare formaliter. Significare naturaliter cõmuniter, vocant illud, quando res seipsam obiectiuè repræsentat. Sed tamẽ vt iam diximus: hoc significare naturaliter communiter, est abusus verbi:& ideo, nõ opus est distinguere inter significare naturaliter propriè & naturaliter communiter: sed quicquid significat naturaliter, significat propriè naturaliter. Imò in vniuersum quicquid significat, significat propriè. Quod enim non conuenit alicui propriè, non censetur absolutè conuenire: Ergo significare naturaliter dupliciter contingit vno modo naturaliter formaliter, sicut notitia significat tãquã naturalis similitudo obiecti. Et alio modo naturaliter instrumentaliter: sicut fumus repræsentat ignem, tanquã instrumẽtum naturale:& gemitus infirmitatem. Et hoc vocant generaliter significare ex instinctu naturæ. Tametsi, vt ego credo, non quodcunq; instrumentum naturale significat ex instinctu naturæ: sed illud solũ quod significat quasi ex institutione naturæ, sicut interiectio: vt gemitus significat affectum animi. At hoc enim solum natura fecit gemitum, vt exponeret & significaret infirmitatẽ: tamen fumus non est ad hoc productus, nec vestigiũ pulueri impressum vt significarent: sed quia sunt effectus naturales, naturale est illis repræsentare suas causas.

Significare naturaliter dupliciter.

Significare ex instinctu naturæ.

No.4. *Significare ad placitum est, significare ex impositione & instituto.* Vnde non dicitur terminus significare ad placitũ quia temerè & incõsultò fuerit institutus ad significandum: imò verò autores linguarum ratione sumpta ex naturis rerum sæpe instituunt nomina. In quo sensu sunt qui glossant illud omne quod vocauit Adã ipsum est nomẽ Iẽsus: id est ipsum est nomen quod naturæ rei maximè congruit. Et angelus Matth.1. Vocabis, inquit, nomẽ eius Iẽsum: quia ipse saluũ &c. Sed ad placitum significare, idẽ est, quod non à natura vel ex consuetudine: sed ex instituto significare. Et non solùm voces, sed res etiam aliæ significant hoc modo, vt inter religiosos digitus ori impositus, est signũ petentis à prælato facultatem loquẽdi. At non dicuntur voces simpliciter significatiuæ, si priuatim imponantur: quemadmodũ inter disputãtes imponũtur literæ ad significãdũ: sed requiritur ꝙ sint impositæ in re publica: quæ dicitur impositio autentica: quẽadmodum, ly homo inter latinos significat homines. Rursus quòd vox significet ad placitum contingit dupliciter: vno modo ex formali: & primæua impositione: qualis est illa, cũ susceptores rogati super fontẽ baptismi nomẽ infantis, respondent Franciscus, aut cùm tempore professionis inquit profitẽti prælatus, vocaberis Dominicus. Alio modo consequutiuè & per translationem: vt quando nomen transfertur ad significandum aliud per quãdam similitudinem: aut quauis alia figura: vt cùm nomen, Nero, significat vel imaginẽ Neronis, vel crudeles homines:& hæc oratio, latet anguis in herba, significat fraudem latêre sub habitu humilitatis. Et primã vocãt significationẽ propriã: secundã verò impropriam Sed de hoc infrà.

Significare ad placitum.

Significare ad placitũ dupliciter.

No.5. *Significare ex consuetudine, est significare* ex vsu quodam præter impositionem. Vt canis sæpe visus præcedere dominũ suum significat ipsum,& mappæ super mensam, significant futurum prandium. Aliqui vocant istas impositiones consuetudinarias: sed certè ineptè,& impropriè. Nam nũquam mappæ institutæ sunt ad significandum prãdium: nec canis ad significãdum dominum: sed naturale est vt visis mappis recordemur prandij propter consuetudinem:& non propter aliquam impositionem. Et ideo non adiecimus in textu hoc tertium membrum significare ex consuetudine: quia sano modo potest comprehendi sub hoc quod est significare naturaliter. Et hæc de significare generaliter dictum.

Significare ex cõsuetudine.

Sed vt hæc quæ dicta sunt, lucidiora fiant arguitur contra definitiones sic expositas: Hæc vox, homo, est signum conceptus qui est in mente loquentis, & tamen nõ repræsentat ipsum conceptum: ergo definitio signi non est bona. Maior est Aristote.1. Peri. dicẽtis voces esse signa eorum quæ sunt in anima.& minor probatur: Vox illa non mouet audientem ad cognoscendum conceptum, sed ad cognoscendum hominem: ergo non significat conceptum. Ad argumentum concessa maiore negatur minor. Imò voces repræsentat conceptus: vt author est illic Aristoteles: Sed tamen, repræsentare propriè tanquam signum instrumentaliter bifariã dicitur. Vno modo vt sit mouere potentiam ad formandum conceptum rei:& isto modo vestigium significat animal:& voces significant res: vt vox homo, hominem. Alio modo vt repræsentare sit mentis conceptum exprimere.

Argu.

mere. Et ita accipit. Aristote. Et vterq; est prius modus significandi. Et ita loquuntur homines. Volo vobis significare mentẽ meã. Ego cognosco mẽtem vestram, id est, habeo conceptus vestros. Atq; adeò apud Aristote. & dialecticos, significare accipitur vtroq; modo, vt significare sit, & mentis conceptũ exprimere, vt insinuat Aristote. & rem per vocem repræsentare: quæ est definitio Petri Hispa. tracta. 7. Itaq; vox homo quam audio producendo notitiam hominis, repræsentat & hominem & conceptum loquentis, ob diuersas rationes.

Argu. 2. *Secundò arguitur, hæc vox homo,* significat seipsam, imò hæc vox blitiri, nam accipiuntur pro se in his propositionibus, homo est nomen, blitiri nõ est nomen significatiuũ, ergo male negatum est rem aliquã significare se ipsam naturaliter communiter.

Ad hoc respondetur quòd voces siue significatiuæ siue non significatiuæ, hoc habẽt peculiare inter alias res vt nonnunquã accipiãtur tanquàm nomina propria sui, ac si sint impositæ ad significandum se. Perinde enim est dicere blitiri non est nomen, ac sic diceres hæc vox blitiri, non est nomen. Quare non accipiuntur pro se quia significãt se sed quia repræsentant se, & sunt tanquam nomina sui. Sed res ad extra, quia nunquam accipiũtur tanquam nomina propria sui, nunquam accipiũtur pro se.

Argu. 3. *Tertiò arguitur contra definitionem* signi. Hæc scriptura. homi in libro clauso est signum, & tamẽ non repræsentat, quia nullius potentiæ est, præsens ergo definitio nulla. Hic est notanda regula Dialecticorũ: Verba in definitione non dicunt actum: sed aptitudinem. Ad hoc enim quòd res aliqua sit signum, non exigitur ꝙ actu repræsentet: sed satis est ꝙ sit apta repræsentare in potentia propinqua, id est, nulla mutatione facta per quam talis res acquirat nouã potentiam significandi: verbi gratia, Atramentũ ex quo cras lineabitur hæc scriptura homo, non est nunc signum, nec illa dictio, blitiri, quæ cras imponetur ad significandum: quia non repræsentant in potentia propinqua. Sed scriptura in libro clauso optimè repræsentat in potentia propinqua. Et ideo ad argumẽtum negatur minor.

Argu. 4. *Quartò aguitur contra diuisionem* textus. Ly Petrus significat Paulum, & tamen nec naturaliter nec ad placitum: ergo diuisio nulla. Minor est nota, quia nũquam fuit sic impositus. Et probatur maior: Ly Petrus verificatur de Paulo, in hac propositione, Paulus imaginariò est Petrus, ergò significat ipsum: quia nullus terminus verificatur nisi de suo significato. At hoc argumentum solent nonnulli respondere distinguendo maiorem: concedentes quòd Ly Petrus significat Paulum non absoluta significatione, scilicet quæ oritur ex impositione, sed significatione respectiua, id est, respectu illius copulæ de imaginario. Respectu cuius, vt dicunt, quæcunque vox significat rem quancunque. Vnde subinferunt, nullum esse terminum singularem respectu illius copulæ. Hæc tamen assertio est prẹter hominum sensum. Primò Ly Petrus non habet à natura. nec consuetudine, nec impositione, vt significet Paulum: ergò nullo modo significat illũ: quia copula non mutat, nec auget significationem extremorum. Et confir. In hac propositione mentali, Paulus est Petrus, prædicatum nullo modo significat Paulum: ergò licet addatur, imaginariò, ad copulam, non significabit Paulum: quia semper manet eadem naturalis similitudo Petri. Secundò arguitur si Ly Petrus significat Paulũ, aut subordinatur in illa propositione naturali similitudini Pauli. Si primum incredibile est, vt modò arguebamus: quo significet Paulum, cui ille conceptus nullo modo est similis. Si secũdum eandem rationem Ly Paulus subordinatur similitudini Petri, quia pari ratione Ly Paulus significat Petrus, & sic quilibet terminus subordinaretur infinitis conceptibus. Et postremò: est mirabile corollarium ꝙ sub hac vniuersali, omnis homo imaginariò est Petrus, nulla possit assignari singularis: nam quicquid demonstraueris, tam commune erit subiectum, quàm subiectum vniuersalis. Igitur ad argumentum penitùs negatur maior. Imò vbicunque ponatur Ly Petrus, solùm Petrum significat. Et ad probationem posset negari illa, Paulus imaginariò est Petrus (quãquam Paulus imaginetur esse Petrus) quia illa videtur asserere, ꝙ Paulus aliquo modo sit Petrus. Et secundò quamuis cõcedatur: negamus inde sequi prædicatum significare Paulum, aut supponere pro illo. Imò subiectum solùm accipitur pro Paulo, & prædicatum solum pro Petro: scilicet ad veritatem illius sufficit ꝙ extrema imaginentur supponere pro eodem, licet verè non supponant: nam illa asserit non ꝙ Paulus sit Petrus, sed ꝙ imaginatur esse Petrus.

Super

No.6. Sgnificare aliquid & aliqua.

Superuacaneum duximus hic disputare, quid sit significare aliquid vel aliqua vel aliqualiter, quemadmodũ in priori ęditione fecimus. Nam est per se euidentius, quàm vt indigeat declaratione. Potest enim à posteriori cognosci, hoc signo. Si termino ex modo suæ significationis non repugnat supponere pro vno tunc significat aliquid: vt homo, chimera: Parisij, pro oppido, nam pro populo significat aliqua. At si termino non repugnat supponere pro pluribus non faciẽtibus vnum vt homines, chimeræ, populus &c. tunc significat aliqua. Quo fit vt ly Petrus non significet per se aliqua licet supponat pro pluribus partibus Petri (si totum nõ distinguatur à suis partibus) Hoc enim est per accidens: quia mortuo Petro, manentibus eisdem partibus, non supponeret, pro illis. Et è conuerso hoc nomen partes significat aliqua, & nullo modo aliquid, licet nũc supponat pro me: quia manentibus eisdem partibus, separatis, non supponeret pro me. Et eodem modo ly homo, non significat deũ, licet modò supponat pro illo: quia illud est per accidens. Si enim relinqueret deus humanitatem, non supponeret pro illo: sed per se significat Christum. Et hæc doctrina est plurimũ obseruanda, vt videbimus in de terminis diuinis. Tandem notato quòd significare aliqualiter contingit tripliciter: vno modo quando terminus ex parte obiecti nullũ realem modum significat: sed solùm facit vt categoremata sint vel aliter accipiantur. Et hoc est exercere officium in propositione, vt ly, omnis, in hac, omnis homo est animal. Alio modo quando significat aliquem modum rei: quod est significare aliqualiter obiectiuè: vt velociter, subtiliter &c. Tertio modo contingit significare aliqua aliqualiter quod est peculiare toti propositioni, vt infra videbimus.

Significare aliqualiter tripliciter.

Lectio secunda.

HIs tenui calamo prælectis: ad definitionẽ termini reuertamur: Est ergo terminus, vox significatiua ad placitum ex qua simplex conficitur propositio, vt homo. Nec tamen sum nescius quantùm dissentiam in hac definitione, non solum ab aliis, verùm à nostra priori æditione: vbi diximus terminum esse signum propositionis categoricæ constitutiuum. Etenim vt vnum adscriberetur genus cõmune termino vocali, mentali, & scripto, consueuerunt Terministæ definire terminũ per signũ. At re oculatiùs inspecta, videor mihi meliùs definire per vocẽ. Ad hoc enim Aristo. statim in fronte libri Peri her. præposuit, voces esse signa conceptuũ, vt doceret propriũ negotiũ dialectici esse tractare de vocibus. Est enim dialectica rationalis & sermocionalis scientia, id est, quæ de sermonibus disserit, quatenus sunt signa conceptuũ. Obidq; si quis arguat ꝙ hæc nostra definitio nõ conuenit termino scripto aut mentali, respondemus sicut Aristo. respõderet de nomine & verbo: ꝙ accomodamus illam termino vocali: quemadmodum Aristo. dixit; nomen est vox, verbum est vox &c. Quæ definitio facilè adaptabitur termino scripto, mentali, vt videbimus cap. sequenti.

No.1.

Mox notandum est quòd hoc nomẽ terminus, desumptũ est ex Aristo. 1. Priorum: vbi inquit, terminũ voco, in quem resoluitur ꝓpositio, vt in subiectum & prædicatũ: & ex Boetio. l. Topi. vbi ait: Terminos voco nomina & verba quibus nectitur propositio. Sed tamẽ, vt coniicio, Aristote. illic solum accipit terminum pro subiecto & prædicato: tametsi aliquando aliter nobis visum fuerit. Nam intentio eius erat, exprimere illic tres terminos, quibus cõstat syllogismus, puta mediũ & extremitates. Boëtius verò latiùs protẽdit nomẽ termini, vt cõprehẽdat nomina & verba, & in vniuersum oẽs partes propositionis. Et ita accipiũt summulistæ. Itaq;, terminus, vt diximus, idem est quod Dictio, apud grãmaticos. Et est genus ad nomẽ & verbum & aduerbium & cæteras omnes partes orationis. Ponitur ergo in illa definitione vice generis ly, vox: & ideo ramus ante tabernam, sonitus campanæ, aliaque id genus, quanquâm propriè significent, ramen nullo modo sunt termini: cùm non sint voces. Nec est recipiendum quòd sint termini aut propositiones inconsuetæ: ne sordidè terminis abutamur. Significatiua, ponitur ad differentiam huius vocis, blitiri, & similium: quæ non sunt voces significatiuæ, quatenus significare, attribuitur vocibus: quia non exprimunt aliquem mentis conceptum vel affectum: tametsi non sit negandum esse propriè signa significatiua: quia significant naturaliter aliud à se scilicet prolatorem. Etenim quemadmodùm mugitus bouis repræsentat bouem, ita si quis audiat clamantem blitiri, intelliget esse hominem, qui clamat. Ad placitum, ad differentiam vocum significantiũ naturaliter, vt risus & gemitus: quę sunt ꝓpriæ

No.2.

propriæ significatiuę, etiam quatenùs voces, nam exprimũt affectus animi: & tamen non sunt termini. Ex qua simplex conficitur propositio ad differentiam ipsius propositionis: quam non est in vsu vocare terminum: cùm propositio & terminus opponantur sicut totum & pars. Et quãuis ex propositione componatur alia propositio, vt ex categorica cõponitur hypothetica: tamen ex propositione non componitur propositio categorica: quã hic vocamus simplicem.

*Ad euidentiorem tamen intelligẽ*tiam arguitur contra definitionem. Ly, blitiri, est terminus & tamen non est vox significatiua ad placitum, ergo definitio est mala. Probatur, maior. Primò qui habet proprietates termini: est enim subiectum in hac propositione consueta, blitiri non est terminus significatiuus: & hic supponit pro se, quę sunt proprietates termini. Item quia ab omnibus appellatur terminus non significatiuus. Ad hoc respondetur quod quanquam sit di-

Argu.1. sputatio, de nomine tamen vox quæ non significat ad placitum, non est simpliciter terminus, sicut hõ pictus non est homo. Et ideò licet habeat aliquas proprietates termini, nõ sequitur vt sit terminus, nisi simiam appelles hominem, quia habet aliquas qualitates hominis. Dicetur tamen secuudum quid Terminus non significatiuus. Nec tamen extendatur, vt ramus tabernæ, qui non est articulata vox nec scriptura, dicatur quoquo modo terminus. Nam propterea voces supponunt pro se, quia considerãtur tanquàm propria nomina sui (vt suprà diximus) imposita ad significandum se.

*Secundò arguitur cõtra definitio*nem termini, dato nulla posset esse propositiõi essent termini, ergo malè definitur terminus per propositionem. Et aliter arguitur, ꝓpositiones possunt conficere simplicem propositionem, ergo male excluduntur à ratione termini. Probatur antecedens, quia hæc propositio, homo est animal, est extremum in his, homo est animal est propositio. Homo est animal est verũ. Vtrum homo est animal sit verum, Verũ est quod homo est ani-

Argu.2. mal, nam ly, vtrum, quod nõ sunt partes extremi sed totius propositionis, Et etiã illa propositio est pars huius, homo est animal rationale, ergo. Pro solutione horũ est notandum primo ꝙ terminus definitur per ꝓpositionẽ tanquã per ꝓpriũ finẽ: ad hoc enim termini omnes instituti sunt vt ex illis cõficiamus ꝓpositiones & oratiões nostras. Ex quo sequũtur duo: primum ꝙ bruta nullos possunt habere terminos, quia non vtũtur orationibus: esto suas habeant voces & signa quibus sese mutuò intelligant, sicut si nulli fuissent homines nullæ fuissent vestes nec domus. Secũdũ quod si postquã nos vtimur terminis & orationibus quis fingeret, nullas de cætero posse esse orationes, nihilominus remanerent termini: quia signa quæ mõ sunt termini, semper de se dicerent illum ordinem ad propositionẽ. Sicut modo remanerent vestes & domus, esto nullus iam posset esse homo, & per hoc soluitur. 1. argm̃. Secundò etiam est notandũ quòd sicut in naturalibus & etiam artificialibus sunt duplicia entia, quędã obtinẽtia locum partium, ad nihil aliud instituta nisi vt ex illis alia perficiantur, & quædam alia habentia ratione totius: nec ad hoc instituta vt ex illis alia formentur vt est homo, esto de per accidens ex hominibus fiat populus: ita accidit in dialecticis vt quædam signa tantũ obtineant rationem partium ex quibus cætera componantur & huiusmodi signa dicuntur termini. Et quædam autẽ alia de se habẽt ratione totius vt sunt propositiones & orationes imperatiui optatiui & subiunctiui. Quæ non nisi de per accidens tanquã partes aliquando intrant cõpositionem propositionis categoricæ. Et per hoc soluuntur alia argumenta. Nam propositio de se nõ est signũ constitutiuũ propositionis. i. non est pars nisi de per accidens cùm habeat rationẽ totius. Et aliter etiam potest dici, quòd si propositio aliquando potest esse extremũ est materialiter, & personaliter non est ratione sui sed ratione orationis infinitiui modi vt in exẽplis adiectis in quib' est sensus. Hominẽ esse animal est verũ, vtrum sit verũ &c. Et in vltimo exẽplo taliter propositio est pars quòd est ferè tota ipsa propositio &c. Postremò est notandum, quod nõ requiritur quòd ex æquo omnes termini sint donstitutiui propositionis sed vnusquisq; suo modo sicut in artificialibus non ex æquo componunt domũ, Lapides, ligna, claui, bitumen.

*Vltimò argitur, de aliquo verifi*catur de finitum cum aliqua determinatione: de quo non verificatur definitio cum eadem: ergo definitio non conuertitur cum de finito: & subinde non est bona. Probatur antecedens, ly homo, solitariè sumptum est terminus extra propositionem, & tamẽ ex illo

non

non conficitur propositio extra propositionem: etiam si ly conficitur dicat aptitudinem quia repugnat quòd possit conficere propositionem extra propositionem: sicut quòd homo possit videre sine oculis: ergo intentũ.

Regula. Circa hoc argumentum intelligenda est regula dialecticorum. De quocũq; verificatur definitum cum aliqua determinatione, verificatur definitio cum eadem. Intelligitur enim dummodo seruetur eadem appellatio, & reliquæ proprietates dialecticæ. Et ideo si ly, extra propositionem vtrobiq; appellet suprà significatũ materiale de ly terminus, & de ly, conficitur, prima propositio est vera & secunda falsa. Et sensus secundæ est, quòd ex illa voce quę nunc est extra propositionem: non potest cõfici propositio. Si autem vtrobique appellaret suprà formale: prima esset falsa & secunda vera. Et sensus primæ esset quòd potest exercere officium termini extra propositionem: sed in rigore non facit illũ sensum. Si autẽ in prima appellet supra materiale: & in secunda supra formale vt re vera fit, prima est vera, & secunda etiam vera: sed nihil contra definitionem.

Caput tertium.



Erminorũ alius vocalis, alius scriptus: & ali⁹ mẽtalis. Vocalis iã modò definitus est. Terminus scriptus: simili ratione est scriptura significatiua ad placitũ: ex qua simplex conficitur propositio. Atq; adeò termin⁹ mentalis est notitia formaliter significatiua, ex qua simplex conficitur ꝓpositio. Notitiarũ: primũ alia intuitiua: alia verò abstractiua. Notitia intuitiua est notitia rei præsentis: vt notitia visiua huius papyri. Notitia abstractiua est notitia rei absentis: vt notitia parentis defuncti. Mox cõceptuũ, ali⁹ vltimat⁹ alius nõ vltimat⁹: cõceptus nõ vltimatus est cõceptus termini: vt cõcept⁹ hui⁹ scripturę, homo: cõcept⁹ vero vltimatus est cõceptus rei, vt cõcept⁹ hominis. Postremò conceptuum alius directus: & alius reflexus. Cõceptus reflexus est conceptus alterius conceptus: vt ille quo cognoscimus nos aliud cognoscere. Conceptus directus est conceptus qui non reflectitur in aliũ conceptum: vt conceptus hominis.

Lectio vnica.

Solet primũ terminus secari in in- No. 1. creatum & creatum. Et vocant deum terminum increatum: propterea quòd est notitia increata, atq; adeo omnium scientia. At non est nobis sermo nisi de terminis qui veniunt in vsum hominum. Et quidem iuxta ordinẽ Aristo. in prædicamẽtis: diuidendus erat primùm terminus in vniuocũ & æquiuocum: vt æquiuocus, cuius non est vnica consideratio: ab arte relinqueretur. Veruntamen, quia vniuocatio & æquiuocatio accidit vocibus respectu conceptuum, operæpretium duximus priùs dicere de conceptibus. Igitur in textu est prima diuisio termini, cui subnectuntur tres diuisiones termini mentalis. Et definitio termini vocalis relinquitur tanquã nota in superiori capite: per quam fit subinde perspicua definitio termini scripti Sed circa terminum mentalem notato primò ꝙ non dicitur à mente strictè dicta: vt solũ dicatur de actu intellectus: sed latiùs, vt includat omnes potentias cognoscitiuas, etiam sensitiuas. Et quatenus attinet ad summulistas, idem est in intellectu, notitia & conceptus & actus intelligendi. Differt tamen quòd nomen, notitia, est commune etiam cognitionibus sensualibus: conceptus verò non propriè dicitur nisi de actu intellectus. Obidque nomẽ notitia ponitur loco generis in definitione termini mentalis. Reliquum ponitur loco differentiæ ad excludẽdum propositionẽ mẽtalem: quæ cum sit notitia, non tamen est terminus.

Secundo, nec terministæ omnino per No. 2. ignorata procedant, notãdum est grossa Minerua, quæ nam res sit, & quomodo generetur notitia. Nẽpe quando aliquod cognoscibile obiicitur potentiæ. v. g. dum color offertur visui, producũtur ab eo vsq; ad visum res qu dam, quæ dicuntur species visibiles: quibus informatus oculus producit actum visionis, quo formaliter videmus. Et hoc vel experientia monstratur. Nam cũ quispiam fit pręsens speculo, videtur sibi videre eius superficie

ficie suam ipsius imaginem: propterea ꝙ species propria protensa vsq; ad speculum, reflectitur: inde vsq; ad oculum. Idem coniectandum est de interioribus potentiis. Nempe ꝙ intellectus formatꝰ speciebus intelligibilibus producit actum intelligendi. Et hoc modo intelligitur illud Augustini, A cognoscente, & cognito paritur notitia. Et dicitur, notitia, similitudo naturalis obiecti, nō quod habeat similia lineamenta. sicut imago picta est simili regis: sed dicitur intentionaliter similis, propterea quod suapte natura repræsentat obiectū. Et quanquā in priori æditione plura de hoc diximus, non tamen sunt capaces iuuenes, quibus maiores quæstiones proponantur. Nec aliud verbū addatur de speciebus, hoc enim nō potuimus excusare vt introduceremus rudes iuuenes ad crassam notitiam terminorum mentalium.

No.3. *Primum ergo diuiditur notitia in* intuitiuā, quę est rei præsentis: abstractiuam, quæ est rei absentis. Vbi notādum rem illā esse præsentem potentiæ, quæ obiectiuè potentiam actu mouet. Vt color qui est in prospectu nostro. & præsens visui. & sonus, dum auditur, est pręsens auditui. Quo fit vt nec cæco sit vnquam præsens color, nec sonus surdo. Notitia ergo intuitiua est notitia rei præsentis. i. notitia quæ per se dependet ex rei præsentia: nempe quæ fit & conseruatur ex obiecto se ipso mouente: sicut notitia intuitiua huius papyri, quæ nunc multiplicat speciem vsq; ad oculum vt iam modò declaraui mus. Et pari ratione notitia intuitiua est in intellectu. Notitia verò abstractiua est notitia rei absentis opposito modo. i. quæ non depēdet ex rei præsentia (sed fit & cōseruatur à speciebus relictis in absentia obiecti: quemadmodum notitia qua recordor patris mei.

Notitia intuitiua.

Notitia abstractiua.

Sed sunt argumenta duo quibus hoc magis explicatur: Arguitur sic. Si dum ego habeo notitiam abstractiuā imperatoris fieret ipse mihi præsens, deo conseruante abstractiuam simul cum intuitia, illa prior maneret abstractiua quia à natura habet vt sit abstractiua, & tamen esset notitia rei præsentis: ergo vtraque definitio mala. Et opposito modo arguitur. Si deus se solo miraculosè crearet in intellectu meo notitiam intuitiuam Antichristi: quod apparet posibile (Nam quicquid deus potest facere cum alia cā efficiente, potest facere se solo) tūc illa esset intuitiua, & tamen esset notitia rei absentis: ergo. Propter primum argumētum addunt nonnulli priori definitioni, præsentis vt præsens est. Sed tamen non est necessariū: si intelligatur, rei pręsentis, de per se id est, quod notitia vt sit intuitiua requirit ꝙ quantum est ex natura sua dependeat ex præsentia obiecti. Et in priori casu licet illa abstractiua sit rei præsentis, tamen non dependet ex illa præsentia. Et in secundo casu licet illa notitia intuitiua sit rei absentis: tamen quantùm est ex natura sua, dependet ex præsentia obiecti: eò ꝙ deus speciali concursu supplet vicem obiecti.

Ex dictis colligitur inter notitiam intuitiuam & abstractiuam quatuor modis differre. Pimum ex parte causæ efficientis. Nam notitia intuitiua producitur ab obiecto per se producente tunc vel conseruante species: abstractiua verò fit à speciebus, quæ in absentia obiecti reseruantur in memoria. Ex hac sequitur secunda differentia ex parte effectus. Nam intuitiua quemadmodum dependet ex præsentia obiecti, ita suapte natura repræsentat clarè & distinctè obiectum esse præsens. Hoc est virtute illius possumus iudicare euidenter de existentia obiecti, cęterisq; accidentibus præsentibus rei. De quibus non possumus fieri certi per notitiam abstractiuam. Quòd si arguas contrà, Astrologus cæcus tempore eclipsis lunæ certus est lunam eclipsari modo, intenta quantitate, & tali puncto cœli, &c. Et non habet notitiam intuitiuam, ergo per abstractiuam sit certus de præsentia rei. Ad hoc negatur consequentia. Notitia nanque abstractiua quam habet astrologus in absentia lunæ, non facit eiusmodi certitudinem sed certè scientia astrologiæ, qua ex principiis deducuntur illæ cōclusiones. Tertia differentia est ex parte ordinis. Nam quantum attinet ad naturam notitiæ abstractiuam præcedit semper intuitiua vel eiusdem obiecti vel alterius. Vt post notitiam intuitiuam parentis relictę sunt species quibus producitur abstractiua. Et per notitiam intuitiuam creaturarum confingimus aliquam notitiam bonitatis & omnipotentiæ dei: Potest tamen deus infundere notitiā abstractinam sine præuia intuitiua. Quarta differentia est ex parte subiecti, quia notitia abstractiua non potest esse in sensibus exterioribus, sed solum in intellectu, & in sensu interiori. Sed intuitiua potest esse in omni potentia tam interiori quàm exteriori. Sed tunc est argumentum. Sequitur ꝙ non omnis nota est terminus mentalis. Nam notitia sensus exterioris non potest cōficere propositionem No.4.

Notitia intui. & abstra. quatuor modis differunt.

sitionem cùm sensus exterior non possit formare propositiões:vt alibi videbitur.Respondetur quòd satis est,vt sit terminus mentalis, quòd mediante sibi synonyma,puta interiori:possit conficere propositionẽ. Intelligitur enim illa particula definitiões termini, quod quantum est ex modo significandi,nõ repugnet termino conficere propositionem. Sed si repugnat alia via, puta ex natura & ratione subiecti, vel si deus faceret, ꝙ nulla posset fieri propositio,nihilominꝰ dictiones simplices essent termini,vt dictum est.

No.5. *Sed tandem notandum. Primò* circa nomina hæc, quod apud sanctũ Thomã, cæterosq; antiquos non sunt in vsu ista nomina,notitia intuitiua,& abstractiua: sed notitia visionis & simplicis intelligentiæ. Quia enim visus est dignissimus omniũ sensuum exteriorum: nomen visionis transfertur ad omnes notitias rerum præsentium, siue sint in intellectu, siue in alia potentia.Et quia idẽ pollet, video, & intueor,idem est notitia visiõis,& notitia intuitiua.Notitia verò abstractiua dicitur simplicis intelligentiæ, quia nõ ponit existentiam in obiecto, sed solũ quòd intelligitur. Notandum tandem bifariam contingere,vt notitia sit abstractiua: vno modo quia abstrahit solũ à pręsentia rei: vt notitia singularis,quam habeo parentis defuncti. Alio modo, quia abstrahit ab omnibus conditionibus singularibus, vt notitia communis,homo.

Notitia.visionis.

No.6. *Altera diuisio textus est,qua* diuiditur conceptus in vltimatum, qui est conceptus rei: & non vltimatum, qui est conceptus termini: quæ quidem definitiones ex nominum etymologiis colliguntur. Adnotauimus enim suprà,vt signum significet instrumentaliter,duas concurrere notitias,primam ipsius signi, & alteram rei significatæ. Primam vocamus non vltimatam, quia ordinatur tãquam via ad secundam:& secundam vltimatam,quia est finis prioris:vt per notitiam huius scripturæ,homo,ducimur in notitiam hominis.Ponitur in definitione, conceptus termini, quia non est in vsu dialecticorum,conceptum aliorum signorum vocare non vltimatum. Licet enim per notitiam v.g.vestigij veniam in notitiam animalis, & per notitiam gemitus,in notitiam infirmitatis:non tamen conceptus vestigij aut gemitus dicitur non vltimatus,sed vltimatus. Ex quo sequitur,quod nec conceptus huius vocis blitiri,est non vltimatus.sed vltimatus: licet sit via ad formãdum notitiam prolatoris. Et ratio nulla est alia, nisi quia dialectici solùm cõsiderant de vocibus,in quantũ sunt signa conceptuum.Et ideò solùm vocant nõ vltimatos, conceptus terminorum. De notitiis autem sensitiuis exterioribus terminorum problema est, an dicantur conceptus non vltimati,postquàm sunt notitiæ terminorum, quæ ordinãtur ad conceptus vltimatos.Sed tamen non est in vsu vocare tales notitias:quatenùs sint in sensu, conceptus non vltimatos:quia visus per notitiam scripturæ, homo,non format notitiam hominis: sed illa producitur in intellectu.Et ideo illa visiua non est via ad alium conceptum eiusdem potentiæ.Et propterea,non diuisimus in hac diuisione, notitiam,quod est nomen commune ad sensitiuas, sed conceptum, qui solùm dicitur de notitia intellectiua.

Notitia & conceptus multiplex

Sed argumentum est contra defi- No.7.
nitiones. Conceptus vniuersalissimus entis, est conceptus termini, nam est conceptus omnium rerum:tamen est conceptus vltimatus,quia est conceptus rei, ergo definitiones non sunt bonæ.Si dicas, quòd non est conceptus adęquatus termini,quia est etiam aliarum rerum, accipio conceptum cui subordinatur ly,terminus,qui est adæquatus terminorum.Propter hoc argumentum,adiecimus definitioni in priori æditione, conceptus distinctus termini. Quam particulam missam hic fecimus, nè obscuram redderemus definitionem.Intelligatur ergo definitio in hoc sensu. Conceptus non vltimatus, est cõnceptus singularis termini, quem formamus,viso ipso vel audito,antequã formemus conceptum significati:vel quem habemus abstractiuum,dum recordamur terminorum,quatenus sunt significatiui, id est,ille conceptus termini, qui prærequiritur ad hoc,quòd terminus significet suum significatum instrumẽtaliter:debet enim definitio esse breuis,& postea est exponenda. Et conceptus vltimatus opposito modo,est conceptus rei vel termini,in quantum est quædam res significata. Nec est flagitanda exactissima expositio:vbi res melius intelligitur: quã explicatur.

Superuacaneum est hic disputare, No.8.
quid sit significare vltimatè,& quid significare non vltimatè. Dixeram enim in priori æditione

æditione, ꝙ cõceptus non vltimatus. v.g. huius scripturæ. homo ꝑter quã quòd significat naturaliter propriè terminum ipsum, significat etiam ad placitum, homines, sicut scriptura ipsa. Opinabar enim cum aliis, quòd cùm vox imponitur ad significandum, imponuntur non solùm similes voces & scripturæ, sed cõceptus non vltimati: propterea quòd sunt similes vocibus. Quod iam modò censemus esse falsum. Nam non imponuntur nisi voces & scripturæ, quæ sunt similes in prolatione vel lineatione: conceptus autem est solùm similis intentionaliter obiectiuè: & non sicut vox voci. Et ideo conceptus non vltimatus solùm significat formaliter ipsum terminũ: Et illa significatio dicitur non vltimata: non respectu alterius significationis eiusdem conceptus non vltimati, sed respectu significationis conceptus vltimati.

No. 9. Cõceptus directus & reflexus. *Vltima diuisio conceptuum est in* conceptum directum, & conceptum reflexũ. Et definitiones horum conceptuum, nomina ipsa præ se ferunt. Enimuerò, quemadmodum res aliqua tunc realiter reflectitur, quãdo eòdem regreditur vnde proficiscitur: vt pila proiecta & repercussa & virga in orbem reuoluta, ita intellectus, quando cognoscit res extrâ, dicitur cognoscere directè, sed quãdo reuertitur ad se cognoscat se cognoscere: tunc dicitur reflecti supra se, & ille conceptus dicitur reflexus. Et ideo intelligendæ sunt istæ definitiones ad modum, quo exposuimus definitiones conceptus vltimati & non vltimati. Nam conceptus vniuersalis rerum: & conceptus cui subordinatur iste terminus conceptus: sunt conceptus significantes alios conceptus, & tamen non sunt reflexi. Ille ergo solùm conceptus est reflexus, qui obiectiue suapte natura, dependet ex præsentia alterius conceptus: vt sit quodam modo conceptus intuitiuus alterius. Restat veruntamen paruum dubium. Si angelus Michael

Dubium. intueretur conceptum qui est in Gabriele, vt fiunt loquutiones angelorum, ille conceptus Michaelis, est conceptus alterius conceptus, & tamen non est reflexus, quia non reflectitur supra se: magis quã si intueretur personã ipsius Gabrielis. Respondetur illum conceptum esse directum. Intelligitur enim definitio conceptus reflexi, vt sit conceptus alterius notitiæ eiusdẽ cognoscentis. Et ideo non diximus generaliter, ꝙ conceptus reflexus est conceptus qui est alterius conceptus, sed, conceptus qui reflectitur in alium conceptũ eiusdem cognoscentis. Et non dixi, eiusdem potentiæ, quia fortè cùm intelligo me videre colorem, notitia illa intellectiua est reflexa: licet non se reflectat nisi supra visionem exteriorẽ. Intellectus enim & voluntas ꝓpter suam immaterialitatem, reflectũtur supra se, & supra alias potentias: potentiæ verò materiales non habent actus flexos.

At verò dubiũ est, an conceptus reflexus dicatur non vltimatus: quando quidem est conceptus termini. Parùm refert, sic aut aliter loqui: sed fortè melius est negare esse non vltimatũ, quia non ordinatur ad vlteriorem conceptũ producendũ: nec est conceptus prærequisitus ad hoc, quòd cõceptus directus significet nobis aliquid. Nec videtur recipere vsus dialecticorum, tanquã cõceptũ non vltimatum, nisi conceptũ termini significantis ad placitum: vt puta, vocalis aut scripti, nisi inter angelos. Et si hoc placet ita, intellige definitionem conceptus non vltimati: quanquã sit disputatio de nomine. No. 10. Dubium

Super sedendum est hic ab aliis tri- cis, quibus solent iuuenes implicari: nempe an conceptus reflexus significet idem quod significat directus: & à similibus quæstiunculis. Quòd si quis confinxerit mostruosa illa argumenta contra dictas diuisiones: puta vnum copulatum, cuius vna pars sit in scripto, & alia in voce: arguens quod non est vocalis terminus nec scriptus: item si vna pars sit notitia intuitiua & alia abstractiua, tunc totum nec est notitia intuitiua, nec abstractiua. Ad hæc & similia respõdeto, diuisiones illas intelligi in terminis simplicibus: illa autem sunt termini mixti, vel monstra potiùs terminorum. No. 11.

Caput quartum.

TErminorũ, alius vniuocus, & alius æquiuocus. Vniuocus terminus est, qui sua significata eodem conceptu reꝑsentat, vt homo. Terminus æquiuocus est, qui sua significata diuersis cõceptibus repræsentat. & est duplex, æquiuocus à casu: q forte & ex æquo sua significata repræsentat:

vt

dominicus. Et æquiuocus à consilio seu analogus. qui cõsultò & proportione quãdam sua significata repræsentat, vt sanum de animali dictum, & de medicina.

Lectio vnica.

No. 1. *Nõ est hic ratio vniuoci, ęquiuoci,* & analogi ad vnguem exigenda, sanè quæ si exactè traderetur, esset rudibus iuuenibus

Terminus vniuocus, & æquiuocus. terrori magis quàm cõmodo & eruditioni. Satis est perfunctoriè adnotare, quòd voces significant sua significata mediantibus conceptibus, quibus in mente subordinãtur, vt cùm audio vocem, homo, concipio in mente notitiam hominum, per quam vox illa repręsentat confusè homines. Et si vox significat plura in quantùm conueniunt in vna ratione, vt puta in vna natura, vel vno accidente, tunc significat illa mediante eodem cõceptu vniuocè, sicut ly homo, significat homines, in quantum conueniunt in vna natura humana, & ly album omnia corpora, quæ habent eandem speciem coloris, & eodem modo ly animal, & ly, coloratum, sunt termini vniuoci. At verò si vna vox significat plura non significando aliquid commune illis, tunc significat illa æquiuocè pluribus conceptibus, sicut hæc vox, canis significans canem latrabilem & piscem. Nam latrabilem canem, & sydus eodem conceptu significat vniuocè apud poëtas. Est in fabulis, caniculam Icari in sydus fuisse versam. Ita animal significat vniuocè canem latrabilem & piscem, quia significant vnam naturam sensibilem communem in illis, sed ly canis, quia significat duas naturas specificas illorum, alio conceptu significat vnum animal, & alio aliud. Diuersos conceptus vocamus illos, qui non sunt synonymi, nec faciunt vnum. Nam ly homo, non subordinatur diuersis conceptibus, propterea quòd alium ego formem, & alium sy

Vniuocantia æquiuocantia. nonymum Petrus: nec ly Petrus, & Paulus subordinatur diuersis conceptibus. Et termini dicuntur vniuoca vniuocantia, aut æquiuoca æquiuocancia, res verò significatæ dicuntur vniuoca vniuocata, vel æquiuoca æquiuocata. Vnde res in se absolutæ non dicuntur vniuocæ, nec æquiuocæ, sed quatenus significantur per nomen vniuocum, vel per nomen æquiuocum. Verbi gratia, canis latrabilis, & piscis, quatenus significãtur per ly animal sunt vniuoca vniuocata, & quatenus significantur per ly canis, sunt æquiuoca æquiuocata, & vniuoca Græcè dicuntur homonyma. id est, res eiusdem nominis. Vnde in singulari numero res non dicitur vniuoca vel æquiuoca, sed solum in plurali quemadmodum Aristotel. definiuit ea in fronte prædicementorum, de quibus nulla fiet hic mentio vsq; ad illum locum.

Suppartiti sumus æquiuocum termi- No. 2. num, in æquiuocum à casu & æquiuocum à consilio. Aequiuocum à casu est quando for

Aequiuocum à casu, & à consilio. tè & non propter aliquam similitudinem imponitur ad significandum plura, sicut dictũ est de ly canis. Et hoc modo nomine propria sunt æquiuoca, quia fortè, & casu datum est mihi nomen diui Dominici. Sed æquiuocũ à consilio est quando nomẽ significat vnam rem propter habitudinem, quam habet ad aliam. Diximus enim suprà bifariam terminum significare ad placitum, vel ex formali institutione, vel consequutiuè. Quando ergo vox vnum significat ex impositione formali, & aliud consequutiuè, est æquiuoca à concilio, vt ly Nero, significat Neronem, & crudelem hominem propter similitudinem. Similiter, ly homo, significat hominem viuum & mortuum, & pictum. Et potest esse hæc analogia, vel in similitudine, & dictũ Analogia. est: vel in proportione, vt propterea quòd sicut ridere se habet ad hominem, quæ est interiectio lætitiæ, ita floriditas se habet ad pratum: ridere, dicitur analogicè de prato, & de homine. Vel tertio consistit in attributione, vt sanum ex impositione formali significat animal, in quo formaliter est sanitas, sed analogicè dicitur de pomo, quod est causa, & de vrina quæ est signum sanitatis. Vnde, licet analogia, idem sit quod latinè, proportio, vt vertit Quintilianus, vel conuenientia, vt vertit Cicero: tamẽ apud philosophos sunt multæ species analogiæ, quas consultò missas fecimus, sanè quòd eas præter captum inuenũ tractaueram in priori æditione. At verò quãdo confundimus analogum cum æquiuoco à consilio, non loquimur exactè de analogo, sed sermonẽ potius accõmodamus summulistis. Nam vt in anteprædicamentis, & latius in Metaphysica explicabitus, non omne analogũ est æquiuocum. Imò analogia est medium inter puram vniuocationem, & puram æquiuocationem. Adeò vt sit analogus terminus, qui sua significata eodem conceptu repræsentat. Vt ens, respectu decem prædicamentorum, respectu Dei, & creaturę, quod

modò esset difficile declarare.

No.3. *Iam nunc subnotandæ sunt duæ re* gulæ, quæ de Analogis solent constitui. Prima, Analogum per se sumptum stat pro famosiori significato. Id est. Analogum, quod non restringitur à membro minùs principali, nec subiicitur respectu illius, stat pro eo, quod principaliter significat ly homo, stat pro homine viuo in subiecto huius propositionis, homo, est animal, & in prædicato huius, homo pictus est homo. Secunda, talia

Regu.2. sunt subiecta qualia permittuntur ab eorum prædicatis. Id est, Analogum, quod subiicitur respectu membri minùs principalis, alienato à prædicato, vt accipiatur pro significato ipsius prædicati. Vt subiectum huius, homo est pictus, supponit pro pictura. Intelligitur quando membrum minus principale, est totale prædicatum, aut præcipua pars. Vt in hac, homo est pictus color. Sed in hac homo est viuus vel pictus, subiectum accipitur pro homine viuo. Intelligitur deinde nisi restringatur aliunde. In hac enim, homo viuus est pictus, subiectum accipitur pro homine viuo. Hæ regulæ non aliter, quàm vniuersali vsu loquendi stabiliuntur. Concedimus enim, quod omnis homo intelligit, & negam⁹ quòd homo pictus est homo. Quod non esset verum, nisi ly homo, iuxta primam regulam, acciperetur illic pro solo homine viuo. Rursus, visa imagine hominis, affirmamus, hic homo graphicè pictus est. Quod tamen esset falsum, nisi subiectum iuxta secundam regulam acciperetur pro pictura. At verò postquàm huiusmodi regulæ solo vsu loquendi innituntur, cõsulendæ sunt aures, nec latiùs sunt extendendæ, quàm homines plurimum concipiunt. Et ideo quando analogum distribuitur, forsan non habet verum secunda regula. Forsan inquam subiectum huius omnis homo est pictus, non distribuitur solùm pro pictis. Nam ad sensum apparet falsa. Et fortè ly omnis impedit, nè alienetur subiectum, sed distribuatur pro viuis, quanquàm ex alia parte videtur vera. Nam concedimus, quòd omnes Reges Hispaniæ sunt sculpti in arce Segobiensi. Et sic videtur quòd distribuatur solùm pro sculptis. Nihilo minùs tamen licet secunda regula habeat verum vniuersaliter, quando analogũ significat diuersis conceptibus sua significata, tamen quando significat illa, mediante eodem conceptu, tunc si distribuatur, certè pro omnibus significatis distribuitur. Sunt falsæ huiusmodi ptopositiones, omne ens est qualitas, omne ens est creatura, vbi ly ens, in prima distribuitur pro substantia, & pro accidente, & in secunda pro Deo, & pro creatura. Si concedatur, quòd omnis homo est pictus, tunc non sequitur, omnis homo est pictus, ergo homo pictus est homo. Sed concludendum est ergo homo pictus, est homo pictus. Nec sequitur, omnis homo est homo viuus, & omnis homo est pictus, ergo homo pictus, est homo viuus. Imo præmissæ sunt inhabiles propter æquiuocationem medij. Nec sequitur, nullus homo viuus est pictus, omnis homo est pictus, ergo nullus homo est homo viuus. Sed concludendum est, nullus homo pictus est homo.

Ex his quæ dicta sunt soluitur vul No.4. garis illa quæstio, An in mente vltimata possit esse æquiuocatio. Manifestum enim est esse impossibile. Nam tunc solùm esset talis æquiuocatio, si conceptus quispiam significaret plura per modum plurium, id est, nõ vt conueniunt in vna ratione, quod inuoluit Dubium. contradictionem. Nam si conceptus significat plura formaliter, est naturalis similitudo illorum, at nõ potest esse vna similitudo plurium nisi in quantum illa plura inter se conueniunt. Siquidem quæcunq; sunt similia vni tertio sunt similia inter se. Quare non potest vnus conceptus significare plura formaliter nisi vniocè. formaliter inq̃ quia conceptus repræsentat se, & suum obiectum æquiuocè. Se autem non repræsentat formaliter, sed mediante conceptu sui, sicut albedo repræsentat se. Conceptus tamen analogicus, vt conceptus entis, repræsentat plura formaliter, & analogicè, sed de hoc alias.

*Contra hanc vltimam conclusione*s Argu.1. arguitur, conceptus hominum significat homines viuos, atq; pictos, & non potest illos significare vniuoce, magis quàm vox ipsa: ergo in mente vltimata est æquiuocatio. Probatur ma. Ille conceptus est naturalis similitudo hominum viuorum, & picti sunt similes viuis, ergo est naturalis similitudo pictorum, quia quæcunq; sunt similia vni tertio sunt similia inter se. Ad argumentum negatur maior, & negatur conceptum hominum esse naturalem similitudinẽ pictorum. Quia picti non sunt similes viuis in natura humana, quã significat cõceptus homo. Et ideo fallit maxima illa, q̃cũq; sunt similia &c. si vt iacet intelligatᷣ. Imò credo ꝙ ille cõcept⁹ nullo modo

modo significat pictos, quia conceptus non est similis intentionaliter, nisi rei habenti formam, quam conceptus significat, & conceptus solùm significat formaliter naturam humanam, quæ non est in pictura. Si autem cõtenderis, quòd significat pictos, tunc non significabit illos formaliter seipsos, sed mediãte naturali similitudine pictorum. Quare nec inde sequitur æquiuocatio in mente vltimata. Nam licèt sit æquiuocus tamen non significat illa duo significata formaliter mediante se, quod requiritur ad æquiuocationẽ, quę negatur in mẽte. Sed melius est dicere, quòd nullo modo significat pictos. Vnde illa vox homo diuersis conceptibus significat viuos, & pictos.

Argu. 2. *Secundò arguitur contra diffinitionem* termini æquiuoci. Sequitur ex illa, quemcũq; terminum esse æquiuocum, quia quicunq; habet duos conceptus, scilicet, non vltimatum sui, & vltimatum significati. Item contra diffinitionẽ vniuoci. Siquitur quemcunq; æquiuocum esse vniuocum secundùm aliquam significationem. Ad primum membrum argumenti respondetur, quòd non dicitur terminus simpliciter æquiuocus, nisi secundùm cõceptus vltimatos. Nam (vt suprà diximus) terminũ repræsentare, non est propriè significare. Ad secũdum membrum conceditur, quòd omne æquiuocum secundũ aliquam significationem est vniuocum, vt ly canis, secundùm quod significat latrabilem.

Argu. 3. *Tertiò arguitur. Si ly homo signi*cat veros homines, & pictos, ly angelus, pari ratione, significaret veros angelos, & pictos: sed tamẽ nulla videtur similitudo inter angelum, qua pingitur corporeus, & substãtiã ipsam spiritualẽ. Respondetur, quòd quãquã non sit similitudo in lineamentis secundum verum esse, quod habet angelus, est tamen secundùm conceptum, quem nos habemus de angelo. Exprimimus enim perpetuitatẽ eius, effigie iuuenis, aliis verò subitaneum eius motum.

Caput quintum.

Terminus categoremati. & syncate.



Erminorũ alius categorematicus, & alius syncategorematicus. Quod est (vt Græca latinè reddamus) alius significatiuus, & alius consignificatiuus: vel alius prædicatiuus, & alius comprædicatiuus. Terminus categorematicus est terminus aliquid per se significans, vt homo. Terminus syncategorematicus est terminus aliqualiter significans, vt omnis.

Lectio vnica.

*Subsequitur tertia diuiso termi*norũ in categorematicum & syncategorematicum. Quæ nomina, vt alia quàm plurima à Græcis mutuant Latini. Nam, κατηγορέω, apud philosophos duo significat, scilicet, significare, & prædicare, & ab vtraq; significatione deducitur categorematicus terminus, & syncategorematicus. Dicitur ergo terminus categorematicus, quia per se significat, propterea enim diximus per se, vt excluderemus syncategorema, quod dicitur consignificatiuus terminus, quia suum significare est circa categoremata, quemadmodum cifra, o, in algorismo, quæ, cùm per se nihil valeat, cæteris tamen caracteribus adiuncta, eorum auget valorem. Vnde per se significare, & aliquid, vel aliqua significare idem sunt ĩ propositio, sicut cõsignificare, & significare aliqualiter. Et pari ratione terminns categorematicus dicitur prædicatiuus, quia potest esse prædicatum propositionis categoricæ, quæ perinde dicitur categorica, id est, prædicatoria. Et syncategorematicus dicitur comprædicatiuus, quia cum per se nõ prædicetur: modificat tamen extrema, vel verbum propositionis. No. 1.

*Partiuntur moderni terminum ca*tegorematicum in categorematicum officio tantùm, significatione tantùm: officio, & significatione simul. Et pariter secant terminum syncategorematicum. Categorematicus officio tantùm, vt dicunt, est terminus, qui cùm non significet aliquid exercet tamẽ officium præcipuum in propositione, vt verbum est. Et idem vocãt syncategorema significatione tantùm. Categorematicus significatione tantùm, è conuerso, est terminus, qui cùm significet aliquid, non tamẽ potest exercere officium præcipuum in propositione, id est, esse extremum, vel copula, vt obliqui, & aduerbia temporalia, & adiectiuum adiectiuè tantum, &c. Et illa sunt syncategoremata officio tantùm. Terminus purè categorematicus est terminus, qui & significat aliquid, & potest esse extremum propositionis, vt ly homo, atq; purè syncategorematicus est, qui

No. 2. Terminus categoremati c9 triplex.

solū significat aliqualiter, nec potest esse extremum, nec copula verbalis, vt ly omnis At verò diuisio hæc, & præter veritatem confingitur, & sine authoritate. Primū ly est, nō dicitur categorema, officio, eò ꝙ possit esse copula. Nā categorema, vt nomē præfert, idē est, quòd prædicatum. Quare ly, est tertium adiacens deberet dici syncategorema simpliciter secundùm illos, quia nec significat aliquid, nec habet officiū categorematis, quod est esse prædicatum, sed quando est secundum adiacēs dicitur categorema sicut omnia alia verba, quia possunt esse prædicatum. De quo latiùs videbimus in capit. de verbo. Præterea obliqui sunt omnino categoremata, etiam officio, nam secundùm suos rectos possent prædicari. Et adiectiuū per se potest prædicari, vt videbimus capi. 7. Et aduerbia, cras, vbi &c. sunt syncategoremata, etiam significatione sicut officio. Igitur nullum est categoma significatione, quin sit etiam officio, nec è diuerso. Imò verò terminum esse per se significatiuum, quod est esse categorema significatione, est causa, vt sit per se prędicatiuum, quod est esse categorema officio. Atque adeo terminum esse consignificatiuum est causa, vt sit comprædicatiuum.

Argu. 1. *Contra diuisionē huius capitis arguitur*. Si quispiam esset terminus syncategorematicus esset. Verbi gratia, ly omnis, sed ille significat aliquid, ergo nullus est. Probatur minor. Ly omnis mentale, immutat intellectum ad cognoscendum, postquàm est actus ītelligēdi, ergo formaliter mouet ipsum, vt tendat in aliquod obiectum, cuius est naturalis similitudo, ac perinde significat aliquid. Et confir. ly omnis significat aliqualiter, ergo aliqualiter est significatum per ly, omnis, & ideo aliquod est eius significatum. Ad argumentum negatur minor. Et ad probationem negatur illa consequentia, ly omnis immutat intellectum: ergo vt tendat in aliquod obiectum, cuius est naturalis similitudo. Non enim mouet ad cognoscendum aliquid, quod sine ipso nō cognosceretur, sed ad cognoscendum alio modo, & recipiendū terminos, quibus additur vniuersaliter, iuxta illud Aristote. 1. Perihet. cap. De enuntiatione, ly omnis non vniuersale est, sed vniuersaliter significat. Ad consequentiam confirmationis distinguitur consequens. Aut enim est sensus quòd aliqualiter est aliquod ens, significatū per ly omnis, & tunc negatur consequētia. Non enim sequitur ab actiua ad passiuam, nisi quando vis verbi actiui cadit in aliquem accusatiuum, & ly aliqualiter, nō est nisi aduerbiū. Si verò sensus consequentis sit, ꝙ aliqualiter significatꝛ per ly omnis, vt ly significatur, nō sit nomē, tūc bona est cōsequētia.

Argu. 2. *Quæritur tamen exactiùs, quid sit* hoc, aliqualiter significare. Et arguitur sic. Vel significare de ly omnis, in hac propositiōe, omnis homo est animal, est facere, quod intellectus cognoscat homines aliter, quàm cognosceret sine illo, vel est facere, quòd subiectum aliter accipiatur cum syncategoremate, quàm sine illo: Non primum. Videmur enim eodem modo concipere homines per illum terminum, homo, sine syncategoremate, atq; cum illo: Nec secundùm. Nam si omnis facit, vt subiectū sic, vel aliter accipiatur, ergo facit vt cognoscatur, nam aliter non videtur, quomodo id faciat, & tunc ly omnis significaret aliquid. Huic quæstioni videtur respondendum, quòd ly omnis vtrunque facit, & quòd accipiatur subiectum copulatiuè & quòd homines quodā modo cognoscātur copulatiuè, tamen si hoc secundum negauerimus in priori æditione. Nec sequitur ex primo membro, quòd ly omnis moueat intellectum ad cognoscendum subiectū. Nam accipere subiectum copulatiuè, non est cognoscere ipsum, sed vnire illud prædicato, pro quocunq; suo significato, Et propter ea dicimus secundò, quòd aliter cognoscuntur homines per illam notitiam distributā. Quia sine illo signo vniuersali concipiuntur homines absolute, sed cùm distribuitur notitia, concipiuntur virtualiter copulatiuè. Non quòd expressè singuli numerentur, sicut in singularibus, sed cognoscuntur distributiuè, nec inde sequitur illam notitiam mutare significationē aliquam, aut acquirere. At replicatur argumentum aduersus hanc solutionem, si significare illius syncategorematis est per respectum ad categorema, vel eius significatū, sequitur inde, vt nihil significet, quando est extra propositionē. Sunt qui concedunt consequentiam istam, consequens. Sed re vera hoc est inopinabile. Imò est manifestum, ly omnis, & ly non, cùm per se proferuntur aliqualiter significare. Primùm, quia visa scriptura omnis, pręter cōceptū non vltimatū eius, quē concipit rusticus, latinus homo format cōceptum vltimatum suæ significationis. Nec satis est dicere, ꝙ tūc ly omnis accipitꝛ categorematicè, vt valeat, sicut omne ens, nam modū etiam distribuendi intelligit latinus, cùm audit

Significare aliqualiter.

dit illam vocem. Item quia si illa mentalis, omnis homo est animal, corrumpatur manente ly omnis, non mutabit ille actus significationem, quam habet naturalem. Igitur, negamus consequentiam, quæ fit in replica. Vnde quemadmodum terminus categorematicus significat quidem extra propositionem, tamen non supponit, nisi in propositione; ita terminus syncategorematicus significat quidem extra propositionem, sed non exercet officium nisi in propositione, & ideò significatio eius non intelligitur nisi in ordine ad categoremata, vt significare de ly, omnis, est significare vniuersaliter, id est, facere quòd significatum termini, cui additur concipiatur copulatiuè. Et eodem modo loquendum est de ly, non, & de aliis syncategorematibus, quæ, vt suprà diximus, significant aliqualiter, exercẽdo officium in propositione. Nam ly velociter, & similia, modum realem significant ex parte obiecti. Et in mente ly omnis, & huiusmodi syncategoremata, saltem quæ exercent officium in propositione, non solent vocari notitiæ, nec conceptus, sed actus syncategorematici. Ita loquuntur moderni, sed tamen philosophi omnem notitiam, vocant actum intelligendi, & syncategoremata possunt vocari conceptus, sed dicuntur actus ad differentiam categorematum.

Argu.3. *Sed aliter arguitur ad idem ly omnis mẽtale nõ producitur à solo intellectu,* ergò vel producitur à termino, quem modificat, vel ab eius significato, & ab vtrolibet producatur, videtur repræsentare ipsum, tanquã suum obiectum. Ad hoc argumentum, qui opinantur syncategorema per se, extra propositionem nihil significare, dicunt proinde intellectum non posse concipere illum actũ, omnis, nisi prius conceperit categorema, à quo producatur. Isti tamen, modò vt dicebam, manifestæ experientiæ reluctantur. Nam si sola illa vox, omnis, audiatur, latinus intelligit significationem eius. Et secundò arguitur, consequitur ad opinionem istorum, quòd quantumuis morosè quispiam audiat proferre hanc propositionem, omnis homo est animal, nunquàm concipiet actum, omnis, quoad priùs habuerit cõceptum hominis, quod isti concedunt. Imò concedunt quòd non concipitur ly omnis, quoad priùs concipiatur prędicatum, quod est obiectum, quod confunditur ab illo signo. Atque adeò subinferunt, vsque adeò depẽdere, ly omnis, ab illo subiecto, vt non possit manere, subiecto corrupto, nec potest idem actus distribuere aliam notitiam. Sed tamen est experientia contra istos. Dum enim audio, omnis homo est animal, ita successiuè concipio significationẽ, sicut audio voces, & postquã concipio actum distributiuũ, omnis, quemcunq; terminum sequẽtem distribueret, siue esset ly homo, siue ly equus. Et prætereà non soluunt argumentum principale, concluditur enim contra illos, quod ly omnis, significat aliquid, puta obiectum, à quo producitur. Igitur, ad argumentum negatur consequentia. Neq; enim producitur, ly omnis, termino, quem determinat, nec ab eius significato. Primus enim actus omnis, quem, verbi gratia, habuit Adam, productus fuit à rebus. Vt videns, hunc ignem calefacere, & illum, & illum, concepit, omnis ignis calefacit. Et tunc imposuit nomen, cuius significationem expressit nutibus, & signis. Et pari modo in aliis idiomatibus. Sed nunc, impositis terminis, ab illa sola voce, omnis, producitur actus, sicut notitia hominis à voce, homo. At restat adhuc dubium. Post notitias enim intuitiuas rerum, relinquũtur species ipsarum rerum, à quibus in absentia obiectorum producuntur notitiæ abstractiuæ. Quæritur ergò, quid relinquitur ad producendũ actum, omnis. Verbi gratia, Quando ego in lecto sine voce, vel scriptura mecum cogito, omnem ignem calefacere, à quo producitur ly omnis. Respondetur, quòd etiam relinquuntur species illorum actuum, licet, non sint propriæ imagines rerum. Dubium.

Caput. vj.

TErminorum categorematicorum, alius communis, & alius singularis. Qui aliàs dicũtur diuiduæ, & indiuiduæ significationis. Terminus communis est, terminus plura diuisim significans, vt homo. Terminus verò singularis est terminus, vnum tantum significans, vt Petrus.

Lectio vnica.

No.1. Terminus communis & singularis. *Hic nõ diuiditur terminus in vniuersum,* quemadmodum superioribus diuisionibus, sed terminus, duntaxat categorematicus. Nam syncategoremata, quippe quæ non sunt nomina rerum, nec singularia sunt, nec communia subinde dicuntur. Et definitiones

tiones quidē perspicuæ sunt, præter illā particulam diuisim, quæ ponitur in difinitione termini communis, ad defferentiam termini singularis collectiui, vt Salmantica, si accipiatur pro populo. Et opposito modo in secunda definitione ponitur, vnum tantùm, id est non plura diuisim. Quare ly Salmantica, quis significet plura collectiuè, est nihilominus terminus singularis, significans vnum collectiuè. Quid autem sit, significare plura diuisim, in capite de significare planè expositum est. Cognoscitur em à posteriori, hoc signo. Si termino virtute significationis non repugnet supponere diuisiuè pro pluribus, tunc significat plura diuisim, vt ly homo, qui supponit in vna singulari pro Petro, & in alia pro Paulo. Significare autem plura collectiuè aut copulam, est, quòd significet taliter plura, vt repugnet supponere pro illis diuisiuè, vt ly Salmantica. Hinc colligitur alia diuisio termini in collectiuū, & diuisiuū. Collectiuus est terminus, qui in singulari numero significat plura copulatim, vt ly Salmantica, ly populus. Diuisiuus verò est terminus, qui in singulari numero significat vnum, aut plura diuisim, vt ly Petrus, ly homo, Dixerim, in singulari numero, quia natura termini collectiui, vel diuisiui pluralis, pensanda est penès singularem numerum, vt ly homines, est terminus diuisiuus, licèt in plurali significet collectionem, & ly populi, est terminus collectiuus. Et eodē modo quando plurale accipitur pro singulari collectiuo, ipsum est collectiuū, vt Parisij, Burgi. Ex hoc sequitur primò, quòd ly Petrus, est terminus singularis, licet significet plura æquiuocè. Nam genus harum definitionū est terminus vniuocus.

Termini nus diuisi us, & collectiuus.

Vbicunq; enim fit absolutè mentio de termino, intelligitur de vniuoco, nam æquiuocus, qui est potiùs termini, ab arte relinqtur. Nec est terminus collectiuus, licet videatur significare plures partes Petri collectiuè. Nam, vt diximus, capite de significare, non significat illas per se, sed solùm Petrū. Sequitur secundò, quòd hoc copulatum, Petrus & Paulus, complexiuè est terminus singularis & collectiuus: hoc verò disiunctū, Petrus vel Paulus, est communis & diuisiuus. Sicut illud copulatum diuisiuè sumptum. Sequitur tertiò, ly sol, ly mūdus, esse terminos communes, licet naturaliter non possint supponere, nisi pro vno, quia ex modo suæ significationis nō repugnat supponere pro pluribus. Non enim impositi sunt singulariter sed communiter ad significandum omnes soles & mūdos, qui essent. Sed ly, Phœbus, est terminus singularis. Eodē modo ly, omnis homo, est terminus communis, quia successiuè potest supponere pro pluribus diuisiuè. Huic diuisioni addūt alij tertium membrum, scilicet, quòd alius sit terminus partim collectiuus, & partim diuisiuus, qui, scilicet, aliquid, & aliqua significat vt ly ens, cū absoluitur à numero. Sed huius consideratio non multū spectat ad logicum.

Dubium esset hic pręcipuum de hoc termino, essentia diuina, esset ne communis, an singularis. De quo latiùs disputabimus in quinto libro, prouectioribus iam tunc auditoribus. Sed quantùm ad præsens attinet, manifestum est ly, essentia diuina, esse nomē commune, sicut ly sol & ly Deus. Nam licet ex parte rei repugnet esse plures Deos, tamē ex parte significationis non repugnat supponere pro pluribus, si essent, significāt em communiter essentiam diuinam. Sed dubium, est si sit nomen singulare huius essentiæ, vt si dicas incomplexè, hæc essentia. Videtur enim tunc nomē singulare, quia significat vnicam essentiam, & ex alia parte videtur cōmune, quia non repugnat ei supponere pro pluribus suppositis. Sed respondetur, quòd tunc est nomen singulare, & licèt verificetur de pluribus suppositis diuisiuè, non tamen propriè supponit pro illis, quia non sunt eius per se significata mediata, vt illic explicabitur. Alterum dubium est de hoc nomine Petrus, quod supponebat pro Petro iuuene, & nunc pro sene. Item supponit pro toto Petro, & pro toto, abscissa manu, vnde videtur esse nomen cōmune. Sed ad hoc respōdebimus libro sequenti, capit. De quantitate propositionis. No.3.

No.1. Essentia diuina.

*Sunt qui diuidant terminum cōmu*nem in communem in significando tantùm, vt ly sol, ly ens, quod est Petrus, qui significant plura, & nō possunt supponere pro pluribus, & terminum communē in significando, & supponendo simul, vt ly homo. Sed tamen non est necessaria diuisio hæc. Nullus enim est terminus communis significatione, qui non sit pariter communis suppositione. Adeò, vt Petrus Hispanus nō aliter explicuerit suppositionem communem, quàm dicendo suppositio cōmunis est, quæ fit per terminum communē. Et loquebatur de communi in significādo, aliàs peteret principiū. Quare ly, sol est commune, etiam in supponendo, quia sufficit, ꝙ ex parte sua non repugnet

gnet supponere pro pluribus. Et ly, ens quod est Petrus. sicut non est commune in supponendo, ita nec in significando significatione totali.

No.4. *Circa terminum communem ad huc* est notandum, esse aliquos terminos vniuersalissimos, quos dialectici vocant, transcendentes, quia omnia significent, qui nimirum sunt sex: designati his dictionibus, reu, bau, videlicet, res, ens, vnum, bonum, aliquid, verum. Quorum duo primi, sunt termini absoluti, reliqui veró connotatiui, significantes passiones entis. Connotat enim ly vnum, ꝙ sit ens indiuisum, id est, integrum, non diuisum in partes. Aliquid, vt sit diuisum à quolibet alio, id est, aliud quid. Verum dicit ordinem ad intellectum, est enim quod mouet intellectum ad formandū tale iudicium qua le est ipsum ens. Et ly bonum dicit ordinem ad voluntatem, quòd sit ipsius attractiuum: vt dicit Aristote. in exordio Ethi. Bonum est quod omnia appetunt. Sunt etiam alij termini qui dicuntur supratranscendentes, qui ad plura se extendunt quàm transcendentes, vt imaginabile &c.

Terminus trāscēdens

No.5.

Singulare duplex.

Tandem circa terminū singularem est adnotandum, duplex esse singulare, nempe singulare determinatum, quod grammatici dicunt nomen proprium, vt ly Petrus: & singulare vagum, quod est nomē commune cum signo demonstratiuo, vt hic homo, hoc ens &c. Est enim differentia inter hæc singularia, quòd per singulare determinatum certificamur plenè de indiuiduo, id est, iudicamus sufficienter de accidentibus perquæ distinguitur à quocunq; alio indiuiduo: at per singulare vagum: non ita. Verbi gratia, cùm à remotis video aliquid, formo notitiam singularem, sed confusissimā: puta, hoc ens, nec discerno: an sit animal, nec ne. Et cùm video ipsum moueri, formo distinctus, hoc animal: postea cùm video ipsum erectum, concipio, hic homo, & tandem Petrus, per quod distinguitur iam à quocunq; alio homine. Additur tertium membrum à Porphyrio in capit. de specie, singulare ex suppositione, vt Sophronisci filius, si solus Socrates sit ei filius. Sed hoc non est simpliciter singulare. magis quàm nomen Phœnix. Percontaris forsan circa hoc, an nomini discreto possit addi singulare pronomen, Respondetur qd' in voce potest quidem addi, ad tollendam æquiuocationem, vt si dicas: interest inter hunc & illum Petrum, quemadmodum potest distribui, vt si dicas: omnis Petrus habet patronum diuum Petrum: in mente verò, vbi conceptus non est æquiuocus, nō potest congruè nomen proprium distribui, aut determinari pronomine demonstratiuo.

Caput septimum.



Erminorū categorematicorū al' absolut', & alius cōnotatiu'. Termin' absolut', est termin' significās aliqd p modū p se stātis, vt homo, albedo. Terminus cōnotatiu' est termin' significās accidens per modum alteri adiacentis, vel non adiacentis: vt album, cæcum.

Lectio vnica.

No.1. *In hac diuisione, perinde atq; in superiori*, non diuiditur terminus vniuersaliter dictus, sed solùm categorematicus. Nam syncategorematici, quia nō significant aliquod materiale pro quo supponant non dicuntur connotatiui, nec absoluti. In his definitionibus aliquo modo dissentimus, non solùm ab aliis, sed à nostra priori æditione. Solet enim difiniri terminus connotatiuus, quòd sit terminus, qui præter suum principale significatum, significat aliud, vel rem aliqualiter se habere. Est tamen sub iudice, quod si principale significatum: imò secundùm antiquos materiale, non est principale significatum: definitio autem debet esse breuis, & quam omnes recipiant, & ideo non debet expresse continere omnes solutiones omniū quæstionū. Et maximè, quia isti ponunt definitum in definitione, quando dicunt, terminum connotatiuū esse qui connotat &c. cùm tamen hoc deberet explicare definitio, quid sit cōnotare. Sūt ergo definitiones nr̄æ sumptæ ex significationibus nominū, quib' antiqui philosophi vtuntur. Nam cōnotare, idem est, ꝙ consignificare, nō quo modo syncategorema consignificat; sed in proposito, connotare, est significare vnum, consignificando aliud, & hoc est propriū terminorum significatiuum formaliter accidentia, nam solum accidentium est adiacere alteri. Et ideo, optimè definitur terminus connotatiuus ꝙ sit terminus significans accidens per modū alteri adiacentis, vt magnū, significat de formali quantitatem: album, qualitatem: pater,

Terminus absolutus & cōnotatius.

habitudinem ad filium: creator, habitudinē ad creaturam: sedens, situm, id est, dispositionem partium, & cæte. Nec suspicamur hæc omnia accidentia distingui realiter à subiecto, sed licet sint modi se habendi substantię, verè dicuntur accidentia, sicut vocauit illa Aristo. Et cæcum, significat priuationem visus. Et obscurum, priuationem luminis, & propter hos terminos priuatiuos adiecimus, non adiacentis. Et terminus absolutus, vt nomen sonat, est qui significat aliquid, non concernendo aliud, sed per modū per se stantis, siue sit accidens, siue substantia, vt homo, albedo, quantitas,

No.2. *Ex his sequitur, termini connotatiui esse duo significata, scilicet, materiale, & formale.* Formale est accidens, quod denotatur adiacere: materiale est illud, cui denotatur adiacere. Et moderni Summulistæ, quia terminus cōnotatiuus solū supponit pro materiali, consueuerunt appellare illud, significatum principale. Sed apud antiquos pro comperto erat, significatum principale esse, quod significatur de formali. Et ratio est, quia album. & albedo idem significant, sed diuersimodè vnus concretiuè, & alter abstractiuè. Manfestum enim est, quod ly, album, non significaret corpus, nisi ratione albedinis: sicut domus, non significat lapides, & ligna, nisi ratione formæ, quam habet, & vt est regula Aristotelis. 1. Poster. propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Imò vt refert. S. Thomas in. 1. d. 18. art. 2. ad. 3. commentator. 5. Metaphy. tenet nomen cōnotatiuum non significare propriè materiale, licèt Auicenna dixerit oppositum. Et eadem est sententia Aristotelis in prædicamentis, interprete Boëtio. Album nihil aliud, quàm qualitatem significat, quanquam Argyro. transferat, Nihil aliud quàm quale. Et in Græco non habetur, ποιότητα, quod est, qualitatem sed ποῖον, quod est quale. Itaque secundum antiquos, ly, album, non supponit pro corpore, quia est eius principale significatum, sed quia conuenit ei principale eius significatū: puta, albedo, quam significat in concreto. Et certè nomen connotatiuum hoc sonat, est enim nomen accidentis concernens subiectū, & sic potius significat accidens connotando subiectū, quàm è cōuerso. Sed tamē postquā constat de veritate, parum refert, quod nam sit principale significatum. Et ideo admittamus illum modū loquendi, quòd terminus connotatiuus significat vnum de materiali, connotando aliud de formali, quanquàm certè res naturalis non recipit esse nisi à forma, & eodem modo præcipua significatio termini est à significato formali, à quo proinde habet, vt sit absolutum, vel cōnotatiuum: Sed qui tenuerit significatum materiale esse principalius, non propterea negabit definitionem nostram. Nam terminum significare accidens per modum alteri adiacentis, est significare accidens de formali, vel modum se habendi rei.

Significatum formale, & materiale.

Sequitur secundò non esse idem apud Dialecticos nomen connotatiuum, & adiectiuum, nam ly album, etiam substātiuè est terminus connotatiuus, sicut ly pater, ly creator, & non sunt adiectiua. Et eadem ratione non est idem nomen absolutum & substantiuum. Quòd si arguas in contrarium, quòd grammatici easdem definitiones accommodant substantiuo, & adiectiuo, quas nos secundùm antiquos Dialecticos constituimus absoluto termino, & connotatiuo. Respondetur, quòd grāmatici solùm considerant conuenientiam, & cohærentiam vocum: Dialectici verò significationem. Quare secundùm grammaticos solum adiectiuum, vt albus, cēsetur significare accidens per modum alteri adiacentis, album verò substantiuè: & patet per modum per se stantis, cùm re vera albū substātiuè, etiam significet accidens per modum adiacentis subiecto. Et forsan inconsideratio huius fuit neotericis in causa, vt relictis antiquis nouas confingerent definitiones termini connotatiui & absoluti. Sed per contaris circa hoc, an sit idem nomen connotatiuum & concretum: Videntur enim ęquipollere, sed ex alia parte est argumentum. Nam isti termini, sapientia, quæ est cognitio rerum altissimarum, & prudentia, quæ est ratio rerum agibilium videntur nomina connotatiua, & tamen non sunt concretiua, imò significant in abstracto. Et hinc sumitur argumentum contra definitionem termini absoluti. Nam illa nomina significant per modum per se stantis, & sunt connotatiua. No.3.

Connotatiuum, & adiectiuū.

Ad hoc, quantum mea fert opinio, illa nomina sunt absoluta. Vt enim videmus in prædicamen. significant absolutè qualitates mentis, quarum natura est, vt sint tales cognitiones, licet, significatio illarum non possit exprimi, nisi in ordine ad obiectum. Qui verò reputauerint illa cōnotatiua: dicant quòd adhuc significant de formali illam habitudinem ad obiectum per modum adiacentis

quali

qualitati:licet de materiali significet qualitatem per modũ per se stantis: & sic sunt quodãmodo concretiua:sicut sunt connotatiua.

No.4. *Sequitur tertiò q ly,homo, est ter* minus absolutus:licet secundùm reales significet humanitatem in supposito: quia non significat illam per modum adiacentis,sed per modum per se stantis in supposito. Natura, enim substantiæ non adiacet alicui: sed per se stat in supposito. Et eadem ratione secundùm quod significat Christum,est terminus absolutus. Nam vniuocè significat nos & Christum. Vnde generaliter nullum nomen est connotatiuum,nisi de formali significet accidens. vt diximus in difinitione: aut aliquid per modum accidẽtis seu adiacẽtis subiecto. Nam ly,rationale,non cõnotat animã, sed habere vsum rationis,& ly,materiale, cõpositionem ex materia,& ly,pater,non significat filium,sed habitudinem ad filium. Et ita in omnibus.

No.5. *Terminorum connotatiuorum alius* connotat essentialiter,& alius accidentaliter.

Terminus connotatiuus multiplex.

Ille connotat essentialiter, qui significat de formali aliquod essentiale,vt, rationale, materiale. Illę verò connotat accidentaliter, qui significat de formali aliquod accidens:vel intrinsecum & proprium naturę,vt,risibile:aut extrinsecum & commune,vt,album: Item terminorum connotatiuorum alius positiuus, vt clarum: & alius priuatiuus, vt obscurum. Et alius negatiuus vt non videns.

No.6. *Solent constitui duæ regulæ quibus* terminus connotatiuus dinoscatur. Prima,

Termini connot.regula.

quãdo modus significãdi termini exprimitur per ly,habens, aut quodammodo se habens:vt album,exprimitur per ly, habens albedinem, terminus est connotatiuus. Sed hæc non est omnino certa. Nam ly, homo, probè resoluitur per ly, habens humanitatem:& ly,Deus,per ly,habens deitatem. Secunda:quãdo terminus supponit pro aliqua re:& eadem manente potest desinere supponere pro illa:vt illuminatum,supponit in die pro aẽre:& ipso manente in nocte definit supponere pro illo. Sed hæc solùm tenet in connotatiuis accidentium transmutabilium. Nã ly risibile,manente homine, non potest desinere supponere:pro illo. Et ideo non sequitur si est nomen connotatiuum, quòd possit desinere supponere pro eo quo supponit. E conuerso tamen valet. Sed arguitur contra hoc vltimum. Hoc nomen, Franciscus, supponebat antea pro me sæculari,pro quo iam modò non supponit:ergo regula falsa. Respondetur ad hoc, quod conditio nominis vocalis vel scripti,in hac parte,debet pensari penes conceptum. Et quia idem cõceptus cui subordinabatur priùs ly,Franciscus, semper supponit prò me:ideo illa vox est nomẽ absolutum,sed si nunc non supponit pro me, est qa cecidit à sua significatione. Debet ergo intelligi regula quod manente eadem significatione termini,& re pro qua supponit, possit desinere supponere.

Contra ea,quæ proximè dicta sunt Regu.1. arguitur sic. Hic terminus homo dictus de filio dei manente eodem supposito,potest supponere & etiam non supponere pro illo,ergo vel est terminus connotatiuus vel regula est insufficiens. Consequentia est nota. Et probatur antecedens:quia modo supponit pro filio dei. Et deposita humanitate nullo modo supponeret pro illo,cùm tamen semper manere idẽ suppositum,id est,filius dei pro quo ante supponebat. Tametsi propter hoc argumẽtum communiter dicatur à iunioribus etiam theologis,illum terminum homo dictum de Christo esse connotatiuum: tamen omnino tenendum est oppositum vt suprà diximus. No.4. Nam supponẽdum est in præsentiarum tanquàm verissimum: hunc terminum homo,eodem conceptu & vniuocè significare Christum & alios homines,aliter Christus esset æquiuocè homo, & alia ratione,quàm nos. Et per consequens nõ esset homo simpliciter vt nos sumus, sed tantũ secundum quid. Si ergo eodem cõceptu significat Christum & alios homines,& idem cõceptus non potest habere duas significationes,alteram absolutam qua significet vnum & alteram connotatiuã qua significet aliud, quia esset æquiuocatio in mente, & ille conceptus homo secundùm omnes significat absolutè alios homines:sequitur manifestè quòd significet etiam absolutè Christum hominem & nullo modo connotatiuè. Quare ad argumẽtũ dicitur primò, quòd sicut hic terminus rationale est connotatiuus & habet proprietatem termini absoluti,quia non potest supponere & non supponere pro suo significato, illo existente: ita ille terminus homò dictus de filio dei est terminus absolutus:esto habeat hanc proprietatem termini connotatiui quòd possit supponere & non supponere pro filio dei, illo semper manente. Et sic in his deficit regula terminorum cõ

notatiuorum. Nec est mirum, nam hoc est peculiare isti termino, homo dicto de Christo: vt cum significet naturam subsistentem, illa sit in alieno supposito, cui potest adesse, & abesse, sicut accidentia quæ significantur de formali per terminos connotatiuos. &c. Secundò potest dici, ꝙ regula illa in vniuersum est vera, & non conuenit illi termino dicto de Christo, si rectè intelligitur. Pro quo est primò notandum quòd sicut hic terminus, homo & suus cõceptus cui subordinatur dictus de Petro propriè, & per se loquendo significat Petrum & nõ partes illius, esto petrus sit suæ partis: ita dictus de Christo absolutè, & per se loquendo significat Christum & non deum, quanuis Christus sit deus. Et hoc faciliter probatur, quia à principio ille terminus homo non fuit impositus ad significandum deum vel partes sed hominem, nec acquisiuit nouam significationẽ per hoc quod deus factus est homo, vel partes hominis sunt vnitæ. Et amplius Probatur, quia ille conceptus homo qui modò dicitur de Christo & significat illum: ante incarnationem filij dei non significat deum, aliter modò omnis fere conceptus & terminus significaret deum propter eandem rationem, quod est absurdum; ergo nec modò ille conceptus significat deũ: quia conceptus cũ significet naturaliter propriè nec potest acquirere nouam significationem nec nouum significatum. Secũdò est notandum, ꝙ sicut ly, homo non significat simpliciter deum sed Christum, ita non supponit simpliciter loquendo pro deo sed pro Christo, sicut dicimus ꝙ simpliciter supponit pro homine & nõ ꝓ partibus illius: quia terminus non dicitur simpliciter & per se supponere nisi pro illo quod significat. Sed hæc forsan non prohibent dicamus, illũ terminũ homo de per accidens significare deũ, & etiã partes hominis & de per accidens supponere pro illis propter identitatem illorum. Ex his tertiò sequitur solutio argumenti. Nam sicut illa regula connotatiuorũ secundùm oẽs non conuenit illi termino homo, dicto de Petro, quia existente Petro, quem verè & per se significat, nõ potest ille terminus supponere & non supponere pro illo, esto existentibus suis partibus quas de per accidens significat possit de per accidens supponere & non supponere pro illis: ita nec conuenit illi termino dicto de filio dei. Nam manere Christo qui simpliciter significatur per illum terminum, non potest ly, homo supponere & non supponere pro illo, bene tamen manente Deo quem de per accidens significat ille terminus homo. &c. Vnde regula habet sic intelligi quãdo terminus potest supponere & potest non supponere, manente eadem re quã propriè significatiuo pro qua propriè supponit est terminus connotauimus. Sicut ly, album, quia potest supponere & non supponere manente suo significato materiali: pro quo propriissimè, & per se supponit secundũ omnes, terminus connotatiuus.

Contra definitionem tamẽ termini connotatiui arguitur sic, ly albus adiectiuè tentum, vt si dicas, Petrus albus, est terminus connotatiuus: & tamen non significat accidens per modum alteri adiacentis: ergo Probatur Minor. Quia vel significat albedinem de formali, per modum adiacentis significato substãtiui: puta Petro: vel per modum adiacentis significato materiali in communi. i. corpori: vel (sub verbis aliorum) aut significat de materiali Petrum, connotando albedinem, vel significat de materiali corpus. Primum est falsum: quia ly albus non fuit impositus ad significandum Petrum, aliàs esset terminus singularis. Et si dederis secundum, nõ videtur quomodo possit esse adiectiuum de ly Petrus: nam tunc perinde valeret ac si diceres, Petrus corpus album. Circa hoc argumentum breuiter notato, terminum connotatiuum dupliciter accipi, scilicet, substantiuè, vt album, & adiectiuè: vt animal album, vel Petrus albus. Et quantùm ego credo, non differunt ex parte significationis, sed idem significant, & eodem modo dialecticè scilicet albedinem de formali & de materiali, omne illud quod potest denominari ab illa: vt puta corpus in communi. Primò quia si non significarent idem vel ly albus, adiectiuè, significaret solam albedinem, & tunc nõ differret à ly, albedo: vel significaret albedinẽ in ordine ad significatũ substantiui, itaq; habitudo illa includeretur in significatione adiectiui: & tunc, vt modò arguebamus significaret, idem particulariter, quod significat substantiuum: & sic in his propositionibus, homo est albus. equus est albus, prædicatũ quod tenetur adiectiuè (vt videbimus in secundo libro) diuersa significaret de materiali. Item, quia idem conceptus, vt puto, potest teneri nunc substantiue, & postea adiectiuè: vt si illi conceptui, album substantiuè tento, apponatur conceptus animal, non video quare non possit adiectiuè teneri. Dicendum ergo ꝙ adiectiuum & substantiuũ, Argu. 2.

præter

præter grammaticam differentiam, differunt dialecticè penès appellationem, vt latiùs explicabimus libro secundo capitu. de appellatiõe: quia videlicet adiectiuũ appellat, id est, applicat suum significatum ad significatum substantiui: vt hic, Petrus est bonus latro, denotatur bonitas adiaceri latroni, & in hac, Petrus est albus, denotatur conuenire Petro: non ꝙ hoc pertineat ad significationem de ly albus, in se: nam si per se poneretur, nõ magis denotaret conuenire Petro, quàm Paulo: sed illa appellatio prouenit ex conuenientia adiectiui cum substantiuo. Sed substãtiuum nõ applicat alteri suum formale. Et hoc erat prouerbium antiquorũ, quod refert. S. Thomas. 1. Parte. q. 39. articu. 5. ꝙ nomen substantiuum, affert secum suum suppositum, adiectiuum verò non, sed applicat suum significatum significato substantiui. Et per hæc facilè soluitur argumentum principale. Negatur enim minor. Et ad probationem respondetur, dando secundũ membrum, quòd adiectiuum significat accidẽs de formali, per modum adiacẽtis materiali in vniuersum, id est, ly albus significat corpus connotando albedinem, sicut ly album: sed tamen appellat suprà suum substantiuum: quod non conuenit illi termino, album, substantiuè tento: in hac enim, honor est bonum fortunæ, ly bonũ nõ appellat supra subiectum.

Argu. 3. *Sed alter arguitur contra eãdem* definitionem ly chimæra est terminus cõnotatiuus, & tamen nihil significat: ergo definitio nulla. Probatur minor, ly chimęra significat chimærã, & chimæra nihil est quia imaginatur esse mõstrum ex rebus impossibilibus: ergo chimæra nihil significat. Propterea ꝙ ly chimæra est tamen frequẽs in vsu sophistarũ, facimus hoc argumentũ. Vbi notato, illud esse nomẽ mõtis cuiusdã in Lycia: & qa mõs ille in vertice est frequẽtissimus leonib' & in pede abũdat serpẽtibus, & in medio est aptissimus pascẽdis capris: fingitur à Poëtis, Ouidio narrante, monstrũ esse ex capite leonis & cauda serpẽtis & dorso capræ. Et hæc est definitio chimæræ. Quare male definitur, ꝙ sit ens cõpositũ ex impossibilibus vt cõponant: nã tũc in sua cõnotatione inuoluet contraditionẽ: & sic ex modo suæ significatiõis, repugnaret supponere. Sed si dicas, compositũ ex capite leonis. &c. tũc nõ est repugnãtia ex parte significationis, sed ex parte rei significatæ, quæ nõ est possibilis, & sic accipitur tanquã nomen cõmune. Et, vt ego credo, accipitur tanquã nomen absolutũ illius speciei animalis, sicut est ly homo. Sæpe enim cõtingit ꝙ significatio nomini: absoluti nõ potest exprimi nisi per circũloquiũ. Nec quantum opinor subordinatur cõceptui cõplexo definitionis: licet in principio ita fuit confictum; quia iã possumus abstrahere vnũ cõceptum simplicẽ illius speciei. Et hoc videtur mõstrare experiẽtia. Cũ. n. primũ summulista audit illã interpretationẽ, format plures conceptus sed post modũ cũ audit illã vocẽ nõ concipit nisi vnũ. Sed esto sit nomẽ cõnotatiuũ, arguitur qd significat de materiali. Dicũt aliqui ꝙ significat omne ens mũdi, cõnotãdo illã cõpositionẽ impossibilẽ: itaq; significat angelos & homines de materiali & quicquid imaginatur esse chimæra: pro quibus tamẽ nõ supponit quia nõ cõuenit eis sua cõnotatio. Hoc tamẽ est mihi inopinabile. Cõtra quos est cõclusio terminus cõnotatiuus nullo modo significat de materiali, nisi illud cui non repugnat denominari à suo significato formali: nisi forsan hic terminus angelus albus, homo irrationalis & similes. Quare li albũ significat omne ens de materiali: quia angelus, non potest esse albus: etiã si admitteretur ꝙ posset sibi inhærere albedo: quia non potest recipere extẽsiuè vt denominetur albus: sed solũ significat corpus cui nõ repugnat esse albũ: nec ly alterabile vel generabile significat omne ens de materiali cõnotãdo ꝙ possit generari: qa nõ significat cœlũ: & irrideret Aristo. dicentẽ oppositũ. Et ita dico ꝙ ly chimæra nec de materiali significat verũ ens: sed illud qd' fingit esse ens: sicut, è cõuerso, ly ens non significat chimærã sed solũ vera entia. Et si cõtra arguas. Si chimęra esset ens: ergo ly chimæra significat ens. Nego cõsequentiã, si cõsequẽs intelligatur de vero ente: sed solũ sequitur, ergo tũc chimæra significaret verũ ens: sed qa chimæra, re vera, nõ potest esse, ly chimæra non significat modò verum ens. Quare nõ exprimitur eius significatio, ꝙ significet quicquid imaginatur esse chimæra: sed significat chimæram, quæ imaginatur esse.

Definitio chimęræ.

*Vltimò arguitur, ly non intelligibi*le est nomen cõnotatiuũ, & tamẽ nihil significat: ergo. Probatur minor. Vel significat omne illud quod est intelligibile, vel illud qd' non est intelligibile: nullum istorũ ergo. Probatur primum membrum. Si significat omne intelligibile: ergo supponit pro illo, & sic, hæc est vera, aliquod intelligibile, est non intelligibile, & cum omne intelligibile sit etiam

Argu. 4. Intelligibile Crux dialecticorũ

etiam intelligibile:ergo duo termini contradictorij verificantur de eodē:ex quo possunt inferri duæ cōtradictoriæ. Nā iā illa est vera, omne intelligibile est intelligile:& ꝓbatur altera, aliquod intelligibile est nō intelligibile: ergo aliquod intelligibile nō est intelligibile, ab affirmatiua ad negatiuā de cōtradictorio prædicato. Si detur secundum membrum, ꝙ significat illud quod non est intelligibile: arguitur ꝙ inuoluat contradictionem. Nam sequitur bene, Ly, non intelligibile, significat rem non intelligibilem: ergò res non intelligibilis significatur: rursùs, ergò est intelligibilis, & sic res non intelligibilis est intelligibilis. Quod certè videtur implicare. Hanc crucem placuit opponere sophistis, qua sese excruciēt, nisi quis mihi responderit, quod Pedianus Virgilio, at mihi non opposuisti, quia si non reperero, id est, si non casu se obtulerit, nec quæram quidem. Et re vera quicquid responderis vix te poteris extricare adeò implexum est sophisma. Sed in primis male negaretur, ly non intelligibile, esse terminum significatiuum, tum quia partes sunt verè significatiuę, tum etiam quia subordinatur conceptui qui non potest esse non significatiuus. Quare ad argumentum respondetur negādo quòd significet intelligibilia aut non intelligibilia, propter reflexionem quæ ibi inuoluitur. Sed dico tantùm significarę negationem intelligibilis, sicut non homo significata negationem hominis. Et si vrgeas si ly, non intelligibile, significat negationem intelligibilis: ergò significat non intelligibile. Sicut valet ly, non homo, significat negationem hominis: ergò significat non hominem, negatur consequentia: nam propter amplissimam significationem de ly, intelligibile, quam negat ly, non intelligibile, conceditur quòd significet negationem intelligibilis & negatur quòd significet non intelligibile, propter reflexionē. Nam ex hoc sequeretur quòd non intelligibile esset significabile & per consequens intelligibile, quod est apertè falsum, cùm sensus sit quod illud, quòd non imaginatur intelligi, imaginatur intelligi. &c. Sed conceditur ꝙ ly, non homo, significat non hominem sicut negationē hominis, quia ibi nulla est reflexio. Sicut in ly, nō intelligibile. Et quo sequitur ꝙ illi termino nō intelligibile, repugnat supponere pro aliquo siue intelligibili siue non intelligibili, postquā nullum tale significat vt diximus.

Caput. viij

Terminorum categorematicorum alius est primæ intentionis: & alius secundæ intentionis. Terminus primæ intentionis est terminus significans aliquid, secundū illud quod habet in re: vt homo, albū. Terminus secundæ intentionis est terminus significās aliquid secundū id quod habet per ordinem ad conceptum mentis; vt ly species, ly nomen.

Lectio vnica.

Definitiones istæ, quæ ex sancto Thoma, opus. 42. c. 12. habentur prouectiores auditores postulant, vt intelligantur, saltē in via realium: sunt tamen optimæ, etiam in via nominalium. Hoc enim debet habere definitio, vt sit omnibus cōmunis: propterea non dicitur cōmunis animi conceptio. Et sumuntur istæ definitiones iuxta propriam significationem nominum. Vbi notandum, quòd saltem in præsentiarum, idem est intentio, & conceptus. Sunt ergò in rebus aliqua quæ conueniunt rei in se, id est, seclusa quacunq; operatione intellectus: vt esse substantiam, esse hominem: esse accidens, esse album. &c. Et nomina, quæ significant ista, naturas vel qualitates: dicuntur primæ intentionis. Sunt aliæ qualitates quæ conueniunt rebus per ordinem ad conceptum mentis. v. g. homo est species: tamen quòd sit species non habet à se, sed in quantùm concipitur per istum conceptum communem, homo: per quem concipitur homo: tanquàm communis pluribus indiuiduis. Et ideò ly, species, quia significat hominem sub illa ratione, dicitur nomen secundæ intentionis. Et eodem modo, illa vox homo habet quòd sit nomen, non secūdùm id quod habet in se: puta secūdùm quod est vox, vel sonus, vel ens. sed in quantùm exprimit conceptum mentis, vel in quātum significat. Propterea ly nomen, significans illam vocem secundùm illud quod habet per ordinem ad conceptum, est nomen secundæ intētionis. Et ideò dicitur nomen primæ intentionis: quia est nomen significans primū conceptum, idest, conceptum, qui non præsupponit alium, & nomen secundæ intentionis, quia exprimit secundum conceptum, id est, No. 1.

cōceptū

conceptum præſupponentem alium. Nã ille conceptus homo,vel vox,nullum alium conceptum præſupponit:ſed ille conceptus ſpecies,quia ſignificat rem in quantum concipitur conceptu communi,præſupponit alium conceptum.Et ille conceptus nomen,quia ſignificat vocem in quantum eſt ſignificatiua, puta expreſsiua cõceptus, præſupponit aliũ conceptum.Et dicuntur nomina intentionũ, ad modum quo dicit Ariſtote. Voces ſunt ſigna conceptuum. Vnde malè dicunt termini iſtæ,quòd ſolum termini mentales dicuntur primæ intentionis vel ſecundæ, & ꝙ vocales vel ſcripti dicuntur primæ vel ſecundæ impoſitionis. Imò voces ſunt nomina intentionum. De primis & ſecũdis intentionibus nõ addatur hic ampliùs verbum,vſq; ad principium prædicabilium:vbi erunt auditores capaces illius diſputationis.

No.2. *Alij terminiſtæ aliter definiũt terminum ſecundæ intentionis*,ſcilicet,ꝙ ſit terminus ſignificans aliquid ea ratione qua eſt ſignum vel ſignificatũ,vt ly diffinitio, ly diffinitum.Nam ly,diffinitio, ſignificat aliquid inquantum eſt ſignũ:ſicut nomen:& ly diffinitum,ſignificat aliquid in quantũ eſt ſignificatum per diffinitionẽ: & terminus primæ intentionis per oppoſitũ,videlicet qui ſignificat aliquid,nõ ea ratione, qua eſt ſignũ vel ſignificatũ.Sed iſti reſtringunt diffinitiones ad ſuas proprias opiniones nominaliũ.Cum tamen diffinitiones deberẽt eſſe omnibus cõmunes.Et præterea arguitur contra illos:ly ſpecies,ſignificat naturam humanã,vel hominẽ(quod idẽ eſt pro nunc)nõ ea ratione qua eſt ſignum vel ſignificatũ,ſed ea ratione qua eſt prædicabilis de pluribus,vt dicit Porphyrius.Sed ipſi ad hoc dicunt ꝙ ly ſpecies,ſignificat terminos,puta ly homo,equus &c.Connotando ꝙ prædicentur de pluribus, ſed de hoc aliâs.Alij dicunt,terminus ſecundæ intẽtionis eſt qui ſignificat aliquam proprietatẽ grammaticam,logicam,vel Rhetoricam. Sed iſta diffinitio non datur iuxta etymologiam nominis.

Argu.1. *Contra diffinitiones arguitur.Illa* vox,conceptus,eſt terminus ſecũdæ intẽtionis,vt videtur:quia ſignificat aliquid tãquã ſignũ:& tamẽ nõ ſignificat illud ſecũdũ ꝓprietatẽ quã habet per ordinẽ ad intellectũ:ergo diffinitio mala:minor probatur: nã illa vox ſignificat cõceptus oẽs,& cõceptus quãquã ꝓducatur ab intellectu,tamẽ nõ habet ꝙ ſit ſignificatiuus per ordinẽ ad intellectum, ſicut vox:ſed habet hoc ex natura ſua,ſicut veſtigiũ repræſentat animal. Ex natura ſua. Ad hoc argumentum dupliciter poteſt dici. Primò negãdo maiorẽ. Nam forſan huiuſmodi termini ſignificantes ſigna naturalia,vt ly notitia,ſignũ naturaliter ſignificans. &c.potiùs ſunt primæ quã ſecũdę intẽtionis,quia illud ꝙ ſignificant conuenit rebus ex natura ſua, & nõ ſolùm per operationẽ intellectus: cũ ſignificare & eſſe ſignũ ex natura rei cõueniat notitiæ,& fumo,& ſimilibus ſignis ſicut homini conuenit eſſe rationale. Termini autẽ ſignificãtes ad placitum,vt ly,terminus vocalis,oratio ſcripta.&c. ſunt termini ſecũdæ intẽtionis ꝓpter oppoſitã rationẽ,quia ſuis ſignificatis cõuenit ſignificare aut eſſe terminũ in ordine intellectus,& nõ ex natura rei. Sed termini ſignificantes ſigna naturalia & ad placitũ in cõmuni, vt ly,ſigna,terminus. &c.debent dici ſecundæ intentionis quia ſignificant proprietatẽ conuenientẽ aliquibus rebus in ordinẽ ad intellectum,& nõ ex natura rei.Sed quibus iſta nõ placuerunt,reſpondeant ad argumentum concedendo maiorẽ, & negãdo minorẽ.Et ad probationẽ illius dicitur ꝙ ad hoc ꝙ ſimiles termini dicantur ſecũdæ intentionis:ſufficit quòd ſignificẽt aliquid,quod euenit rebus in ordine ad intellectũ, ſiue illud ſit illis ex natura ſua,ſiue non. Nã videtur certè ꝙ parũ facit quod ſignum ſignificet naturaliter,aut ad placitum:ad hoc quod dicat ordinem ad intellectũ: quia non minùs dicunt ordinem ad intellectum ſigna naturalia quàm ad placitum.

Accipio tandem ſophiſma. Illa vox terminus primæ intentionis, ſignificat aliquid per ordinem ad intellectum, id eſt ea ratione qua eſt termin⁹, & tamẽ nõ eſt nomẽ ſecundę intentionis:ergo definitio nulla.Probatur minor.Terminus primæ intẽtionis eſt terminus primæ intentionis ergo terminus primæ intentionis non eſt terminus ſecundę intentionis:quia nullus terminus ſecundum eandẽ ſignificationem poteſt ſimul eſſe terminus primæ & ſecundæ intentionis.Ad argumentum conceſſa Maiori,negatur minor, & ad conſequentiam qua probatur, dicitur ꝙ ſi ſubiectum in antecedenti & conſequenti capiatur eodẽ modo,conſequẽtia eſt bona, ſed nil probatur cõtra ea quæ diximus.Nã ſi vtrobiq; capiatur ꝑſonaliter antecedẽs & cõſequẽs ſunt vera:& eſt ſenſus ꝙ illi termini q ſignificantur per ly,terminus primæ intẽtionis, Argu.2.

nis,scilicet,ly homo,animal.&c. sunt primæ & nõ secundæ intentionis. Et si vtrobiq; sub iectũ capiatur materialiter, sicut consequens est falsũ ita & ãtecedẽs.Quia est sensus ꝙ hæc dictio terminus primæ intentionis sit primę, & nõ scdæ intẽtiõis. Sed si subiectũ capiatur diuersimodè,scilicet,in antecedẽti personaliter,& in consequẽti materialiter aut è diuerso,nullã habet apparentiã illa consequentia.

Caput nonum.

Terminorum alius incomplexus, & alius complexus. Terminus incomplexus, est terminus cuius partes non sunt per se significatiuæ: vt ly homo, ly equiferus. Terminus cõplexus, est terminus cuius partes sunt per se significatiuæ, vt equus ferus.

Lectio vnica.

No.1. *Post diuisiones terminorũ simplici*ũ,sequitur diuisio termini in incõplexũ,& complexum, quorum definitiones perspicuæ sunt. Vbi solum animaduertendum est, quid sit partes per se esse significatiuas. Et enim ꝙ partes significent iuxta significationem totius:vel(& redit in idem)ꝙ significatio totius resultet ex significationibus partium.Quod duobus signis cognoscitur. Primum est,si exprimendo significationem totius,exprimamus significationes partium:& secundum,quando si aliqua pars deponeretur significatione,mutaretur significatio totius.v.g.hoc nomen,equus ferus,est complexum:quia explicando significationem eius dicimus significare equum qui est ferus vbi exprimuntur significationes partiũ:itẽ quia si ly equus deponertur à sua significatione, totũ complexũ non significaret,quod modò significat.Sed ly dñs, est nomẽ incõplexum, quia explicando eius significationem nõ dicimus quòd significaret,dare min⁹, quæ sunt significationes partium:sed significat posidentem seruum.Item quia licet ly do, non significaret,dare totum significaret dominũ. Et intelligitur in definitione nominis complexi,ꝙ partes formaliter vel virtualiter sint significatiuæ.Nam conditio vocis debet cognosci per conceptum. Vnde si illa litera.a. imponeretur ad significandum sicut Petrus & Paulus:esset terminus complexus: quia in mentes subordinaretur cõceptui composito

Pars per se significati

ex pluribus conceptus. Sed dixerint virtualiter,quia non sufficit ꝙ æquiualeat in consequendo:vt ly album,licet æquiualeat illi cõplexo,habens albedinem,& nihilominus in complexum: quia subordinatur conceptui incomplexo.

Subsecatur terminus complexus in No.2. complexum distantem:vt puta cuius partes iunguntur atq; distant aliqua coniunctione, vt ly Petrus & paulus animal si est homo, Petrus qui est iustus.&c.Et incomplexum indistantem:puta cuius partes non iungũtur aliqua cõiunctione:vt ly,animal homo,animal pulchrum,filius hominis.&c.Nec inde sequitur,propositionem esse terminũ cõplexum: quia non est terminus.

Contra definitionem termini com Argu. plexi arguitur.Eadem ferè diffinitio,qua dialectici diffiniunt terminum complexum, diffiniunt grammatici dictionem compositæ figuræ,ergo omnes dictiones compositæ figurę sunt termini complexi,,vt ly armiger,equiferus,suburbanus.Antecedens est notum cũ consequentia,& consequens contra omnes dialecticos.Et augetur difficultas:si deponeretur à sua significatione,ly equus, & significaret asinum, ly equiferus variaret significationem. Et etiam exprimendo significationem totius exprimuntur significationes partium: ergo sunt termini complexi. Antecedens videtur manifestũ,& consequentia probatur, quia per illa duo signa diximus no.1. cognosci, quis terminus habeat plures partes significantes iuxta significationem totius.Ad hoc argumentum quod potissimum est in hac materia,dicitur ꝙ tam dictiones cõpositæ figuræ quàm simplicis sunt termini incõplexi apud omnes dialecticos, vt expresse habetur ex Aristotele primo libr. periher. cap.2.de nomine.Et ratio est quia tam nomina compositæ quàm simplicis figuræ exprimunt conceptus incomplexos quibus subordinãtur.Nam vel ad maiorem copiam sermonis,vel certè quia sæpe caremus simplicibus dictionibus,exprimimus conceptus incomplexos per terminos compositæ figuræ. Sed ista signa, equus ferus,homo albus, quia significant cõceptus complexos, & partes illorum exprimũt partes conceptus quibus subordinatur, dicuntur termini complexi: & significare complexè & habere plures partes significantes iuxta significationem totius, quæ non conueniunt terminis compositæ figuræ:nam ly equiferus nec subordinatur cõ

ceptus

ceptui complexo, nec partes illius exprimũt partes conceptus cui subordinatur, & ideo vt diximus sunt termini incomplexi, nec habẽt partes significantes iuxta significationem totius. Grammatici tamen quia non habent rationem conceptus, quibus voces subordinãtur, dicunt dictiones compositæ figuræ habere plures partes significantes inxta significationem totius. Et certè vel hoc argumento cõuincitur esse verum, quod diximus: nã secundum grammaticos, equus ferus, nec est vnũ nomen, nec vna dictio, sed duo: tamẽ ly equiferus, dicitur apud illos vnicum nomen, & dictio sicut ly equus, & non est alia ratio nisi quia, ly equus ferus est oratio seu complexũ, & nõ est ly equiferus, esto sit compositæ figuræ. Et per hoc patet solutio argumenti principalis. Ad confirmationem posset quis dicere ꝙ illa duo signa vel regulæ, quæ assignantur à dialecticis ad cognoscendũ terminos cõplexos habent instantiam in terminis conpositæ figuræ, quia ferè eadem signa dantur à grammaticis ad cognoscendum compositã figuram. Sed aliter respondetur, & magis ad mentem philosophi loco citato ꝙ de ratione signi cõplexi est, quod habeat partes ꝑ significatiuas, taliter quod si vna deponatur variatur significatio totius: Sed hoc non est de ratione nominis compositæ figuræ, cùm plura illorum sint, quorum nulla pars est significatiua vt sunt omnia, quæ cõponuntur ex duobus factis, sicut ly armiger, vbi armi, & ger, nil significant & licèt in aliis quæ componũtur ex fracto & integro, vel ex duobus integris aliqua pars videatur significare, illud est de per accidens, & nõ de ratione termini compositæ figuræ, aliter omnes termini compositæ figuræ haberent illud. Secundò dicitur ꝙ licet in compositione nominis habeatur ratio significationũ partium: tamen nulla pars nominis compositæ figuræ significat intra ipsum nomen, etiã si significet extra. v. g. nulla pars horũ armiger, equiferus, respublica, significat intra illos terminos, sicut partes horum, gerens arma, equus ferus. &c. significant intra ipsa complexa. Quare si dictiones vnde veniunt nomina compositæ figuræ retinerent suas significationes, semper nomina cõpositæ figuræ significarent idẽ quantũuis partes illorũ deponerentur intra ipsos terminos, quos componunt. Imò dato ꝙ partes illorum nominum cõpositæ figuræ deponerẽtur è sua significatione simpliciter illi termini compositæ figuræ significarent, idẽ quod antea: quia satis est ad retinẽdum suam significationem veniant à dictionibus, quæ modò vel olim significabant iuxta significationem quã modo habent. Ex quibus manifestè colligitur ꝙ terminis cõpositæ figurę nõ quadrat illud signũ terminorum cõplexorũ ꝙ deposita vna parte varietur significatio totius. Nec etiã aliud, ꝙ exprimendo significationẽ partium. &c. nam si dicimus quòd equiferus significat equum ferum, seu syluestrẽ: est quia caremus termino incomplexo quo explicemus significationem illius.

Arguitur secundò contra illam de claratione partium significantium iuxta significationem totius. Hęc propositio. b. non est. c. est complexum propriè significatiuum & tamen partes non significant iuxta significationẽ totius: ergo. Maior est nota, quia est vera propositio, & consueta: Et minor itẽ est manifesta: quia illæ literæ non sunt significatiuæ. Ad argumentum respondetur, quòd illud est de propositione cõposita ex propriis nominibus literarũ: vt si scriberes be, est be, be nõ est ce, nã hæc propriissimè est propositio cõstãs ex nominibus significatiuis, & per hanc debet exprimi vnã literã esse aliã vel nõ esse aliã. Et aliud est de propositione cõposita ex characteribus ipsis: vt est illa quæ sumitur in argumento: & de illa dicendum est, sicut suprà diximus de illa, blitiri non est terminus significatiuus, ꝙ licèt literæ non sunt termini, aliquando accipiuntur pro nominibus propriis ipsarum, & tunc reputantur tãquam termini significatiui. Et ideo ad argumentum negatur minor. Argu. 2.

Caput decimum.



Erminorũ alij impertinẽtes nẽpe quorũ neuter, aut alterũ infert aut alteri repugnat: vt, doctus, & iustus. Alij verò pertinẽtes, quorũ alter, aut alterũ infert, aut alteri repugnat. Qui subinde subsecantur in pertinentes sequela, idest, qui sese subsequuntur: vt, homo, & risibile: homo, & animal: & pertinentes repugnantia, & disparatos, id est, qui sibi repugnant: vt videns, & non videns: videns, & cæcum: calidum, & frigidum

dum. Qui in alia multa membra distribuitur.

Lectio vnica.

No.1. *Preter diuisiones termini in singu* lari, sunt postremo multæ diuisiones terminorum in plurali numero, vel in duali. Primò diuiduntur in impertinentes, & pertinentes: & secundò pertinentes in pertinentes sequela, & pertinentes repugnantia: quorum definitioes in textu sunt manifestæ. Subnotatur verò illic pluribus adhuc modis distribui istos terminos. Nam terminorum pertinentium sequela, alij sunt conuertibiles, qui sese mutuò inferunt vt homo, & risibile: & alij se habent vt superior, & inferior, quorum alter alterum infert, & non è conuerso, vt homo, & animal. Et conuertibilium alij sunt synonymi & sunt termini eiusdem significationis, vt mucro, & ensis, & gladius, & alij nō synonymi, vt homo, risibile. Et nota ꝙ vt termini sint synonymi, debent esse duo nomina dictincta quo ad conceptus non vltimatos: nam homo, & homo non sunt synonymi, sed idem terminus. Et est hic abusus terministarum vocare eundem terminum, synonymū: nam synonyma, idem sunt ꝙ simul nomina, id est, duo nomina eiusdem rei sicuti è cōuerso, Homonyma sunt duæ res eiusdem nominis, vt ego, & alius Dominicus. Verum est ꝙ solent iam vocari synonymi apud dialecticos, vox ipsa, & conceptus vltimatus, cui sub ordinatur. Et rectus solet vocari non synonymus (grammaticaliter suis obliquis) vt homo hominis, licet sint synonymi essentialiter. Sed præsta, omnes casus reputari idem, nomen. Atqui, etiam termini syncategorematici: vt, nec, & neque sunt synonymi, licèt non dicantur conuertibiles: nam synonymitas est in significatione, cōuertibilitas in prædicatione.

Termini synonymi

No.2. *Rursus terminorū repugnantium* seu disparatorum, alij sunt disparati oppositi, & alij disparati non propriè, oppositi, sed diuersi. Et oppositi sunt in quadruplici differentia. Alij opponūtur contradictoriè, quando alter explicitè significat negationem alterius: vt, videns, & non videns. Alij opponuntur priuatiuè, quando alter connotat negationem alterius in subiecto apto, nato, vt videns, & cæcus: Alij opponuntur contrariè, sanè qui significant qualitates suapte natura incompatibiles: vt, album, nigrum. Alij opponuntur relatiuè, scilicet, qui oppositos inuicem respectus significant, vt pater & filius. Alij sunt repugnantes non propriè oppositi vt puta termini significantes diuersas species substantiæ: vt homo, & equus, quos non vocamus omnino oppositos, quia maximè opponerentur contrariè: & Aristotel. dicit ꝙ substantiæ nihil est contrariū. Et nota ꝙ vt termini sint oppositi, vel repugnantes sufficit quòd significent naturas, quæ ex natura sua non possunt esse in eodem supposito. Nā deus & homo, virgo & mater, absolutè sunt dicendi disparati, licet supernaturaliter verificētur de eodem. Omnibus his terminis disparatis conuenit vt non possint simul de eodem verificari copulatiuè: licèt successiuè mediante copula de futuro non repugnet, vel mediāte alia copula de extrinseco tempore: & copulatim stat ꝙ aliquid sit album & nigrum, & album & non album.

Argu.1. *Sed tamē contra hoc arguitur. Hi* duo termini, viuens, & mortuum, sunt priuatiuè oppositi, & tamen possunt verificari de eodem naturaliter. Ad hoc potest, concessa maiori, negari minor. Primò quia non verificatur ly mortuum, de eodem manēte, de quo verificatur viuens. Item quia illa verificatio de ly mortuum, fit per ampliationem. Et hoc magis placet, quanquàm alij negent esse terminos oppositos.

Argu.2. *Secundò arguitur illo sophismate* communi: Admisso quòd totum non distinguatur à suis partibus, & quòd ex materiis & formis Petri & Pauli videntium fiant per transpositionem Ioannes & Thomas, quorum vterq; sit cæcus: tunc Petrus & Paulus sunt videntes: quia videns, & videns, & sunt non videntes: quia sunt cęcus & cæcus: ergo termini contradictorij, & pariter priuatiui verificantur de eodem. Ad hoc negatur in illo casu, Petrum & Paulum esse nō videntes: Nā terminus pluralis numeri positiuus resoluitur per copulatum singularis numeri. Vnde quando negatio additur termino plurali, tunc fertur vnica acceptatione in totum copulatum, quare non videntes, non æquipollet huic, nō videns & non videns: sed huic non videns & vidēs. Et quia Petrus & Paulus sunt vidēs & videns, falsum est quòd sint non videntes. Sed tamen sunt simul & videntes & cæci. Quia ly, cæci, est terminus simplex non habens expressam negationem. Et ideo æquipollet huic cæcus & cæcus. Et quia

Resolutio termini pluralis numeri.

Petrus,


Petrus & Paulus sunt Ioannes & Thomas, qui sunt cæcus & cæcus, fit vt Petrus & Paulus sint cæci. Vnde licet termini contradictorij, non verificentur in plurali de eodem, priuatiui verò verificantur in plurali. Imo verò termini contrarij in plurali verificantur naturaliter de eodem copulatiuè. Vt si facias scutum cuius altera medietas sit alba, & altera nigra: & intellexeris quòd album absolutè dicitur illud, cuius maior pars est alba, tunc totum scutum est albū: nam est hoc album, & hoc albū: primo pronomine demonstrante medietatem albam cum vna quarta nigra, & alio demonstrante eandem medietatem cum altera quarta nigra: & eadem ratione probabitur quod totum est nigra: vt puta, hoc nigrum & hoc nigrum, primo pronomine demonstrante medietatem nigram cum vna quarta alba, & secundo demonstrante eandem medietatem cum altera quarta.

No.3. *Hæc de terminis satis sint. Nam* maiora inferiùs suis locis habent disputari.

Epilogus terminorū

At verò, vt omnia quæ dicta sunt in epilogum complectamur, post definitionem termini, octo præcipuas diuisiones explanauimus. Primo partiti sumus terminum, in mentalem, vocalem & scriptum: Et mentalem, in notitiam intuitiuam & abstractiuam, mox in conceptum vltimatum & non vltimatum: & postremò, in conceptum directum & reflexum. Secundò diuisimus terminum, in vniuocum & æquiuocum, & rursus æquiuocum, in æquiuocum à casu & analogum. Tertiò secuimus terminum vniuocum, in categorematicum, & syncategorematicum: & deinde secundum aliquos, categorematicum, in purè categorematicum, & categorematicum officio, & pariter syncategorematicū secuimus. Quarto terminus categorematicus distributus est in communem & singularem. Itemi in diuisiuum & collectiuum: & cōmunis, in transcendentem & non transcendentem. Quintò diuisus est terminus categorematicus, in cōnotatiuum & absolutū: mox connotatiuus, in connotatiuum essentialiter, & connotatiuum accidentaliter: deinde connotatiuus accidentaliter, in extrinsecè & intrinsecè connotatiuum: postremò connotatiuus, in positiuum, priuatiuum, & negatiuum. Sextò terminum categorematicum partitisumus in terminum primæ intentionis, & terminum secundę intentionis. Septimo terminum in incomplexum & complexum: & rursus, complexum in complexū distantem & complexum indistantem. Octauò itaq; termini in plurali numero distincti sunt in pertinentes: & in impertinentes: mox pertinentes in pertinentes sequela, & pertinentes repugnantia: deinde pertinentes sequela in conuertibiles, & habentes se sicut superior & inferior. Præterea conuertibiles in synonymos & non synonymos. Postremò repugnantes in non oppositos, seu diuersos: & oppositos, aut contradictoriè, aut contrariè, aut priuatiuè, aut relatiuè. Quas diuisiones vniuersas ob oculos tibi obiicit hæc arbor.

Arbor terminorum.



EDITIONIS TERTIAE SVMMVLARVM FRATRIS DOminici Soto Segobiensis, ordinis Prædicatorum, artium, ac Sacræ Theologiæ Magistri.

LIBER SECVNDVS DE ENVNTIATIONE.

TERMINORũ rationibus vtcũque præfinitis: subsequitur, vt altero hoc libro de categorica enuntiatione dicamus, quæ nomine cõstat & verbo. Atq; adeo quid nomẽ quid verbũ, quid deniq; sit oratio, primùm constituamus oportet. Nomẽ igitur, est vox significatiua ad placitum sine tẽpore: cuius nulla pars per se est significatiua separata, finita & recta, vt vox, homo. Vox ponitur vice generis. Significatiua, ad differẽtiam vocis non significatiuæ: vt blittiri. Ad placitum, ad differentiam vocis significantis naturaliter: vt interiectiones: sine tempore, ad differentiã verbi, quod significat cum tẽpore: cuius nulla pars per se est significatiua, ad differẽtiam oratiõis: cuius partes per se significant: finita, ad differentiã nominis infiniti: vt nõ homo, quod dialecticis non est nomẽ, sed nomen infinitum. Recta, ad differentiam nominis obliqui: vt Catonis, quod nõ est nomen: sed casus nominis: solus enim nominatiuus est dialecticis nomen.

Lectio vnica.

Secundus hic liber respõdet libro Peri her. Aristotelis, qui apud ipsum non est primus: sed secundus post prædicamenta, & à prædicabilibus porphirij, tertius. At Petrus Hispanus primum hunc tractatum cõstituit: vel quia facilior: vel certè, quia formãdis atq; introducendis iuuenibus sit aptissimus. Nos verò non solum hac ratione, sed quia de prædicabilibus & prædicamentis nullum summulistis molimur sermonẽ facere: hunc post librum terminorum mox locauimus. Titulus libri apud Aristotelem, est de interpretatione. Hoc enim Latinè pollẽt duæ illæ dictiones Græcæ, Περὶ ἑρμηνείας. Atqui (interprete Boëtio) interpretatio, est vox quæcũq; per se significatiua, siue complexa, siue incomplexa: nempe demptis syncategorematibus, omne nomen & verbum atq; propositio, dicitur interpretatio: de quibus omnibus tractatur in hoc libro. Tametsi Sanctus Thomas, nomen (inquit) & verbum magis sunt interpretationis partes, quàm interpretatio: ille enim propriè iterpretari dicitur, qui verũ aut falsum enuntiat. Ob idq; apud Sanctũ Thomam perinde sonat, De interpretatione, atq; de enuntiatione. Nos verò librum illum in duos distribuimus: nam cùm necessarium existimarem de suppositionibus & ampliationibus, & reliquis paruis logicalibus, quæ Petrus Hispanus in calce Summularum tractauit: hìc ante oppositiones disputare veritus sum iustum volumen vnius libri excedere. Igitur in hoc primo: qui nobis secũdus est de categorica propositione & de proprietatibus extremorum eius disputabimus: & in tertio de oppositionibus & conuersionibus, & de propositione hypothetica? & ideò liber hic habet duas partes: quarum prima cõ-

[Margin: Nota. — Interpretatio.]

tinet nouem capita. Et cũ Petrus Hispanus à sono & voce exordium sumpserit, nos vt suprà diximus, sermonẽ illũ tanq̃ philosopho naturali congruentẽ missum fecimus. Dialecticũ etenim à voce significatiua: vnde orsus est Aristo. librũ istum, operæ pretium est proficisci. At de voce superiori libro abũdè diximus. Et boni consulito, si textũ præter exemplar Petri Hispani: tantillum poliuimus.

No.2. *Ad textum igitur discendentibus* animaduertendum est, q̃ quemadmodũ res naturalis constat primum duabus partibus essentialibus materia & forma: cui subinde multa adiacent accidentia, quæ sunt illi ornamento, ita propositio constat primum nomine & verbo, cui mox accidunt aliqua propria accidentia: vt quantitas & qualitas. Et ideò à nomine & verbo tanquam à simplicioribus exordimur: mox de propositione ipsa: ac demũ de quantitate & qualitate, & reliquis eius accidẽtibus prosequemur sermonẽ. Sed quia significatio verbi nõ intelligitur sine nomine (significat enim compositionẽ, quam sine extremis non est intelligere) fit, vt consideratio nominis, quod est vt materia, antecedat considerationem verbi, quod est velut forma propositionis.

Duæ enũtiationis partes.

No.3. *Igitur in definitione nominis sunt* particulæ septem: quarũ trium ratio eadem est, quæ in definitione termini. Ponitur vox loco generis. Quòd si arguas scripta nomina atq; mentalia non comprehendi definitione, responsum est q̃ cum Dialectica sit scientia sermocinalis: sanè quæ sermones considerat quatenùs signa conceptuũ, cõsueuit Aristoteles definitiones designare de vocibus. Hanc verũtamẽ definitionẽ facilè accõmodabis ad nomẽ scriptũ & mentale. Vt si dixeris, Nomẽ scriptũ, est scriptura significatiua. &c. Nomẽ mentale est notitia formaliter significatiua sine tempore. &c. Significatiua, separat illam vocem blitiri, & alias non significatiuas à ratione nominis. Nomen enim est notamẽ, quo aliquid designamus. Ad placitum, secernit interiectiones animalium à ratione nominis: vt est risus hominis, hinnitus equi, mugitus bouis: quos Aristote. vocat illiteratos sonos: quia nullum est à natura nomen. Sine tempore, distinguit inter nomen & verbum, quod, vt capite sequẽti videbimus, significat cum tempore.

No.4. *Cuius partes. &c. Excludit oratio* nẽ à ratione nominis. Quare vt vtamur exemplo Aristotelis iuxta translationem Boetij, ly equiferus, nomẽ quidem est. Sed ly, equus ferus, nõ est nomẽ. Quod in capitulo de termino complexo exposuimus: nam ly equiferus, subordinatur simplici cõceptui. Et ideò significatio illius non dependet ex significationibus partium. Quare nec partes significant iuxta significationẽ totius, sed ly, equus ferus: quia est in mente complexum: constat ex partibus per se separatim significantibus iuxta significationem totius. Et ideò non est nomen. Quòd si quis interrogauerit quare ly, equus ferus, vel ly, homo albus, non sit nomen: cùm sit verè terminus significatiuus, reddens suppositum verbo? Aliqui respondent quòd aliter accepit Aristo. hic nomen, quàm grammatici. Sed quantùm ego opinor, Aristo. supposuit significationem nominis & verbi ex grammatica. Nec grammatici censerent, homo albus, esse nomen: sed duo nomina sicut Petrus & Paulus. Nec ideò q̃ congruè iungantur, reputantur facere vnum nomen: sed vnum congruum complexum. Et Petrus Hispa. omne complexum appellauit orationem sicut Aristoteles, qui illud cõplexum, equus ferus, vocauit orationem. Et ita dixit q̃ ly non homo: non est oratio: reputans illum terminum incomplexum.

Finita ponitur ad differentiam no No.5. minis infiniti, vt non homo. Vbi notandum quòd ly, non, accipitur dupliciter, vno modo neganter, quando fertur in verbum aut in copulã propositionis hypotheticæ: & infinitanter: quando vis eius alligatur termino, qui dicitur terminus infinitatus. Et terminum infinitum excludit Aristo. à ratione nominis: propterea quòd nomen debet significare rem aliquam certam: est enim velut rei alicuius notamen. At ly, non homo, non habet circunscriptam & finitam significationem, & ideò vocatum est nomen infinitum. Significat enim, vt dicit Aristo. & quod est: & quod non est, id est, vera entia & fictitia. Adnotauimus enim. C. De termino connotatiuo, quòd omne nomen positiuum significat aliquid limitatum, vt ly, homo, homines, & non equos: ly, animal, animalia, & non lapides: ly, ens, entia vera: sed non fictitia: chimæra, è cõuerso significat ens fictitium: sed non verum. At ly non homo: & vera entia significat, puta lapides: significatione totali, & fictitia: puta chimæram: hircoceruum. &c. Itaque potius explicat quid non significet: quã quid significet.

Ecce

No.6. *Ecce secundùm illos, qui dicunt ꝙ* terminus connotatiuus significat entia vera & imaginaria, vt puta, quod ly album, significat omne, cui imaginatur cõuenire albedo: ly, chimæra, omne illud, cui imaginatur conuenire illa mõstruosa cõpositio, secũdũ istos, inquam, non sunt illa magis nomina ꝗ ly nõ homo. Et ex hoc sequitur sensus verborũ Aristotelis. s. non homo, non est nomen: quia similiter in quolibet est, & quod est, & quod non est. Non enim est sensus ꝙ ly, nõ homo, verificatur de chimæra in hac, chimęra est nõ homo: nam expressè Aristo. vltimo. c. 1. Priorum asserit propositionem negatiuam nihil ponere: sed affirmatiuam de prædicato infinito aliquid ponere. Quare non sequitur inquit lignum non est album: ergo lignum est non album: nisi forsan extremis naturaliter supponentibus: in quo sensu visus est eam concedere. S. Thomas sicut hanc, chimæra est chimæra: sed intelligit Aristo. quod ly nõ homo, similiter significat entia vera & entia fictitia. Et vera Græca significãtiùs Latinè redduntur hoc modo similiter habet circa quodlibet, & quod est & quod non est. Ex his sequitur omnia nomina positiua posse infinitari, quantuncunq; transcendentia & vniuersalissima, vt si dicas, non ens est causa per accidens, non intelligibile significat aliquid & cætera. Syncategoremata verò nõ possunt infinitari.

No.7. *Recta ponitur in difinitione ad* excludendum casus nominum. Qui ideo nõ sunt nomina: quia solo nominatiuo nominamus. Et ideo dicũtur casus nominis: quia descendunt à nomine: definientes à ratione nominis. Quo fit vt nominatiuus non dicatur casus apud Aristo. licet notet hic. S. Thom. ꝙ grammatici vocãt nominatiuũ casum sequuti stoicos. Sequitur secundò quòd non excluditur obliquus à ratiõe nominis eo quod nõ potest reddere suppositum verbo, sed ratione significationis: quia non significat per modum: vt quid, licet inde proueniat quod non possit reddere suppositum verbo: quare adiectiuum adiectiuè tentũ, licet nõ possit reddere suppositũ verbo, est nomen. Imò obliquus per se potest reddere suppositum verbo, vt me disputare est vtile: & verbo impersonali, vt me pœnitet vitæ: & tamen illic nõ est nomen. Sed arguitur quod obliquus sit nomẽ. In his propositionibus, lapidẽ quẽ reprobauerunt, hic factus est. &c. Vrbem quã statuo vestra est, vbi illi accusatiui reddunt suppositum verbo personali indicatiui, ac subinde videntur illic esse nomina. Respondetur quod illic accipiuntur loco nominatiui: & ideo habent vicem nominum.

*Contra particulam sextam defini*tionis arguitur. Nomen infinitum satis excluditur à ratione nominis particula præcedenti, cuius nulla pars separata. &c. Ergo illa particula, finita, redundat. Circa hoc certatur inter Dialecticos, an nomen infinitum sit complexum. Et Aristote. videtur intelligere: esse incomplexum: nam dixit non esse orationẽ, cùm dixisset ly, equus ferus, esse orationem. Et ita exponit S. Tho. Nisi quis dixerit quod non vocauit illud orationem, id est, terminũ complexum, propterea quod non cõstat ex duobus nominibus, sed ex nomine & syncategoremate. Sed confir. hæc sententia Aristo. Nam quemadmodum ly, album, subordinatur vni simplici conceptui significanti de materiali omnia quibus potest conuenire albedo, ita ly, non homo: subordinatur conceptui simplici significanti illa quibus nõ repugnat illa negatio hominis. Nã sicut illa cõueniunt positiuè in ratione albedinis, ita hæc conueniunt in vna ratione negatiua. Est veruntamen argumentum contra hoc, quo probatur esse complexum. Nam huic cõceptui homo, potest apponi negatio, non, & tunc restabit vnum complexum. Quòd si responderis, vt nos aliâs diximus quod potest vtroque modo reperiri in mente, cõplexè & incomplexè: replicatur argumentum, si ly, non homo, cõplexè significaret formaliter negationem hominis in concreto: ergo superfluus esset terminus incomplexus: idem formaliter significans & cũ natura nihil faciat superfluè, fit vt nunquã ille produceretur. Dicẽdũ ergo puto ad mentẽ Aristo. ꝙ quanꝗ, nõ homo reperiat in mẽte & cõplexè & incomplexè, tamẽ non significat infinitanter, nisi quãdo est incomplexũ: itaq; ly, nõ homo, cõplexè nõ significat significatiõe totali idẽ quod ly, nõ homo, incõplexè puta negationem hoĩs in cõcreto, nec significat lapidẽ, v.g. de materiali. Et ideò. ly, non, in mente nunquàm reperitur nisi neganter quantũ est ex virtute sua. Itaq; si post ly, nõ homo: adiiceretur verbum negaretur: sed si post ly, non homo, incomplexũ adderetur verbum, non negaretur. In voce autem accipitur cõplexum infinitanter: quia nõ habemus vocem incomplexam, qua explicetur ille conceptus incomplexus.

Argu. 1. An nomen infinitum sit cõplexũ.

Argu. 2.

Secundò arguitur contra vltimã particulam. Ly cato, & ly catonis, eidem numero conceptui subordinantur, ergo si primum est nomen, secundum etiam est nomẽ. Probatur antecedens: quia idem & eodem modo essentialiter significant: & illa differentia grammaticalis non facit diuersos conceptus. Hoc argumentum eò tendit, vt inquirat, sint ne accidentia grammaticalia in mente. Vbi animaduertendum, triplicia esse huiusmodi accidentia. Quædam enim sunt, quę variant logicalem significationem: vt qualitas & species. Nomen enim commune: homo, aliud significat quàm proprium Petrus, & deriuatiuum aliud quàm primitiuum: vt fortis fortior fortitudo. Et hæc nomina perspicuũ est, diuersis subordinari cnoceptibus. Alia sunt in alio extremo, quæ nec variant significationem logicalem, nec eorum modi significandi grammatici mutãt veritatem propositionis vt figura & declinatio. Nam si nomen simplicis figuræ, significaret illud quod ly, equiferus, idem esset dicere, equiferus currit, &. a. currit, & idem est dicere, Petrus est domi, & est domus, in genitiuo secundæ aut quartæ declinationis: & petrus moritur, & Petrus moritur: in tertia & quarta coniugatione. Et hæc manifestum est è conuerso omnia subordinari eidem conceptui. Tertium genus accidentium est: quod cùm non mutet significationem logicam & essentialem, mutat tamen veritatem propositionis: vt casus & numerus in nomine: persona, numerus, tempus & modus in verbo. Etenim ens, entis, entia, idem logicaliter significant, sicut intelligo intelligerent &c. Refert tamen dicere, Michael est deus, est dei: est ens, est entia. Michael intelligo: michael intelligit. &c. Et cum illæ differentiæ in mente vltimata non possint attendi penes diuersas terminationes, vbi re vera nulla est talis varietas figuræ in lineatione vel prolatione, contenditur inter doctores quid ibi tandem efficiet illam diuersitatem. Fuit in primis in opinione antiquorum cato, catonis, subordinari conceptibus omnino diuersis: puta significantibus diuersa & diuersimodè: ita q̃ genitiuus subordinatur notitiæ connotatiuè significãti de materiali quodcunq; ens, connotando quòd possideatur à catone. Potissima eorum ratio erat quia ly, Catonis verificatur de re possessa à catone: vt si dicas, hic liber est catonis: ergo significat illam. Secundò illud complexum, liber catonis, significat præter librũ & catonem, habitudinem vtriusq;: vt puta possessionẽ: & talis habitudo nõ significatur per nominatiuum: ergo per genitiuũ: & cùm terminus (inquiunt) nõ possit significare habitudinem quin significent ambo extrema, fit vt ly, catonis, significet & rem possessam & possidẽtem. Postremò aut ly catonis, si significat solum catonẽ: significat ipsum eodẽ mõ sicut ly cato: & tunc idẽ esset dicere, liber est catonis: & liber est cato: vel significat catonem cõnotando possessionem & tunc significabit pariter rem possessam, vt modò probatũ est. At opinio hæc iure deserta est à successoribus: est enim in primis inopinabile q̃ ly catonis, vel ly hominis sit nomẽ connotatiuũ & solũ differãt declinatione à suis rectis quę sunt nomina absoluta, & maximè quia, vt ipsi fatẽtur, datiuus & cæteri obliqui nõ sunt cõnotatiui: quia nõ verificãtur per se de alio sicut genitiuus: quãq̃ & hoc gratis negãt. Nã si ut cõcedimus, liber est catonis, cõcedimus filius est catoni, filius est à catone, Et arguitur secũdò: sequeretur q̃ liber catonis, tãtum valeret sicut liber, ens catonis: & in hoc syllogismo, hominis liber est optimus, cato est homo: ergo catonis liber est optimus, medium æquiuocè teneretur: cũ in maiori sit cõnotatiuũ, & in minori absolutũ. Alij moderni qui fuerũt nobis socij, declinãtes in aliud extremũ dicũt oẽs casus eiusdẽ noĩs eidẽ cõceptui omnino subordinari: sed diuersos act⁹ syncategorematicos adiũctos tali cõceptui efficere vt significet per modũ cuius, aut per modum cui. &c. Itaq; sicut hæc vox hõ idiomate hispano p oẽs casus ẽ eadẽ, sed solum p additionẽ horũ articulorũ, la, dela, ala (q̃ sunt sicut in græco ὁ τοῦ τῷ) exprimimus modum significãdi diuersorũ casuũ: ita ĩ mẽte est idẽ cõceptus cũ diuersis articulis. Rationes huius opiniõis sũt huiusmodi. Illę duę notitię cato, catonis, sunt synonymæ de significatiõe essentiali: ergo sunt eiusdẽ speciei ac subinde possunt se se intẽdere: & esse vna numero. Secundò ille modus significandi per modum vt cuius, vt cui, &c. est accidentalis: ergo potest abesse à tali notitia. Et iõ ablato tali accidẽte genitiuus & rectus sunt eadẽ notitia: & si sunt eadẽ notitia nõ põt meliùs explicari ille varius mõdus significandi nisi per articulos sicut apud græcos vel apud hispanos. Hæc opinio non est omnino im pbabilis. Est tñ in primis contra Aristotelẽ dicere q̃ ly catonis, & ly cato, sint eadẽ notitia, qui dicit ly catonis & ly catoni non esse oĩa: & certè si catonis: & cato sunt eadẽ notitia, nõ videtur quare ly, catõis

Accidẽtia grãmaticalia.

non

nō sit nomē. Et. s. Thomas quodli. 4. ar. 17. exponens Aristotelem in hac parte inquit: Diuersitas consignificationis. i. per modum vt quid, vel vt cuius, tollit nominis identitatem: quare casus diuersi nō sunt vnum nomē simpliciter sed vnum ordine declinationis. Et ideo semper ego sum in opiniōe ꝙ casus eiusdem nominis subordinātur in mente diuersis conceptibus significantibus idem & eodem modo essentialiter, id est, absolutè vel connotatiuè, sed tamen diuersimodè grammaticaliter per modum vt quid, vel cuius. Nā cùm notitiæ significent naturaliter, quomodocunque varietur modus significandi est alia notitia & certè nomen, casus, hoc sonat, ꝙ cadat ab alio: & ideo genitiuus in mente, est alius à nominatiuo. Et confir. hæc sententia. Quemadmodum alius est conceptus significans albedinem abstractiuè, vt albedo: & alius qui significat concretiuè, vt album: ita alius est qui significat per modum vt quid & alius per modum vt cuius. Nec est idem conceptus cū audio seruus catonis, & seruus cato. Et ideo ad primam rationē primæ opinionis antiquorum, negatur ꝙ ly catonis, in hac, liber est catonis, sit totale prædicatū: sed vel est propositio de est, secundo adiacente: vel prædicatum est ly, est catonis: nam verbū etiā prædicatur: vt statim. c. de verbo declarabimus. Ad secundam respondetur ꝙ in illo cōplexo: liber catonis, ly catonis in mente significat per modum vt cuius: & ideo totum cōplexum significat habitudinem libri ad catonem, licet ly catonis, non significet librum. Et per hoc responsum est ad postremam rationem: ꝙ ly catonis, licèt significet idē quod cato: non tamē eodem modo. Ad primam rationem secundæ opinionis, cōcesso antecedēte, ꝙ cato & catonis, significant idē essentialiter negatur ꝙ sint eiusdem speciei: est enim fallacia: nam in antecedēte accipitur ly, essentialiter, pro logicaliter, quia significent idem absolutè, ex quo nō sequitur ꝙ sint eiusdem speciei naturalis nā ille modus diuersus significādi arguit diuersas naturas. Et eadē ratione respondetur ad secūdā: ꝙ ille modus significandi per modū vt cuius, nō dicitur accidētalis: eo ꝙ nō sit de intrinseca ratiōe notitiæ, & separabilis ab illa: sed quia cōsueuerūt dialectici proprietatem grāmaticalē vocare accidentalem, respectu illius, q̄ est dialectica. Sed est vltimū argumentum contra hanc opinionē. Sequeretur inde, in hac consequentia, cuiuslibet hominis equus est animal, Petrus est homo, ergo petri equus est animal: medium

Casus reperitur in mente.

teneri æquiuocè post q̄ subordinatur diuersis conceptibus. Negatur tamē sequela. Nam quando nomē est idem declinatione: est simpliciter vniuocum. No.8.

Vt verò de genere restat dubium: an reperiatur diuersitas generis in mente, an sint diuersæ notitiæ albus, alba. Et pro parte affirmatiua est argumentum: quia nō est idē dicere, homo est albus, homo est alba: masculis enim solis existentibus albis, prima est vera, & secunda falsa: quod non potest esse, nisi quia prædicatum primæ supponit, & non secundæ, ac subinde sunt diuersæ notitiæ: nam si esset eadem, cùm in mente non sit determinatio in, vs, vel in, a, nulla est ratio quare accipiatur in vna solùm pro masculis, & in alia solū pro fœminis. Pro parte negatiua arguitur quòd non sint diuersæ notitiæ. Primo in substantiuis, lapis, & petra, subordinatur eidem conceptui: nam certè (supposito quòd voces sint synonymæ) non videtur, quomodo sint diuersi cōceptus: ergo pariter in adiectiuis. Secundò in his mentalibus, lapis est albus, petra est alba, idem est omnino subiectum: putà naturalis similitudo lapidis, qui non est alicuius generis: ergo eodem modo erit idem prædicatum. Item arguitur. Conceptus intuitiuus rei albæ qui producitur nō per voces vel scripturas, sed per visionem parietis nullius generis est: ergo idem est conceptus prædicati, si dicas, hic paries est albus, vel hoc ens est album, vel hæc res est alba, demonstrando idem. Item vltimò, quia si albus, & alba sunt diuersi conceptus: sequeretur quod in diuersis idiomatibus formarētur diuersi conceptus per hoc quòd illa res significaretur nomine masculino, vel fœminino: & sic ex placito nostro dependeret mutare naturas conceptuum. Propter hæc argumenta credo genus non reperiri in mente: Nec est idem quod de casibus, qui ex natura sua significant diuersimodè. Et ad argumentum in contrarium respondemus, quòd negamus hanc vocalem, homo est alba, solis masculis existentibus albis, quia non concipimus proprium conceptum subiecti, communem masculis & fœminis: sed cōcepimus hanc mentalem, mulier est alba: sed si formaremus hanc, homo est alba, certè esset vera. Et quòd formemus primam causa est, quia prædicatum in voce est fœminini generis. Et tūc vel prædicatum restringit subiectum quo ad genus, vt vult Petrus hispa. 7. tractatu, ca. de restrictione: vel ex consuetudine, pueniit;

An genus sit ī mēte.

quod cùm audiuimus prædicatũ fœminini generis, cõcepimus subiectum fœminini generis, vel est validissimum argumentum quod propositio est simplex qualitas. Si enim hæ propositiões, homo est albus, homo est alba, subordinatur diuersis mentalibus: & prædicatũ non restringit subiectum, necesse est dicere quod sunt illæ propositiones duæ simplices qualitates diuerse significantes, sed de hoc aliás. Si tamen dicas, Petrus est alba, illa nec significat verè nec falsè: quia non est congrua: licèt ex bonitate intelligentis quis concipiat verè vel falsè. Ex quo sequitur, in hoc syllogismo, omnis homo est iustus, Maria est homo: ergo Maria est iustus, maiorem extremitatẽ vniuocè teneri, sed negatur consequentia solùm quia consequens propter incongruitatẽ non significat verè vel falsè.

No.6. *Solet hic disputari an nomen dicatur* logicè de mentali, vocali, & scripto. Et primùm si nomẽ dicatur propriè à nominando videtur quod principaliter dicatur de vocali & scripto, & metaphoricè de mẽtali: nõ enim nominamus propriè, nisi per voces, per cõceptus autem metaphoricè: quia loqui mentaliter, est cognoscere. Et ita cepit nomen. Aristo. cùm dixit, æquiuoca dicuntur, quorum solum nomẽ est commune, & ratio substantiæ diuersa. Vnde distinxit inter nomẽ & conceptum. Sed si accipiatur nomen vt dicat significare sine tẽpore, &c. tunc est videre an significare, dicatur vniuocè de voce & cõceptu. Et tunc si significare, sit exprimere conceptũ nõ est vniuocum. Imo nullo modo conuenit conceptibus, nec analogicè. Si autem, significare accipiatũr pro hoc quod est facere cognoscere rem, tũc vniuocè dicitur de voce & conceptu: & nõ analogicè, licèt nobiliori modo conueniat conceptibus: sicut animal licèt nobiliori modo conueniat homini tamẽ vniuocè dicitur de illo & cæteris animalibus.

Caput secundum.



Erbũ est vox significatiua ad placitũ cũ tẽpore: cuius nulla pars, pse est significatiua, separata: finita & recta. Cũ tẽpore, ponitur ad differentiã nominis. Finita, ad differẽtiã verbi infiniti: vt nõ disputat: q dialecticis nõ est verbũ sed verbũ infinitũ. Recta, ad differẽtiam verbi obliqui, quod non est verbum. Solum enim verbum indicatiui modi, præsentis temporis, est verbum apud dialecticum: cætera verò sunt obliqua verba. Atq; adeo dialecticis, nomen & verbum, sunt partes duæ orationis præcipuæ: cęteras verò appellant syncategorematicas: id est, cõsignificatiuas.

Lectio vnica:

*Post definitionẽ nominis subsequi*tur in hoc altero capite definitio verbi: ĩ qua perinde atq; definitione nominis, septẽ sunt particulæ. Et quidem tres priores eadem ratione ponuntur: nempe, ly vox, loco generis: significatiua, ad differentiam vocis non significatiuæ: & ad placitum, ad differentiam interiectionum animalium: sed, cùm tempore, ponitur ad differentiam nominis. No.1.

*Vbi explicandum est: quid nam sit, si*gnificare cum tempore: quod nõ tam facilè, explicatur, quàm mente concipitur. Obidque Aristote. non aliter quàm exemplo exposuit dicens, dico quoniam verbum consignificat tempus: vt valetudo, nomen quidem est, valet verò verbum: vel (interprete Boëtio (cursus nomen est: currit, verò verbum. At moderni summulistæ, claritatis nimium amatores, dicunt significare cum tempore, esse vnire extrema in ordine ad differentiam temporis. Sed quid rogo attinet, ad significare cum tẽpore, hoc quod est vnire? Nam Aristote. duas distinctas conditiones verbi posuit: consignificare tempus, & vnire prædicatum cum subiecto: Et certè verò verbum: lego quanquàm nunquam vniret extrema, per se significaret cum tempore. Et postremò participium significat cum tempore licèt nõ vniat. Igitur animaduertendum est inter hæc tria longè differre, significare tempus, connotare tempus, & significare cum tempore. Exempli gratia. Hi termini, tempus, mensis, dies, significant tempus pro quo supponunt, sicut ly locus, significat locum: & hi termini prandium, cœna, significant actiones comedendi, connotando certam differentiam temporis: puta horam meridianam vel serotinam: hæc autem non significant cum

No.2. Significare cũ tempore.

cum tempore. At significare cum tempore est significare actionem vel passionem in ordine ad aliquam durationem tẽporis, quod est significare illam per modum quo est in fieri, vel in fluxu temporis. Verbi gratia, ly, curro, significat cursum, vt est in fieri de præsenti: & ly cucurrit, vt fuit in fieri: & ly curret, vt erit in fieri. sed ly cursus significat cursum, vt rem quandam, non vt in fieri. Quo fit vt participium significet cum tempore, nec in hoc differt à verbo, vt amans, amaturus: significat enim actionem, vt in fieri, ac proinde modificatur eiisdem aduerbiis quibus verbum, vt velociter currit, velociter currens: diu disputat, diu disputans: sed non dicimus, velociter cursus, nec diu disputatio. Sequitur secundò, quòd non consistit significare cum tempore in hoc, quod est importare differentiam temporis præsentis, vel futuri, sed in hoc quòd verbum, & participium significant actionem, vt in fieri & motu, & motus mensuratur, & cognoscitur per tempus, vt habetur. 4. Physico. & hoc vocat Aristo. consignificare tempus. Inde tamen conuenit verbo consignificare varias differentias temporis. Sequitur tertiò, quòd verbum non significat tempus, nec connotat illud: quicquid sit illud tempus, siue sit cœlum siue accidens. nihil ad Terministas, sed solùm significat actionem, vel motum, vt est induratione, quæ mensuratur per tẽpus, vel instans. Et in hoc sensu intelligito, quoties audieris verbũ includere tempus vel instans, vt cùm dicitur hanc propositionem, Antichristus prædicabit, æquipollere huic, Antichristus in aliquo tempore prædicabit: & hanc, Deus est, æquipollere huic, Deus in hoc instanti est. Intelligito inquã, quòd æquipollent in consequendo, non in significando.

No. 3. Significare cũ tempore.

Sed tunc restat dubium, Si participium significat cum tempore, sequitur definitionem verbi esse diminutam, cùm nullo membro excludat participium à ratione verbi. Circa definitionem Aristotelis cessaret huiusmodi dubitatio: Subiungit enim de verbo, quod est nota eorum, quæ prædicantur, idest, copula, & per hoc excludit participiũ. Sed quia Petrus Hispanus non adiecit illam particulam, glossatur quod significare cum tempore contigit dupliciter, scilicet, cum tempore determinato, & cum tempore indeterminato. Cum tempore indeterminato, est significare in ordine ad aliquam differentiam temporis, taliter, vt possit accipi in ordine ad aliam, & hoc conuenit participio: nam ly amans, licèt sit participium præsentis, ampliatur tamen ad illud, quod erit præsens, in hac, Petrus erit amans. Sed significare cum tempore determinato, est ita significare in ordine ad vnam differentiam, vt non possit accipi in ordine ad aliam quod est proprium verbi. Nam ly, amat, non potest accipi nisi pro præsenti, & ly, amauit pro præterito. Sed tamen ista distinctio non satisfacit: nam certè ly, amans, vbicunque importat tempus pręsens, etiam si dicas, Petrus erit amans: & ly amaturus, semper consignificat tempus futurum: etiã si dicas, Petrus fuit amaturus. Nec satisfacit dicere, quòd licet non mutetur significatio participij, tamen ampliatur: nam pariter poterit ampliari verbum, vt si dicas, Petrus possibiliter est, Petrus possibiliter amat, imò vnum verbum potest ampliare aliud, vt petrus potest amare. Et ideo ad sustinendum Petrum Hispanum explicanda est differentia hoc modo: verbum non potest ampliari nisi à ly, potest, vel imaginariò: participium autem ampliatur à differentiis verbi, sum, es, fui. Ego tamen fateor, quòd maluissem addere particulam Aristotelis in definitione verbi, vt distingueretur à participio, nisi vt non violarem textum Petri Hispani.

*Aliæ tres particulæ eadem ratio*ne ponuntur, qua in definitione nominis, scilicet, cuius nulla pars separata &c. Ad excludendum complexa verba, vt dormit, vel vigilat, est vel erit, quod non est verbũ, sed verbũ complexum, vel aggregatum ex verbis. Finita, ad differentiam verbi infiniti, quod eandẽ ratione excluditur à ratione verbi, sicut nomen infinitum: quia est illimitatæ significationis: vt si dicas, nõ currit, vt sit vnum verbum, non significat aliquam actionem certam, sed quancunq; quæ non est cursus: etiam imaginariam, sicut, non homo, quicquid nõ est homo. Recta etiam ponitur eodem modo, sicut in definitione nominis: quia verba obliqua non sunt verba sed casus verbi, vt cucurrit, curret &c. Sed est notandum, vt benè notat hìc sanctus Thomas, quòd variatio verbi per personas & numeros temporis præsentis indicatiui, vt amas, amant, non tollit rationem verbi, sed variatio per tempora & modos. Et ratio est optima, quia verbum de ratione sua habet significare agere vel pati, & simpliciter agere vel pati, solum est in actu præsenti, & ideo solum verbũ præsens indicatiui est No. 4.

q cùm audiuimus prædicatū fœminini generis, cōcepimus subiectum fœminini generis, vel est validissimum argumentum quod propositio est simplex qualitas. Si enim hæ propositiões, homo est albus, homo est alba, subordinatur diuersis mentalibus: & prædicatū non restringit subiectum, necesse est dicere quod sunt illæ propositiones duæ simplices qualitates diuerse significantes, sed de hoc aliás. Si tamen dicas, Petrus est alba, illa nec significat verè nec falsè: quia non est congrua: licèt ex bonitate intelligentis quis concipiat verè vel falsè. Ex quo sequitur, in hoc syllogismo, omnis homo est iustus, Maria est homo: ergo Maria est iustus, maiorem extremitatē vniuocè teneri, sed negatur consequentia solùm quia consequens propter incongruitatē non significat verè vel falsè.

No.ô. *Solet hic disputari an nomen dicatur* logicè de mentali, vocali, & scripto. Et primùm si nomē dicatur propriè à nominando videtur quod principaliter dicatur de vocali & scripto, & metaphoricè de mētali: nō enim nominamus propriè, nisi per voces, per cōceptus autem metaphoricè: quia loqui mentaliter, est cognoscere. Et ita cepit nomen. Aristo. cùm dixit, æquiuoca dicuntur, quorum solum nomē est commune, & ratio substantiæ diuersa. Vnde distinxit inter nomē & conceptum. Sed si accipiatur nomen vt dicat significare sine tēpore, &c. tunc est videre an significare, dicatꝰ vniuocè de voce & cōceptu. Et tunc si significare, sit exprimere conceptū nō est vniuocum. Imo nullo modo conuenit conceptibus, nec analogicè. Si autem, significare accipiatur pro hoc quod est facere cognoscere rem, tūc vniuocè dicitur de voce & conceptu: & nō analogicè, licèt nobiliori modo conueniat conceptibus: sicut animal licèt nobiliori modo conueniat homini tamē vniuocè dicitur de illo & cæteris animalibus.

Caput secundum.



Erbū est vox significatiua ad placitū cū tēpore: cuius nulla pars, pse est significatiua, separata: finita & recta. Cū tēpore, ponitur ad differentiā nominis. Finita, ad differētiā verbi infiniti: vt nō disputat: q dialecticis nō est verbū sed verbū infinitū. Recta, ad differētiam verbi obliqui, quod non est verbum. Solum enim verbum indicatiui modi, præsentis temporis, est verbum apud dialecticum: cætera verò sunt obliqua verba, Atq; adeo dialecticis, nomen & verbum, sunt partes duæ orationis præcipuæ: cęteras verò appellant syncategorematicas: id est, cō significatiuas.

Lectio vnica:

❧ *Post definitionē nominis subsequi*tur in hoc altero capite definitio verbi: ī qua perinde atq; definitione nominis, septē sunt particulæ. Et quidem tres priores eadem ratione ponuntur: nempe, ly vox, loco generis: significatiua, ad differentiam vocis non significatiuæ: & ad placitum, ad differentiam interiectionum animalium: sed, cùm tempore, ponitur ad differentiam nominis. No.1.

*V bi explicandum est: quid nam sit, si*gnificare cum tempore: quod nō tam facilè, explicatur, quàm mente concipitur. Obidque Aristote. non aliter quàm exemplo exposuit dicens, dico quoniam verbum consignificat tempus: vt valetudo, nomen quidem est, valet verò verbum: vel (interprete Boëtio (cursus nomen est: currit, verò verbum. At moderni summulistæ, claritatis nimium amatores, dicunt significare cum tempore, esse vnire extrema in ordine ad differentiam temporis. Sed quid rogo attinet, ad significare cum tēpore, hoc quod est vnire? Nam Aristote. duas distinctas conditiones verbi posuit: consignificare tempus, & vnire prædicatum cum subiecto: Et certè verò verbum: lego quanquàm nunquam vniret extrema, per se significaret cum tempore. Et postremò participium significat cum tempore licèt nō vniat. Igitur animaduertendum est inter hæc tria longè differre, significare tempus, connotare tempus, & significare cum tempore. Exempli gratia. Hi termini, tempus, mensis, dies, significant tempus pro quo supponunt, sicut ly locus, significat locum: & hi termini prandium, cœna, significant actiones comedendi, connotando certam differentiam temporis: puta horam meridianam vel serotinam: hæc autem non significant cum No.2. Significare cū tempore.

cum tempore. At significare cum tempore est significare actionem vel passionem in ordine ad aliquam durationem tẽporis, quod est significare illam per modum quo est in fieri, vel in fluxu temporis. Verbi gratia, ly, curro, significat cursum, vt est in fieri de præsenti: & ly cucurrit, vt fuit in fieri: & ly curret, vt erit in fieri. sed ly cursus significat cursum, vt rem quandam, non vt in fieri. Quo fit vt participium significet cum tempore, nec in hoc differt à verbo, vt amans, amaturus: significat enim actionem, vt in fieri, ac proinde modificatur eiisdem aduerbiis quibus verbum, vt velociter currit, velociter currens: diu disputat, diu disputans: sed non dicimus, velociter cursus, nec diu disputatio. Sequitur secundò, quòd non consistit significare cum tempore in hoc, quod est importare differentiam temporis præsentis, vel futuri, sed in hoc quòd verbum, & participium significant actionem, vt in fieri & motu, & motus mensuratur, & cognoscitur per tempus, vt habetur. 4. Physico. & hòc vocat Aristo. consignificare tempus. Inde tamen conuenit verbo consignificare varias differentias temporis. Sequitur tertiò, quòd verbum non significat tempus, nec connotat illud: quicquid sit illud tempus, siue sit cœlum siue accidens. nihil ad Terministas, sed solùm significat actionem, vel motum, vt est in duratione, quæ mensuratur per tẽpus, vel instans. Et in hoc sensu intelligito, quoties audieris verbũ includere tempus vel instans, vt cùm dicitur hanc propositionem, Antichristus prædicabit, æquipollere huic, Antichristus in aliquo tempore prædicabit: & hanc, Deus est, æquipollere huic, Deus in hoc instanti est. Intelligito inquã, quòd æquipollent in consequendo, non in significando.

No.3. *Sed tunc restat dubium, Si participium* significat cum tempore, sequitur definitionem verbi esse diminutam, cùm nullo membro excludat participium à ratione verbi. Circa definitionem Aristotelis cessaret huiusmodi dubitatio: Subiungit enim de verbo, quod est nota eorum, quæ prædicantur, idest, copula, & per hoc excludit participiũ. Sed quia Petrus Hispanus non adiecit illam particulam, glossatur quod significare cum tempore contigit dupliciter, scilicet, cum tempore determinato, & cum tempore indeterminato. Cum tempore indeterminato, est significare in ordine ad aliquam differentiam temporis, taliter, vt possit accipi in ordine ad aliam, & hoc conuenit participio: nam ly amans, licèt sit participium præsentis, ampliatur tamen ad illud, quod erit præsens, in hac, Petrus erit amans. Sed significare cum tempore determinato, est ita significare in ordine ad vnam differentiam, vt non possit accipi in ordine ad aliam quod est proprium verbi. Nam ly, amat, non potest accipi nisi pro præsenti, & ly, amauit pro præterito. Sed tamen ista distinctio non satisfacit: nam certè ly, amans, vbicunque importat tempus præsens, etiam si dicas, Petrus erit amans: & ly amaturus, semper consignificat tempus futurum: etiã si dicas, Petrus fuit amaturus. Nec satisfacit dicere, quòd licet non mutetur significatio participij, tamen ampliatur: nam pariter poterit ampliari verbum, vt si dicas, Petrus possibiliter est, Petrus possibiliter amat, imò vnum verbum potest ampliare aliud, vt petrus potest amare. Et ideo ad sustinendum Petrum Hispanum explicanda est differentia hoc modo: verbum non potest ampliari nisi à ly, potest, vel imaginariò: participium autem ampliatur à differentiis verbi, sum, es, fui. Ego tamen fateor, quòd maluissem addere particulam Aristotelis in definitione verbi, vt distingueretur à participio, nisi vt non violarem textum Petri Hispani.

Significare cũ tempore.

*Aliæ tres particulæ eadem ratio*ne ponuntur, qua in definitione nominis, scilicet, cuius nulla pars separata &c. No.4. Ad excludendum complexa verba, vt dormit, vel vigilat, est vel erit, quod non est verbũ, sed verbũ complexum, vel aggregatum ex verbis. Finita, ad differentiam verbi infiniti, quod eandẽ ratione excluditur à ratione verbi, sicut nomen infinitum: quia est illimatæ significationis: vt si dicas, nõ currit, vt sit vnum verbum, non significat aliquam actionem certam, sed quancunq; quæ non est cursus: etiam imaginariam, sicut, non homo, quicquid nõ est homo. Recta etiam ponitur eodem modo, sicut in definitione nominis: quia verba obliqua non sunt verba sed casus verbi, vt cucurrit, curret &c. Sed est notandum, vt benè notat hìc sanctus Thomas, quòd variatio verbi per personas & numeros temporis præsentis indicatiui, vt amas, amant, non tollit rationem verbi, sed variatio per tempora & modos. Et ratio est optima, quia verbum de ratione sua habet significare agere vel pati, & simpliciter agere vel pati, solum est in actu præsenti, & ideo solum verbũ præsens indicatiui est

℗ cùm audiuimus prædicatū fœminini generis, cōcepimus subiectum fœminini generis, vel est validissimum argumentum quod propositio est simplex qualitas. Si enim hæ propositiōes, homo est albus, homo est alba, subordinatur diuersis mentalibus: & prædicatū non restringit subiectum, necesse est dicere quod sunt illæ propositiones duæ simplices qualitates diuerse significantes, sed de hoc aliàs. Si tamen dicas, Petrus est alba, illa nec significat verè nec falsè: quia non est congrua: licèt ex bonitate intelligentis quis concipiat verè vel falsè. Ex quo sequitur, in hoc syllogismo, omnis homo est iustus, Maria est homo: ergo Maria est iustus, maiorem extremitatē vniuocè teneri, sed negatur consequentia solùm quia consequens propter incongruitatē non significat verè vel falsè.

No. 6. *Solet hic disputari an nomen dicatur* logicè de mentali, vocali, & scripto. Et primùm si nomē dicatur propriè à nominando videtur quod principaliter dicatur de vocali & scripto, & metaphoricè de mētali: nō enim nominamus propriè, nisi per voces, per cōceptus autem metaphoricè: quia loqui mentaliter, est cognoscere. Et ita cepit nomen. Aristo. cùm dixit, æquiuoca dicuntur, quorum solum nomē est commune, & ratio substantiæ diuersa. Vnde distinxit inter nomē & conceptum. Sed si accipiatur nomen vt dicat significare sine tēpore, &c. tunc est videre an significare, dicat vniuocè de voce & cōceptu. Et tunc si significare, sit exprimere conceptū nō est vniuocum. Imo nullo modo conuenit conceptibus, nec analogicè. Si autem, significare accipiatūr pro hoc quod est facere cognoscere rem, tūc vniuocè dicitur de voce & conceptu: & nō analogicè, licèt nobiliori modo conueniat conceptibus: sicut animal licèt nobiliori modo conueniat homini tamē vniuocè dicitur de illo & cæteris animalibus.

Caput secundum.



Erbū est vox significatiua ad placitū cū tēpore: cuius nulla pars, p se est significatiua, separata: finita & recta. Cū tēpore, ponitur ad differentiā nominis. Finita, ad differētiā verbi infiniti: vt nō disputat: q dialecticis nō est verbū sed verbū infinitū. Recta, ad differētiam verbi obliqui, quod non est verbum. Solum enim verbum indicatiui modi, præsentis temporis, est verbum apud dialecticum: cætera verò sunt obliqua verba, Atq; adeo dialecticis, nomen & verbum, sunt partes duæ orationis præcipuæ: cęteras verò appellant syncategorematicas: id est, cō significatiuas.

Lectio vnica:

*Post definitionē nominis subsequi*tur in hoc altero capite definitio verbi: ī qua perinde atq; definitione nominis, septē sunt particulæ. Et quidem tres priores eadem ratione ponuntur: nempe, ly vox, loco generis: significatiua, ad differentiam vocis non significatiuæ: & ad placitum, ad differentiam interiectionum animalium: sed, cùm tempore, ponitur ad differentiam nominis. No. 1.

*Vbi explicandum est: quid nam sit, si*gnificare cum tempore: quod nō tam facilè, explicatur, quàm mente concipitur. Obidque Aristote. non aliter quàm exemplo exposuit dicens, dico quoniam verbum consignificat tempus: vt valetudo, nomen quidem est, valet verò verbum: vel (interprete Boëtio (cursus nomen est: currit, verò verbum. At moderni summulistæ, claritatis nimium amatores, dicunt significare cum tempore, esse vnire extrema in ordine ad differentiam temporis. Sed quid rogo attinet, ad significare cum tēpore, hoc quod est vnire? Nam Aristote. duas distinctas conditiones verbi posuit: consignificare tempus, & vnire prædicatum cum subiecto: Et certè verò verbum: lego quanquàm nunquam vniret extrema, per se significaret cum tempore. Et postremò participium significat cum tempore licèt nō vniat. Igitur animaduertendum est inter hæc tria longè differre, significare tempus, connotare tempus, & significare cum tempore. Exempli gratia. Hi termini, tempus, mensis, dies, significant tempus pro quo supponunt, sicut ly locus, significat locum: & hi termini prandium, cœna, significant actiones comedendi, connotando certam differentiam temporis: puta horam meridianam vel serotinam: hæc autem non significant No. 2. Significare cū tempore.

cum

cum tempore. At significare cum tempore est significare actionem vel passionem in ordine ad aliquam durationem tẽporis, quod est significare illam per modum quo est in fieri, vel in fluxu temporis. Verbi gratia, ly, curro, significat cursum, vt est in fieri de præsenti: & ly cucurrit, vt fuit in fieri: & ly curret, vt erit in fieri. sed ly cursus significat cursum, vt rem quandam, non vt in fieri. Quo fit vt participium significet cum tempore, nec in hoc differt à verbo, vt amans, amaturus: significat enim actionem, vt in fieri, ac proinde modificatur eiisdem aduerbiis quibus verbum, vt velociter currit, velociter currens: diu disputat, diu disputans: sed non dicimus, velociter cursus, nec diu disputatio. Sequitur secundò, quòd non consistit significare cum tempore in hoc, quod est importare differentiam temporis præsentis, vel futuri, sed in hoc quòd verbum, & participium significant actionem, vt in fieri & motu, & motus mensuratur, & cognoscitur per tempus, vt habetur. 4. Physico. & hoc vocat Aristo. consignificare tempus. Inde tamen conuenit verbo consignificare varias differentias temporis. Sequitur tertiò, quòd verbum non significat tempus, nec connotat illud: quicquid sit illud tempus, siue sit cœlum siue accidens. nihil ad Terministas, sed solùm significat actionem, vel motum, vt est induratione, quæ mensuratur per tẽpus, vel instans. Et in hoc sensu intelligito, quoties audieris verbũ includere tempus vel instans, vt cùm dicitur hanc propositionem, Antichristus prædicabit, æquipollere huic, Antichristus in aliquo tempore prædicabit: & hanc, Deus est, æquipollere huic, Deus in hoc instanti est. Intelligito inquã, quòd æquipollent in consequendo, non in significando.

No.3. Significare cũ tempore.

Sed tunc restat dubium, Si participium significat cum tempore, sequitur definitionem verbi esse diminutam, cùm nullo membro excludat participium à ratione verbi. Circa definitionem Aristotelis cessaret huiusmodi dubitatio: Subiungit enim de verbo, quod est nota eorum, quæ prædicantur, idest, copula, & per hoc excludit participiũ. Sed quia Petrus Hispanus non adiecit illam particulam, glossatur quod significare cum tempore contigit dupliciter, scilicet, cum tempore determinato, & cum tempore indeterminato. Cum tempore indeterminato, est significare in ordine ad aliquam differentiam temporis, taliter, vt possit accipi in ordine ad aliam, & hoc conuenit participio: nam ly amans, licèt sit participium præsentis, ampliatur tamen ad illud, quod erit præsens, in hac, Petrus erit amans. Sed significare cum tempore determinato, est ita significare in ordine ad vnam differentiam, vt non possit accipi in ordine ad aliam quod est proprium verbi. Nam ly, amat, non potest accipi nisi pro præsenti, & ly, amauit pro præterito. Sed tamen ista distinctio non satisfacit: nam certè ly, amans, vbicunque importat tempus præsens, etiam si dicas, Petrus erit amans: & ly amaturus, semper consignificat tempus futurum: etiã si dicas, Petrus fuit amaturus. Nec satisfacit dicere, quòd licet non mutetur significatio participij, tamen ampliatur: nam pariter poterit ampliari verbum, vt si dicas, Petrus possibiliter est, Petrus possibiliter amat, imò vnum verbum potest ampliare aliud, vt petrus potest amare. Et ideo ad sustinendum Petrum Hispanum explicanda est differentia hoc modo: verbum non potest ampliari nisi à ly, potest, vel imaginariò: participium autem ampliatur à differentiis verbi, sum, es, fui. Ego tamen fateor, quòd maluissem addere particulam Aristotelis in definitione verbi, vt distingueretur à participio, nisi vt non violarem textum Petri Hispani.

*Aliæ tres particulæ eadem ratio*ne ponuntur, qua in definitione nominis, scilicet, cuius nulla pars separata &c. Ad excludendum complexa verba, vt dormit, vel vigilat, est vel erit, quod non est verbũ, sed verbũ complexum, vel aggregatum ex verbis. Finita, ad differentiam verbi infiniti, quod eandẽ ratione excluditur à ratione verbi, sicut nomen infinitum: quia est illimatæ significationis: vt si dicas, nõ currit, vt sit vnum verbum, non significat aliquam actionem certam, sed quancunq; quæ non est cursus: etiam imaginariam, sicut, non homo, quicquid nõ est homo. Recta etiam ponitur eodem modo, sicut in definitione nominis: quia verba obliqua non sunt verba sed casus verbi, vt cucurrit, curret &c. Sed est notandum, vt benè notat hìc sanctus Thomas, quòd variatio verbi per personas & numeros temporis præsentis indicatiui, vt amas, amant, non tollit rationem verbi, sed variatio per tempora & modos. Et ratio est optima, quia verbum de ratione sua habet significare agere vel pati, & simpliciter agere vel pati, solum est in actu præsenti, & ideo solum verbũ præsens indicatiui est No.4.

q̄ cùm audiuimus prædicatū fœminini generis, cõcepimus subiectum fœminini generis, vel est validissimum argumentum quod propositio est simplex qualitas. Si enim hæ propositiões, homo est albus, homo est alba, subordinatur diuersis mentalibus: & prædicatū non restringit subiectum, necesse est dicere quod sunt illæ propositiones duæ simplices qualitates diuerse significantes, sed de hoc aliàs. Si tamen dicas, Petrus est alba, illa nec significat verè nec falsè: quia non est congrua: licèt ex bonitate intelligentis quis concipiat verè vel falsè. Ex quo sequitur, in hoc syllogismo, omnis homo est iustus, Maria est homo: ergo Maria est iustus, maiorem extremitatē vniuocè teneri, sed negatur consequentia solùm quia consequens propter incongruitatē non significat verè vel falsè.

No.6. *Solet hic disputari an nomen dicatur* logicè de mentali, vocali, & scripto. Et primùm si nomē dicatur propriè à nominando videtur quod principaliter dicatur de vocali & scripto, & metaphoricè de mētali: nõ enim nominamus propriè, nisi per voces, per cõceptus autem metaphoricè: quia loqui mentaliter, est cognoscere. Et ita cepit nomen. Aristo. cùm dixit, æquiuoca dicuntur, quorum solum nomē est commune, & ratio substantiæ diuersa. Vnde distinxit inter nomē & conceptum. Sed si accipiatur nomen vt dicat significare sine tēpore, &c. tunc est videre an significare, dicat vniuocè de voce & cõceptu. Et tunc si significare, sit exprimere conceptū nõ est vniuocum. Imo nullo modo conuenit conceptibus, nec analogicè. Si autem, significare accipiatūr pro hoc quod est facere cognoscere rem, tūc vniuocè dicitur de voce & conceptu: & nõ analogicè, licèt nobiliori modo conueniat conceptibus: sicut animal licèt nobiliori modo conueniat homini tamē vniuocè dicitur de illo & cæteris animalibus.

Caput secundum.



Erbū est vox significatiua ad placitū cū tēpore: cuius nulla pars, p se est significatiua, separata: finita & recta. Cū tēpore, ponitur ad differentiā nominis. Finita, ad differētiā verbi infiniti: vt nõ disputat: q̄ dialecticis nõ est verbū sed verbū infinitū. Recta, ad differētiam verbi obliqui, quod non est verbum. Solum enim verbum indicatiui modi, præsentis temporis, est verbum apud dialecticum: cætera verò sunt obliqua verba, Atq; adeo dialecticis, nomen & verbum, sunt partes duæ orationis præcipuæ: cęteras verò appellant syncategorematicas: id est, cõsignificatiuas.

Lectio vnica:

*Post definitionē nominis subsequi*tur in hoc altero capite definitio verbi: ĩ qua perinde atq; definitione nominis, septē sunt particulæ. Et quidem tres priores eadem ratione ponuntur: nempe, ly vox, loco generis: significatiua, ad differentiam vocis non significatiuæ: & ad placitum, ad differentiam interiectionum animalium: sed, cùm tempore, ponitur ad differentiam nominis. No.1.

*V bi explicandum est: quid nam sit, si*gnificare cum tempore: quod nõ tam facilè, explicatur, quàm mente concipitur. Obidque Aristote. non aliter quàm exemplo exposuit dicens, dico quoniam verbum consignificat tempus: vt valetudo, nomen quidem est, valet verò verbum: vel (interprete Boëtio(cursus nomen est: currit, verò verbum. At moderni summulistæ, claritatis nimium amatores, dicunt significare cum tempore, esse vnire extrema in ordine ad differentiam temporis. Sed quid rogo attinet, ad significare cum tēpore, hoc quod est vnire? Nam Aristote. duas distinctas conditiones verbi posuit: consignificare tempus, & vnire prædicatum cum subiecto: Et certè verò verbum: lego quanquàm nunquam vniret extrema, per se significaret cum tempore. Et postremò participium significat cum tempore licèt nõ vniat. Igitur animaduertendum est inter hæc tria longè differre, significare tempus, connotare tempus, & significare cum tempore. Exempli gratia. Hi termini, tempus, mensis, dies, significant tempus pro quo supponunt, sicut ly locus, significat locum: & hi termini prandium, cœna, significant actiones comedendi, connotando certam differentiam temporis: puta horam meridianam vel serotinam: hæc autem non significant No.2. Significare cū tempore.

cum

cum tempore. At significare cum tempore est significare actionem vel passionem in ordine ad aliquam durationem tẽporis, quod est significare illam per modum quo est in fieri, vel in fluxu temporis. Verbi gratia, ly, curro, significat cursum, vt est in fieri de præsenti: & ly cucurrit, vt fuit in fieri: & ly curret, vt erit in fieri. sed ly cursus significat cursum, vt rem quandam, non vt in fieri. Quo fit vt participium significet cum tempore, nec in hoc differt à verbo, vt amans, amaturus: significat enim actionem, vt in fieri, ac proinde modificatur eiisdem aduerbiis quibus verbum, vt velociter currit, velociter currens: diu disputat, diu disputans: sed non dicimus, velociter cursus, nec diu disputatio. Sequitur secundò, quòd non consistit significare cum tempore in hoc, quod est importare differentiam temporis præsentis, vel futuri, sed in hoc quòd verbum, & participium significant actionem, vt in fieri & motu, & motus mensuratur, & cognoscitur per tempus, vt habetur. 4. Physico. & hoc vocat Aristo. consignificare tempus. Inde tamen conuenit verbo consignificare varias differentias temporis. Sequitur tertiò, quòd verbum non significat tempus, nec connotat illud: quicquid sit illud tempus, siue sit cœlum siue accidens. nihil ad Terministas, sed solùm significat actionem, vel motum, vt est induratione, quæ mensuratur per tẽpus, vel instans. Et in hoc sensu intelligito, quoties audieris verbũ includere tempus vel instans, vt cùm dicitur hanc propositionem, Antichristus prædicabit, æquipollere huic, Antichristus in aliquo tempore prædicabit: & hanc, Deus est, æquipollere huic, Deus in hoc instanti est. Intelligito inquã, quòd æquipollent in consequendo, non in significando.

No.3. *Sed tunc restat dubium, Si participium* significat cum tempore, sequitur definitionem verbi esse diminutam, cùm nullo membro excludat participium à ratione verbi. Circa definitionem Aristotelis cessaret huiusmodi dubitatio: Subiungit enim de verbo, quod est nota eorum, quæ prædicantur, idest, copula, & per hoc excludit participiũ. Sed quia Petrus Hispanus non adiecit illam particulam, glossatur quod significare cum tempore contigit dupliciter, scilicet, cum tempore determinato, & cum tempore indeterminato. Cum tempore indeterminato, est significare in ordine ad aliquam differentiam temporis, taliter, vt possit accipi in ordine ad aliam, & hoc conuenit participio: nam ly amans, licèt sit participium præsentis, ampliatur tamen ad illud, quod erit præsens, in hac, Petrus erit amans. Sed significare cum tempore determinato, est ita significare in ordine ad vnam differentiam, vt non possit accipi in ordine ad aliam quod est proprium verbi. Nam ly, amat, non potest accipi nisi pro præsenti, & ly, amauit pro præterito. Sed tamen ista distinctio non satisfacit: nam certè ly, amans, vbicunque importat tempus pręsens, etiam si dicas, Petrus erit amans: & ly amaturus, semper consignificat tempus futurum: etiã si dicas, Petrus fuit amaturus. Nec satisfacit dicere, quòd licet non mutetur significatio participij, tamen ampliatur: nam pariter poterit ampliari verbum, vt si dicas, Petrus possibiliter est, Petrus possibiliter amat, imò vnum verbum potest ampliare aliud, vt petrus potest amare. Et ideo ad sustinendum Petrum Hispanum explicanda est differentia hoc modo: verbum non potest ampliari nisi à ly, potest, vel imaginariò: participium autem ampliatur à differentiis verbi, sum, es, fui. Ego tamen fateor, quòd maluissem addere particulam Aristotelis in definitione verbi, vt distingueretur à participio, nisi vt non violarem textum Petri Hispani.

Significare cũ tempore.

Aliæ tres particulæ eadem ratione ponuntur, qua in definitione nominis, scilicet, cuius nulla pars separata &c. Ad excludendum complexa verba, vt dormit, vel vigilat, est vel erit, quod non est verbũ, sed verbũ complexum, vel aggregatum ex verbis. Finita, ad differentiam verbi infiniti, quod eandẽ ratione excluditur à ratione verbi, sicut nomen infinitum: quia est illimitatæ significationis: vt si dicas, nõ currit, vt sit vnum verbum, non significat aliquam actionem certam, sed quancunq; quæ non est cursus: etiam imaginariam, sicut, non homo, quicquid nõ est homo. Recta etiam ponitur eodem modo, sicut in definitione nominis: quia verba obliqua non sunt verba sed casus verbi, vt cucurrit, curret &c. Sed est notandum, vt benè notat hìc sanctus Thomas, quòd variatio verbi per personas & numeros temporis præsentis indicatiui, vt amas, amant, non tollit rationem verbi, sed variatio per tempora & modos. Et ratio est optima, quia verbum de ratione sua habet significare agere vel pati, & simpliciter agere vel pati, solum est in actu præsenti, & ideo solum verbũ præsens indicatiui est No.4.

q cùm audiuimus prædicatũ fœminini generis, cõcepimus subiectum fœminini generis, vel est validissimum argumentum quod propositio est simplex qualitas. Si enim hæ propositiões, homo est albus, homo est alba, subordinatur diuersis mentalibus: & prædicatũ non restringit subiectum, necesse est dicere quod sunt illæ propositiones duæ simplices qualitates diuerse significantes, sed de hoc aliàs. Si tamen dicas, Petrus est alba, illa nec significat verè nec falsè: quia non est congrua: licèt ex bonitate intelligentis quis concipiat verè vel falsè. Ex quo sequitur, in hoc syllogismo, omnis homo est iustus, Maria est homo: ergo Maria est iustus, maiorem extremitatẽ vniuocè teneri, sed negatur consequentia solùm quia consequens propter incongruitatẽ non significat verè vel falsè.

No.ô. *Solet hic disputari an nomen dicatur* logicè de mentali, vocali, & scripto. Et primùm si nomẽ dicatur propriè à nominando videtur quod principaliter dicatur de vocali & scripto, & metaphoricè de mẽtali: nõ enim nominamus propriè, nisi per voces, per cõceptus autem metaphoricè: quia loqui mentaliter, est cognoscere. Et ita cepit nomen. Aristo. cùm dixit, æquiuoca dicuntur, quorum solum nomẽ est commune, & ratio substantiæ diuersa. Vnde distinxit inter nomẽ & conceptum. Sed si accipiatur nomen vt dicat significare sine tẽpore, &c. tunc est videre an significare, dicat vniuocè de voce & cõceptu. Et tunc si significare, sit exprimere conceptũ nõ est vniuocum. Imo nullo modo conuenit conceptibus, nec analogicè. Si autem, significare accipiatur pro hoc quod est facere cognoscere rem, tũc vniuocè dicitur de voce & conceptu: & nõ analogicè, licèt nobiliori modo conueniat conceptibus: sicut animal licèt nobiliori modo conueniat homini tamẽ vniuocè dicitur de illo & cæteris animalibus.

Caput secundum.



Erbũ est vox significatiua ad placitũ cũ tẽpore: cuius nulla pars, per se est significatiua, separata: finita & recta. Cũ tẽpore, ponitur ad differentiã nominis. Finita, ad differẽtiã verbi infiniti: vt nõ disputat: q dialecticis nõ est verbũ sed verbũ infinitũ. Recta, ad differẽtiam verbi obliqui, quod non est verbum. Solum enim verbum indicatiui modi, præsentis temporis, est verbum apud dialecticum: cætera verò sunt obliqua verba, Atq; adeo dialecticis, nomen & verbum, sunt partes duæ orationis præcipuæ: cęteras verò appellant syncategorematicas: id est, cõsignificatiuas.

Lectio vnica:

*Post definitionẽ nominis subsequi*tur in hoc altero capite definitio verbi: ĩ qua perinde atq; definitione nominis, septẽ sunt particulæ. Et quidem tres priores eadem ratione ponuntur: nempe, ly vox, loco generis: significatiua, ad differentiam vocis non significatiuæ: & ad placitum, ad differentiam interiectionum animalium: sed, cùm tempore, ponitur ad differentiam nominis. No.[illegible]

*Vbi explicandum est: quid nam sit, si*gnificare cum tempore: quod nõ tam facilè, explicatur, quàm mente concipitur. Obidque Aristote. non aliter quàm exemplo exposuit dicens, dico quoniam verbum consignificat tempus: vt valetudo, nomen quidem est, valet verò verbum: vel (interprete Boetio(cursus nomen est: currit, verò verbum. At moderni summulistæ, claritatis nimium amatores, dicunt significare cum tempore, esse vnire extrema in ordine ad differentiam temporis. Sed quid rogo attinet, ad significare cum tẽpore, hoc quod est vnire? Nam Aristote. duas distinctas conditiones verbi posuit: consignificare tempus, & vnire prædicatum cum subiecto: Et certè verò verbum: lego quanquàm nunquam vniret extrema, per se significaret cum tempore. Et postremò participium significat cum tempore licèt nõ vniat. Igitur animaduertendum est inter hæc tria longè differre, significare tempus, connotare tempus, & significare cum tempore. Exempli gratia. Hi termini, tempus, mensis, dies, significant tempus pro quo supponunt, sicut ly locus, significat locum: & hi termini prandium, cœna, significant actiones comedendi, connotando certam differentiam temporis: puta horam meridianam vel serotinam: hæc autem non significant No.2. Significare cũ tempore.

cum

cum tempore. At significare cum tempore est significare actionem vel passionem in ordine ad aliquam durationem tẽporis, quod est significare illam per modum quo est in fieri, vel in fluxu temporis. Verbi gratia, ly, curro, significat cursum, vt est in fieri de præsenti: & ly cucurrit, vt fuit in fieri: & ly curret, vt erit in fieri. sed ly cursus significat cursum, vt rem quandam, non vt in fieri. Quo fit vt participium significet cum tempore, nec in hoc differt à verbo, vt amans, amaturus: significat enim actionem, vt in fieri, ac proinde modificatur eiisdem aduerbiis quibus verbum, vt velociter currit, velociter currens: diu disputat, diu disputans: sed non dicimus, velociter cursus, nec diu disputatio. Sequitur secundò, quòd non consistit significare cum tempore in hoc, quod est importare differentiam temporis præsentis, vel futuri, sed in hoc quòd verbum, & participium significant actionem, vt in fieri & motu, & motus mensuratur, & cognoscitur per tempus, vt habetur. 4. Physico. & hòc vocat Aristo. consignificare tempus. Inde tamen conuenit verbo consignificare varias differentias temporis. Sequitur tertiò, quòd verbum non significat tempus, nec connotat illud: quicquid sit illud tempus, siue sit cœlum siue accidens. nihil ad Terministas, sed solùm significat actionem, vel motum, vt est induratione, quæ mensuratur per tẽpus, vel instans. Et in hoc sensu intelligito, quoties audieris verbũ includere tempus vel instans, vt cùm dicitur hanc propositionem, Antichristus prædicabit, æquipollere huic, Antichristus in aliquo tempore prædicabit: & hanc, Deus est, æquipollere huic, Deus in hoc instanti est. Intelligito inquã, quòd æquipollent in consequendo, non in significando.

No.3. Significare cũ tempore.

Sed tunc restat dubium, Si participium significat cum tempore, sequitur definitionem verbi esse diminutam, cùm nullo membro excludat participium à ratione verbi. Circa definitionem Aristotelis cessaret huiusmodi dubitatio: Subiungit enim de verbo, quod est nota eorum, quæ prædicantur, idest, copula, & per hoc excludit participiũ. Sed quia Petrus Hispanus non adiecit illam particulam, glossatur quod significare cum tempore contigit dupliciter, scilicet, cum tempore determinato, & cum tempore indeterminato. Cum tempore indeterminato, est significare in ordine ad aliquam differentiam temporis, taliter, vt possit accipi in ordine ad aliam, & hoc conuenit participio: nam ly amans, licèt sit participium præsentis, amplia tur tamen ad illud, quod erit præsens, in hac, Petrus erit amans. Sed significare cum tempore determinato, est ita significare in ordine ad vnam differentiam, vt non possit accipi in ordine ad aliam quod est proprium verbi. Nam ly, amat, non potest accipi nisi pro præsenti, & ly, amauit pro præterito. Sed tamen ista distinctio non satisfacit: nam certè ly, amans, vbicunque importat tempus præsens, etiam si dicas, Petrus erit amans: & ly amaturus, semper consignificat tempus futurum: etiã si dicas, Petrus fuit amaturus. Nec satisfacit dicere, quòd licet non mutetur significatio participij, tamen ampliatur: nam pariter poterit ampliari verbum, vt si dicas, Petrus possibiliter est, Petrus possibiliter amat, imò vnum verbum potest ampliare aliud, vt petrus potest amare. Et ideo ad sustinendum Petrum Hispanum explicanda est differentia hoc modo: verbum non potest ampliari nisi à ly, potest, vel imaginariò: participium autem ampliatur à differentiis verbi, sum, es, fui. Ego tamen fateor, quòd maluissem addere particulam Aristotelis in definitione verbi, vt distingueretur à participio, nisi vt non violarem textum Petri Hispani.

*Aliæ tres particulæ eadem ratio*ne ponuntur, qua in definitione nominis, scilicet, cuius nulla pars separata &c. Ad excludendum complexa verba, vt dormit, vel vigilat, est vel erit, quod non est verbũ, sed verbũ complexum, vel aggregatum ex verbis. Finita, ad differentiam verbi infiniti, quod eandẽ ratione excluditur à ratione verbi, sicut nomen infinitum: quia est illimatæ significationis: vt si dicas, nõ currit, vt sit vnum verbum, non significat aliquam actionem certam, sed quancunq; quæ non est cursus: etiam imaginariam, sicut, non homo, quicquid nõ est homo. Recta etiam ponitur eodem modo, sicut in definitione nominis: quia verba obliqua non sunt verba sed casus verbi, vt cucurrit, curret &c. Sed est notandum, vt benè notat hìc sanctus Thomas, quòd variatio verbi per personas & numeros temporis præsentis indicatiui, vt amas, amant, non tollit rationem verbi, sed variatio per tempora & modos. Et ratio est optima, quia verbum de ratione sua habet significare agere vel pati, & simpliciter agere vel pati, solum est in actu præsenti, & ideo solum verbũ præsens indicatiui est No.4.

absolutè verbũ, sed cucurrit in præterito, vel curret in futuro: & similiter, currerem, disputassem, est agere secundũ quid, & non simpliciter, & ideo non sunt illa verba, sed casus verbi. Sed tamen diuersæ personæ eiusdem indicatiui: omnes significant agere in actu præsenti, & ideo non sunt verba obliqua, sed simpliciter verba. Et hæc est melior ratio huius particulę, quã illa, quæ data est in priori editione in solutione ad quintum.

Argu.1. *At sunt multa alia explicanda in* hoc capite, & ideo arguit primò contra quartã particulã. Verbũ harũ propositionũ, homo est animal rationale, quatuor & tria sunt septem, & similium, non significat cum tempore: ergo illa particula redundat. Probatur antecedens. Illæ propositiones sunt necessariæ, vt videbimus capitulo de suppositione: & essent veræ, etiam si nec mundus nec tempus fuisset, & tamen si ly est, significat cum tempore, essent falsæ in tali casu: nam restringerentur extrema ad tẽpus præsens: ergo nõ significat illic verbum cum tempore. Hoc argumentum inquirit, an verbũ possit absolui à tempore. Ad quod respondemus, verbũ absolui à tempore, potest vno modo intelligi, ꝙ non significet in ordine ad aliquam durationem vel differentiam temporis, & hoc est impossibile: nam essentialis, & inseparabilis est verbo ille modus significandi. Alio modo, vt dicunt ferè summulistæ moderni: verbum absolui à tẽpore est importare omnẽ differentiã tẽporis. Et in hoc sensu dicũt verbũ absolui à tẽpore: in eodẽ concedunt huiusmodi ꝓpositiões doctrinales, scilicet, quatuor & tria sunt septẽ, omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis &c. Id est, omnis triangulus est, vel fuit, vel erit, vel potest esse habẽs tres angulos &c. At re vera hoc nõ est verbũ absolui à tempore, sed mutare omnino significationem, & re vera, vt illic videbimus, Arist. & Augusti. & philosophi nõ fingebãt ampliationes de ly, est. Nec ly est, significat, nisi tẽpus præsens, nec fuit vnquã aliter impositũ. Et ideo nos tandem dicimus, ꝙ verbum absolui à tẽpore non est, quòd mutet aliquo modo significationẽ: sed quòd impediatur, nè restringat extrema in ordine ad differentiam tẽporis quam consignificat. Verbi gratia, in hac propositione, omnis homo est animal rationale, ly est, non restingit extrema ad supponendũ pro rebus, quę sunt, sed solũ importat connexionẽ prædicati ad subiectũ, & ideo absolutè vt iacent conceduntur necessariç à sapientibus. Et ꝓcedit illud, nè restringantur extrema ex ipsa connexione extremorum. Quando enim prædicatum est de intrinseca ratione subiuncti, non restringũtur. Et per hoc habes solutum argumẽtũ. Quare in his propositionibus, dies est, annus est, ly est, nõ vnit, nisi in ordine ad instans præsens, & sufficit ad veritatem illarũ, quòd sit instãs continuatiuũ illius tẽporis. Si autẽ imposueris ꝙ ly est, importet tempus vnius diei, vel vnius anni, illa erit iã noua impositio verbi.

Verbũ absolui à tẽpore.

Argu.2. *Secundò arguitur contra quintam* particulã definitionis. Partes verbi sunt per se significatiuæ separatę: ergo illa particula redundat. Probatur antecedens: Omne verbũ adiectiuum est cõplexũ: nam hæc propositio, Petrus amat, subordinatur huic, Petrus est amans. Et eadem ratione verbũ substantiuum secundũ adiacens est cõplexũ: quia hæc propositio, Petrus est, subordinatur in mente huic, Petrus est ens. Circa materiam huius argumẽti animaduertendum est, duplex esse verbũ, scilicet, substantiuũ & adiectiuũ. Verbũ, sum, es, fui, est substantiuũ, quia significat esse, quod grammatici appellãt substantiam. seu subsistentiam rei. Cætera verò sunt verba adiectiua, eò, quòd significant actiones, seu passiones, quæ accidunt rei iam subsistẽti. At qui, verbum substantiuum, aliquando est secundũ adiacens: aliquando verò tertium adiacens. Secundũ adiacens est, quãdo nullum aliud exprimitur prædicatum, vt in hac, Petrus est. Tertium adiacens est, quãdo exprimitur aliud prædicatũ: vt Petrus est iustus. Ratio horum nominũ est, quia subiectũ est, vt materia de qua dicitur prædicatũ: & prędicatũ, vt forma respectu subiecti: sed respectu amborũ extremorũ, vt supra diximus, verbũ est forma, quæ facit esse propositionẽ. Quãdo ergo nullũ est prædicatũ, tunc verbũ substantiuũ est, vt prædicatũ, & ideo adiacet secũdo loco post subiectũ. Quãdo verò est aliquod prædicatũ, ꝙ reputatur secundũ respectu subiecti: tunc verbũ adiacet tertio loco, tanquã copulans extrema. Vnde quãdo dicitur propositio, de, est secundo, aut tertio adiacẽte: ly secundo, vel tertio, nõ est datiuus: quia verbũ nulli tertio adiacet, sed potest esse aduerbiũ, quasi tertio in ordine adiacẽte, sed potiùs est substantiuũ de ly, adiacente, vt exponit sanctus Thomas. 2. Periher.

No.5. *His præiactis opinantur ferè mo*derni summulistæ, nullũ esse verbũ adiectiuum in mente, nec ly est secundum adiacens,

sed

sed ly amat, subordinari illi complexo, est amans, & ly est, complexo est ens: itaq; omne verbum subordinatur participio cum verbo substantiuo. Miror tamen hanc opinionem tam breui in vsum abiisse summulistis: sanè quæ sine apparentia cum Aristo. totaq; schola antiquorum, atq; adeò cū ipsa veritate tā apertè pugnet. Primū Aristo. in Anteprę. inter terminos incōplexos ponit exemplū de ly homo, & de ly currit. Nec satis est respōdere, ꝙ exēplorū nō requiritur veritas, nā cum illic ex professo distinguebat inter cōplexu, quod nō ponitur in coordinatione prædicamētali & incōplexū, quod ponitur in illa: nō posuisset nisi verū exemplū. Secundò in ipsa difinitiōe verbi: postquā dixit, verbū esse cuius pars separata nihil significat, subiūgit exēplū de verbo adiectiuo, valet, ergo expressè docuit esse incomplexū in mēte, aliâs nō esset incomplexū in voce. Nam, vt diximus in cap. de ter. complexo: penès conceptus considera mus cōplexionem vocis. Tertiò definitio verbi, quā dat Aristo. nullo modo cōueniret verbo adiectiuo: nam dicit ꝙ verbū est nota eorum, quę prædicantur id est, copula extremorum, quod secundum istos nō potest contingere verbo adiectiuo in mēte: cùm ibi non reperiatur. Et ratione arguitur. Nulla est repugnantia quo minùs sit vna notitia simplex in mente significans, sicut illa vox, amat: ergo illa est in mente postquā voces sunt signa conceptuum. Sed quid in re non dubia vtimur testibus non necessariis? Concludimus verbū adiectiuum esse in mente incōplexum sicut in voce. Vnde inquit Petrus Hispanus in calce textus, nomen & verbum sunt duæ partes præcipuæ propositionis: vt nomine verbi, & substantiuum intelligas, & adiectiuum verbum. Igitur ad argumentum negamus ꝙ illa propositio Petrus amat: subordinatur illi, Petrus est amans: sed illi, Petrus amat: cuius prædicatum est incomplexum: & illa, Petrus est, alteri simili ex duab⁹ notitiis, vbi ly, est, prædicatur de subiecto.

No.6. *Sed arguunt fautores alterius opi*nionis primò. Si verbum adiectiuū est in mēte incomplexum, idē conceptus significaret aliquid & aliqualiter, scilicet, actionē, & vnitiuè, essetq; proinde æquiuocatio in mente. Negamus tamen consequentiam. Non enim verbū significat aliquid & aliqualiter diuisiuè, sed actionē vt est in fieri & motu, vnica significatione: sicut ly album, albedinē in concreto. Secundò arguunt, quia tunc idem vniret sese alteri: cū tamē vniens deberet præsupponere extrema quæ vniuntur. Ad quod argumentū cōcedimus consequentiā quòd prędicatū seipso vnitur subiecto. Non enim vnio in mente est sicut quādo filiū vnit duo frusta panni: sed vniuntur duo conceptus propter congruentiam grammaticalem. Mirū est cōcedant isti formam seipsa vniri materiæ, & accidens subiecto, & negent prædicatum vniri subiecto. Respondemus ergo, quòd sicut ly homo albus, congruè iunguntur tanquā adiectiuum substantiuo, ita ly, Petrus amat, in mēte. Tertium argumentū istorum est: quia tunc illa propositio, Petrus amat, non posset conuerti: quia ly amat, non potest esse subiectum, nec posset fieri descēsus sub illo verbo, cum tamen secundū nos verè supponat. Ad quod respondemus, quòd licet illa vocalis, Petrus amat, subordinetur illi de verbo adiectiuo: resoluitur tamen per suum participiū ad conuersionē & ad ascensum, & alios vsus. Vt Petrus amat conuertitur in hanc, amans est Petrus, & sub illo participio potest fieri descensus & syllogismus &c. Sed quando ly, amans, est subiectum, non tenetur, adiectiuè. Vltimum argumentum est, quòd sequeretur ex nostra opinione, ista verba, amo, pluit &c. esse incomplexa in mente & tunc vna notitia significaret sicut propositio. At quod primum possemus negare consequentiā dicēdo, ꝙ ly, amo, subordinatur huic, ego amo. Sed verisimilius est: illa verba subordinare simplici notitiæ. Nam certè cùm rustici audiunt, pluit, nec concipiunt, Deus pluit, nec nubes pluit, sed simpliciter pluit. Quare ly pluit, alia ratione est verbum, & alia propositio &c. Et illud quod adducitur in contrarium, scilicet, quòd in mente omnia debent esse explicita, intelligitur quod nulla debet esse illic esse illic æquiuocatio. Et ideo non est contra nos: quia ly, amo, vnica significatione significat me amare. Et hæc de verbo adiectiuo & de ly, est, secundo adiacente.

Sed de ly, est, tertio adiacente du- No.7. bium est quid significat in hac propositione, Petrus est albus, vtrum significet esse sicut quando est secūdum adiacens. Vel vtrum solum significet aliqualiter vnitiuè. Ad qd' licèt aliter nobis visum fuerit olim, respōdet ꝙ ly, est, vbicūq; sit significat esse cōmune ad esse substātiale & accidētale, sicut ly amat, signat amare: nā si postquā cōcepi hō est, audiā alb⁹, certè idem verbū manet, vt experiētia docet, quare ly est secundū adiacens, idē significat,

puta esse vel existere, nisi quòd quando absolutè dicitur, homo est, absolutè cōcipimus quòd homo existit. Et quando dicitur homo est albus, concipimus quod existit albus. Diximus ly, est esse commune ad esse substantiale, & accidentale, quia loquimur Summulistis, quibus nec insinuandum est esse analogicum. Vnde colligimus contra istos ly est, secundum & tertium adiacens semper significare idem & subordinari eidem conceptui: & esse idem verbum, & per consequens esse categorêma, sicut quodcunq; aliud verbum adiectiuum.

Regu.3. *Postremò arguitur contra sextam* particulam. Nullū est verbum infinitū: ergo illa particula supponit falsum. Probatur antecedens. Quando dicis, Petrus nō est, aut Petrus non disputat, vel negatio cadit in verbū, aut solùm in participium, vt valeant, est non ens, est non disputans. Si primū, est verbum negatiuum: si secundum, tunc solùm participium est infinitū: ergo nullū est verbum infinitum. Ad hoc argumentum qui negant esse in mente verbum adiectiuum, negant subinde aliquod esse ibi verbum infinitum. Sed dicunt hanc vocalem, Petrus non disputat, si verbum accipiatur infinitanter: subordinari huic, Petrus est non disputans. Et hanc, Petrus non est, subordinari huic. Petrus est non ens. Sed quàm isti repugnent Aristot. ipsi viderint. Primùm negatio, quæ in voce antecedit verbum, quomodo in mēte postponitur verbo. Deinde illo gratis admisso, certè illa mētalis nō est de verbo infinito: sed solùm de participio infinito. Igitur quanquā in priori editione diximus verbum infinitum in mente esse nunc cōplexum: nunc incomplexū, sicut nomē: non tamen consonat Aristoteli. Et ideò perinde ac de nomine: dicimus de verbo infinito, quod nō est in mente nisi incomplexum sicut enim in mente vnica simplex notitia, nō homo significat quicquid non est homo: ita vna notitia simplex significat negationem disputationis, id est, quicquid non est disputare: quæ exprimitur per hanc vocem, non disputat. Et pariter ly, non est, infinitanter est incomplexum in mente. Et ideò excluditur à ratione verbi sicut nomen infinitum à ratione nominis, quia non est certæ, & limitatæ significationis. Et est fortius certè argumentum, quòd verbū infinitū sit incomplexum in mente quàm de nomine: nam vix potest intelligi, quòd exprimatur illic negatio, & non neget verbum. Ex quo sequitur quòd in mente quotiescūq; exprimitur ly, nō, tenetur neganter. Sequitur secundò, verbum infinitum subordinari in mēte verbo infinito, & non aggegato ex verbo substantiuo, & participio infinitato. Verbi gratia, ly non currit, subordinatur in mēte verbo infinito incomplexo, & nō huic aggregato, est non currens: quanuis per illud complexum possit resolui.

Sed est dubium, an verbum infinitum reperiatur in propositione, pro vtraque parte est difficultas. Nam Boëtius, Albertus magnus, Sanctus Thomas, & alij antiqui, primo & secundo Periher. tenent, quòd non possit verbum infinitari in propositione, & inter alia probant hoc ex Philosopho dicente in principio secundi perihe. quòd omnis affirmatio constat ex nomine & verbo, vel ex nomine infinito: vbi expressè insinuat, quòd nulla possit esse propositio sine verbo: bene tamen sine nomine, quia potest esse cum nomine infinito. Et etiam quia cùm in propositione hac Petrus nō currit, verbum negetur de subiecto, non potest intelligi, quod sit affirmatiua de verbo infinito. Sed pro alia parte arguitur ex philosopho primo periher. capit. de verbo, dicente, quòd verbum infinitū quanquā significet cū tēpore, & sit nota &c. nō est verbum, quia dicitur tam de eo quod est, quàm de eo quod non est. Sed verbum infinitum nō potest esse nota eorum, quæ prædicantur: nec potest dici tam de eo quod est, quàm de eo quod nō est, nisi in propositiōe: ergo &c. Et confirmatur, quia Philosophus primo Post. facit hūc syllogismum, stellæ nō scintillātes sunt prope nos, planetæ nō scintillant: ergo sunt prope nos: quæ consequentia nil valeret, nisi minor esset affirmatiua de verbo infinito, taliter vt esset sensus, planetæ sunt stellę nō scintillātes: ergo verbū infinitū est in propositione. Et secūdò arguitur, quia nomē infinitū requiritur in propositione: ergo & verbum infinitum, quia de vtroque est eadem ratio. Et confirmatur, quia si non posset reperiri in propositione verbum infinitū, non esset terminus, & esset superfluum, cùm nō sit signum constitutiuum propositionis. Vltimò arguitur, quia si huic verbo mentali infinito, & incomplexo, non currit, addatur conceptus Petri, nō est verisimile, quod non conficiat propositionem. Sed illa propositio esset de verbo infinito: aliter illud verbū mutaret naturam & significationē: ergo. Et confirmatur, quia hoc complexum mentale, nō homo: non ob aliud, non est nomen infinitum, nisi quia si ponatur in propositione illa negatio

negatio negabit totũ & faciet propositionẽ negatiuam: ergo à simili nullum erit verbum infinitum extra propositionẽ postquã in ꝓpositione positũ negat totum & facit propositionem negatiuam &c. Ad hoc dubium, vtranq; partẽ vnusquisq; pro ingenio suo poterit defendere: vel affirmatiuam cum iunioribus, vel negatiuam cum antiquis quorum certè maxima authoritas est: Aut si libuerit poterit vtrosq; concordare dicendo sicut in prima editione, quod antiqui solùm voluerunt dicere quòd verbo in propositione nulla potest addi negatio infinitans quin faciat propositionẽ negatiuã, quod nos libenter cõcedimus. Aut sicut alij volunt, in verbo sunt duo consideranda. Vnum quod cõuenit illi in quantũ verbũ. s. vnire extrema. i. esse copulã qua vnum de alio affirmatur. Et secũdũ hoc quod habet in propositione nõ potest infinitari: aliud habet secundũ quod cõuenit cum nomine: nam secundum philosophum verba ꝑ se dicta nomina sunt, & significant aliquid: & secundũ hoc possunt infinitari etiã in propositione. Nam sicut cursus, currens, possunt infinitari, etiam currit, secundũ quod significat idem cum illis &c.

Caput tertium.

No.1. *Ratio est vox significatiua ad placitũ, cuius partes separatæ aliquid significant: Hoc ad differẽtiam ponitur nominis & verbi. Atq orationũ alia ꝑfecta, alia ĩꝑfecta. Perfecta est, quę perfectũ sensum generat in animo auditoris, vt homo disputat. Imꝑfecta est illa: quæ ĩꝑfectũ sensum generat in animo auditoris. vt homo disputans: In quarum numero sunt duæ primæ species modi sciendi, vt definitio & diuisio: nam argumẽtatio, oratio perfecta est. Orationũ perfectarum, alia indicatiua, vt, homo disputat: Alia imperatiua: vt, Petre disputa: alia optatiua, vt, vtinam disputassem. Alia coniunctiua, vt, si disputaueris, eris dialecticus. Alia deprecatiua, vt, miserere mei Deus. Harum autem orationum sola indicatiua est propositio.*

Lectio vnica.

Subiectũ, vt diximus, circa q̃ versatur hic liber, est propositio. Vnde post cognitionẽ partiũ ex quibus cõstat, oportet cognoscere genus ꝓpositionis: quod est oratio In cuiꝰ definitiõe sunt quatuor mẽbra: Tria, eadẽ ratione, qua in definitionibus nominis & verbi: vltimũ verò, vt separetur oro nõ solũ à nomine & verbo: verũ ab alijs partibus syncategorematicis. Hoc est m̃ orõnis propriũ, vt, habeat partes ꝑ se separatim significantes: quod abũdè in superioribus expositũ est. Et vt notauimus in ca. de nomine, om̃s terminus cõplexꝰ est oro, vt patet in exẽplo huius textus vbi dicit Petrus Hisp. ꝙ homo disputãs, est orõ. Et debet considerari cõplexio penes cõceptus. Nã si dicas Marcus Tul. Cice. nõ est orõ, quia subordinatur simplici cõceptui sed si. a. significaret sicut, hõ est animal, ly a esset orõ. Quare ly Pater familias, & si sit compositæ figuræ, nõ est orõ: sed ly, pater familiarũ, est orõ. Itẽ vt vox sit cõplexa, debet subordinari notitiæ cõplexæ virtute impositionis, nõ enĩ sufficit ꝙ subordinetur ex bonitate intelligẽtis. Nã si rogatus quispiã, vellet ne esse fœlix: respõderet, sic: illa vox nõ esset orõ. licet virtute præcedentis interrogationis subordinetur ꝓpositioni. Nõ ponit in definitiõe orationis, significans cũ tempore, nec sine tempore, quia in aliqua oratione est verbum significans cum tempore, & in aliqua nullum est verbum. At post tractatum de termino complexo, nihil restat dicendum de oratione.

Subtũgitur in textũ diuisio orationis in perfectã, quæ generat perfectũ sensum; & in imperfectã, quæ generat imperfectũ sensum. Vbi, nomine perfecti sensus non intelligitur ꝙ audiens assentiat: nam, Papa dormit, est perfecta oratio, licèt nullũ assensum mihi generet. Nec intelligitur, ꝙ significet verè vel falsè: nam orationes aliorum modorũ ab indicatiuo non significant verè vel falsè; & sunt perfectæ, vt habetur in textu. Illa ergo oratio dicitur in præsentiarum perfectum sensum facere, quæ perfectam sententiam generat, vt puta, quæ explicat, vel aliquem assensum loquentis, vt alius assentiat: sicut oratio indicatiui: vel aliquem affectum animi, sicut oratio optatiui explicat desiderium, & oratio imperatiui voluntatem, vt audiens aliquid faciat: vt exponit sanctus Thomas. 1. Periher. capit. de enuntiatione. Ex quo sequitur

tur clara intelligentia secundæ diuisionis orationum perfectarum: Nam imperatiua generat perfectum sensum: quia audiēs non expectat aliud, vt moueatur ad operandū, vel ad respondendum, si sit interrogatiua oratio. Subiungit tandem Petrus Hispanus in calce textus, quòd sola oratio indicatiui est propositio, quod capite. 5. monstrabimus.

Caput quartum.



T priùs quā de propositiōe dicamus cōuenit, species modi sciendi, quas partim inter orationes impfectas, partim inter pfectas ānumerauim⁹: definire. Est ergo modus sciendi, oratio alicuius ignoti manifestatiua. Qui triplex est: definitio diuisio, & argumētatio. Definitio est oratio, naturā rei, aut termini significationem exponens. Et est duplex: Quid rei, vt animal rationale, respectu hominis: & qd nominis, vt corpus, quod habet albedinē respectu albi. Diuisio, est oratio, rē p suas partes, aut terminum per suas significationes distribuēs, vt animaliū, aliud rationale, aliud irrationale: animaliū aliud animal viuū, aliud aīal pictū. Argumētatio, est oratio in qua vno dato, alterū cōsequitur, vt si homo est, animal est. Petrus est animal, & Petrus est homo: ergo homo est animal. Argu. 1.

Lectio prima.

No. 1. *Necessarium est summulistis: quid* sit definitio, quid diuisio & argumentatio, quos modos sciēdi vocant, vel summis labiis attingere. Nam vt colligitur ex Aristo. 2. Metaphysi. tex. 15. necesse est antequā tradat sciētia præcognosci modum sciēdi. Quem sermonē hucusq; distulimus, vt à simplicissimis sumeremus exordium, & de modo sciendi, qui est oratio, in materia de oratione diceremus. Est ergo modus sciēdi oratio alicuius ignoti manifestatiua, qui tres habet species. Vbi animaduertendum, quòd duplici via possumus aliquid docere. Vno modo illud quod est ignotum explicādo per aliquid notius, sicut illud, quod est in tenebris manifestamus lumine candelæ. Et illud fit definitione & diuisione. Secundo modo, illud, quod est dubium, persuadendo per aliquid certius, & illud fit argumentatione. Omne ignotū, quod est incomplexum, docetur primo modo, & dubia propositio docetur secundo modo. Exempli gratia. Interrogas quid est homo, quod est tibi ignotum: Respōdeo, animal rationale. Hęc oratio, quia distinctus repræsentat quàm ly homo, est manifestatiua illius. Rursus interrogas, quotuplex est animal: respondeo, aliud rationale, aliud irrationale. Postremò dubitas, studiosam vitam delectabiliorem esse quā voluptuosam, hoc tibi persuadebo hac argumentatione: quod est cōuenientius naturæ hominis, est ei delectabilius, sed vita studiosa est homini conuenientior quàm voluptuosa, ergo delectabilior. Est ergo triplex modus sciendi: definitio, diuisio, & argumentio. Modus sciendi.

Definitio est oratio naturam rei aut termini significationē exponens. In quibus duobus membris duplex definitio insinuatur: quid rei, quæ explicat naturam rei: & quid nominis, quæ explicat nominis significationē. Verbi gratia, cùm quæris quid est homo: non quæris, quid significet illud nomen: nā illud iam præsupponitur: sed quę est natura rei, quæ est homo, & illam explicat, qui respōdet, quòd est animal rationale. Sed cùm dico, quod albū est res, quæ habet albedinem, nec explico naturā subiecti, nec naturam albedinis: sed explico quid significat illud nomen album: nam tunc restat explicare naturam subiecti, vt puta, quòd est substātia corporea, & naturam albedinis, puta quæ est color disgregatiuus visus. No. 2. Definitio

*Definitioni vt bona sit, tria de*bent conuenire. Primò quo ad eius partes, definitio constat ex genere & differentia. Et, vt pro captu summulistarum loquamur, genus definitionis est terminus ille superior ad definitum, qui ponitur in fronte definitionis, vt ly vox, in definitione nominis, & ly oratio, in hac definitione definitionis. Et genus debet esse terminus, qui est superior, & proxim⁹, & vt dicunt, immediatissimus definito, vt corpus non est genus in definitione No. 3. Cōditiōes bonæ definitionis.

ne hoīs,sed aīal:nec sonus est genus in definitione noīs,sed vox. Differentia est illud,per quod definitū differt ab aliis cōtentis sub eodē genere. Et terminus,si cōnotatiuè significet propriā formā,tunc est propria differentia,vt ly,ratione respectu hoīs.Si autē significet aliquod accidēs,tūc dicitur se habere per modū differentiæ.Secunda conditio est quo ad formā definitiōis.Definitio clariùs,distinctiusq; significat,quā definitū.Est ergo contra formā definitionis,ꝙ definitū intret definitionē nam tunc nō clariùs significaret,quā definitū,ac ꝓinde nec explicaret ipsum. Tertia conditio.Definitio nō est redūdans nec diminuta,Id est,nō continet plus minúsve quā requiritur ad expliĉtionem definiti. Dicitur enim logica definitio ad similitudinē definitionis realis.Et res illa dicitur aliam definire seu circunscribere:quæ cōtinet eius oēs partes,& nihil ampliùs:vt vas ad summū plenū, dicitur aquā definire. Et ita definitio logica debet ambire naturā definiti,vt nihil cōtineat,nisi quod requiritur ad explicationē definiti.v.g.Quia soli homines sunt aīlia rationalia,hæc oratio,animal ratiōale mortale, est redūdās definitio hominis,sanè vbi superfluit, mortale.Sed si dij(quod ait Prophyrius) essent animalia rationalia, hæc oratio, animal rationale,esset diminuta definitio hominis. Addendū enim esset,mortale, quod separaret nos à diis.Et ob hanc conditionē Aristo. 1.Topi.appellauit definitionē terminū definiti.Ex hoc sequitur,definitum & definitionē esse terminos conuertibiles:vt de quocunque dicatur definitio,dicatur & definitum,& è conuerso,dummodò seruentur proprietates dialecticæ. Vt si Petrus est homo,Petrus est animal rationale.Alia solet adscribi proprietas definitionis:quod verbum illic positum non dicit actum,sed aptitudinem in potentia propinqua,quod superiori libro cap. de termino,explicuimus.

No.4. *Definitionis multiplex est species.* Primo,vt dictū est,lia est quid rei, & alia qd nominis.Quid rei est triplex:quidditatiua,descriptura,& causalis:secundum quod natura rei potest explicari:aut per partes essentiales, aut per eius accidētia,aut per causas circūstātes. Definitio quidditatiua,est definitio rei per eius partes essentiales. Et est duplex scilicet,Metaphysica,quæ datur per proprium genus,& propriā differentiā,vt animal rationale,respectu hominis:Et physica,quę datur per materiam & formam:vt compositum ex corpore & anima rationali.Definitio descriptiua est definitio rei per eius accidētia: quæ possunt esse aut propria,aut communia,vt si dicas,homo est animal risibile,politicum,disciplinabile,Et rursus,homo est animal bipes pulchrum,magni cerebri.&c. Et prima dicitur propriè descriptiua:Nam secunda,significantiùs dicitur accidentalis.Definitio causalis,est definitio ꝑ eius causas extrinsecas: Vt anima est forma à Deo creata ad beatitudinem.Nam si detur per materiam & formam; quæ sunt causæ intrinsecæ,iam diximus esse physicam definitionem.

Definitio multiplex

Notandū tamen:cuiuscunq; definitiōis quid rei,duplex esse definitū,scilicet, rē,cuius natura exprimitur per definitionē, & nomē ipsius.Sed quæritur,quodnā illorū dicatur definitum propinquū,quodue remotū? Respondetur,ꝙ quanquā res ipsa sit quæ principaliter definitur:& non nomē:nā ideo dicitur definitio,quid rei,quia per illam explicatur natura rei,& non nomen illius.Et si nomen dicitur aliquādo definiri, est ratione rei significatæ,& nō è diuerso:tamen nomen quod minùs principaliter definitur:congruētiùs dicitur,definitur propinquū,quia est de propinqua & immediata consideratione logica,& nō res ipsa.Sicut in propositionibus. esto,termini ponantur & prædicentur pro rebus.Tamen termini ipsi sunt,qui propinquè prædicātur,& immediatiùs quā res ipsa. Vnde definitum propinquū,ast terminus,cuius significatū aut significatio exprimutur ꝑ definitionē,primum ponitur propter definitum definitionis quid rei:& secundū propter definitum definitionis quid nominis.Sed definitum remotum,est res,cuius natura adæquatè exprimitur per definitionem.Quo fit, vt in definitione quæ tantum est quid noīs, tantū sit vnicū definitū.s.terminus ipse,cuius significatio exprimitur: postquā sui significati per talē definitionem nō exprimatur natura. Secundò sequitur idem esse definitum propinquum & remotum eiusdem definitionis,diuersis tamen rationibus: vt patet in definitione definiti propinqui,quod sæpe verificabitur in sequentibus.

No.5. Definitū duplex.

Definitū ꝓpinquū & remotum.

Arguitur verò cōtra has definitiones. Hæc oratio,aīal rationale,exponit significationē illius nominis,homo:qa distinctius significat,quod illud nomē significat cōfusè & tn̄ nō est definitio quid noīs,vt habet vsus dialecticorum:ergo definitio non est bona.

Argumēt.

Secundò

Secundò arguitur, illa oratio, corpus habens albedinem, explicat quodam modo naturã corporis albi per accidentia, & tamen non est definitio quid rei, vt suprà diximus: ergo definitio non est bona. Notandum est hic, notiones nominum ex eorum etymologiis sumendas esse, & potissimùm ex vsu sapientum. Et maximè in dialectica ex Aristo. Igitur definitio quid rei, est illa quæ explicat quidditatẽ rei. Et quia quidditas propriè explicatur per partes essentiales, solam definitionem quidditatiuã appellauit Aristo. quid rei. 7. Meta. tex. 10. Sed iam vsus philosophorum obtinuit, vt quæcunque definitio exponens naturam aut cõditionem rei, etiam per accidentalia, dicatur quid rei. Rursus definitio quid nominis, est illa quæ explicat qdditatem nominis, & quidditas nominis est eius significatio: illa ergo definitio, quæ explicat quid nomẽ significet, est quid nominis. Quæ (vt auctor est Aristo. 1. post.) præsupponitur in initio cuiusq; scientiæ: vt aggredienti inuestigare scientiam de homine, supponendum est qd significat, ly, homo, Et illa oratio qua declaratur quid significat, est definitio quid nominis, licet nullam naturam nominis explicaret. Vt si diceres, homo significat illud animal, quo nullum est præstantius. Et ideo nescio vnde collegerũt iuniores, quòd nomẽ absolutum non potest definiri definitione quid nominis, postquã ita benè explicatur, quid significat nomen absolutum, elephas. sicut nomen Album. Verum est, quòd vix possumus explicare significationem nominis absoluti, nisi explicando aliquod accidẽs rei: sed hoc est accidentale definitionis quid nominis. Nec è conuerso potest dari definitio quid rei. quin per accidens explicet significationem nominis. Sed differunt ex fine, quia finis definitionis qui nominis, per se, est ducere nos in notitiam rei significatæ, vt sciamus quæ est illa pars quæ significatur. Sed finis definitionis quid rei per se, est ducere nos in notitiã naturæ rei, vt sciamus quid vel qualis est illa res. Vnde ad primum argumentum, negamus ly, animal rationale, esse definitionem, quid nominis, sed est quid rei, licet per accidens explicet significationẽ nominis. Et ad secundũ, negamus ly, corpus habens albedinem, esse definitionem quid rei: quia nullam naturam corporis nec albedinis explicat. Sed si diceres, album est corpus habens colorem disgregatiuum visus, esset definitio quid rei. Nam termini connotatiui possunt definiri definitione quid rei in concreto, sicut in abstracto: eo modo quo accidens habet quidditatẽ. Sicut enim simitas est nasi curuitas, ita simus, habens nasum curuum, quæ sunt definitiones quid rei: sed si diceres, simus est habens simitatem, illa est definitio quid nominis: quia nihil explicat de natura simitatis. At verò orationes illæ quæ exponunt etymologias nominum: vt si dicas, lapis est lędens pedem, homo est animal ex humo conditum: tametsi possint dici definitiones quid nominis, habent tamẽ nomen proprium, vt dicantur etymologiæ, quod est veriloquium, vel Cicero trãsfert notatio, quòd rem notã faciat. Nec interpretationes vnius linguæ per aliam, dicuntur definitiones: vt si dicas, philosophus est amator sapientiæ sed sunt interpretationes. Rursus notandum quòd definitiones terminorum non habentium reale significatũ, vt vacui, chimeræ, &c. etiam suo modo dicuntur quid rei, imaginariè. Atq; adeo syncategoremata possunt definiri definitione quid nominis, explicante significationem. Vt si dicas, cras, id est, die sequenti: olim, id est, tempore antiquo.

Definitio quid rei, & quid nois.

Etymologia.

*Postremò tamen notanda sunt pro*pria interrogatiua singularũ definitionum. No.6.
Quæ definitio est hęc? quærit sitne quid nominis, an quid rei: quidditatiua, an discretiua Qualis est, quęrit sitne bona an mala. Nam definitio, quia non est propositio, nec est vera nec falsa. Item etiam sunt interrogatiua circa rem ipsam definitam. v.g. Quę est significatio huius nominis, quærit definitionem quid nominis, Quid est hoc, quęrit definitionem quidditatiuam essẽtialem. Quale: definitionem discretiuam. A quo, definitionem per causam efficientem. Ex quo, per causam materialem. Per quid, quęrit causam formalem. Propter quid, causam finalẽ: Vt si quæratur, quid est homo? animal rationale. Qualis? animal politicum. A quo? à Deo. Ex quo? ex materia. Per quid? per animam rationalẽ. Propter quid? propter beatitudinem, qui est Deus in sæcula benedictus. No.11

Lectio secunda.

*Diuisio est oratio rẽ per suas par*tes: aut terminum per suas significationes distribuens. Vbi quemadmodum de definitione diximus, duplex diuisio insinuatur: scilicet rei, & significationis multiplicis nominis. Enimuerò, sicut ex cumulo tritici & hordei separamus

separamus hordeũ seorsum & triticũ, vt eius confusio fiat manifesta. Sic animal secatur in rationale & irrationale, vt quod est cõmune explicetur per partes. Sed diuisio nominis, non est nisi quãdo est æquiuocum. Tunc enim distinguuntur plures significationes, vt animalium aliud viuũ aliud pictum. Vbi non diuiditur vnum genus animalium, sed multiplex significatio nominis. Et vocamus diuisionem quãdoq; totam orationem compositam ex diuiso, & membris diuidentibus: quandoq; solùm disiunctum mẽbrorum diuidentium, vt quando statim dixerimus diuisionem conuerti cum diuiso.

No.2. *Cuius bonæ diuisioni rei, perindeq; definitioni,* tres insunt conditiones. Prima, singula membra sunt inferiora diuiso. Secunda. Omnia simul sumpta adæquatè exhauriunt totam confusionem diuisi: instar diuisionis continui, vbi singulæ partes sunt minores & omnes simul adæquant totum. Tertia. Membra diuidentia sunt inter se opposita suis rationibus formalibus, aliâs non explicarent confusionem diuisi. Tres istæ cõditiones manifestantur in hac diuisione, animalium aliud rationale, aliud irrationale. Dixerim: opposita formaliter, quia realiter possent idem conuenire: vt hîc, Bonorum aliud honestum, aliud vtile, & aliud delectabile. Nullum enim est honestum, quod non sit delectabile, sed honestũ dicitur, quia per se est expetibile, & delectabile, quia voluptate nos afficit. At verò: vt inquit Boëtius, non est bona diuisio, animalium aliud rationale, & aliud bipes, licèt ratio bipedis non includat rationale: exigitur enim vt neutrum includat alterum, & tamen rationale, includit bipes. Solet à neotericis superaddi quarta cõditio, vt videlicet diuisio sit bimembris; vel saltẽ reducibilis ad duo mẽbra. Sed quanquã omnis diuisio sit reducibilis ad duo mẽbra, vt puta per terminos contradictorios, hoc tamẽ nullam explicat bonitatem diuisionis. Imo perspicacior est diuisio bonorum, in bonum, honestum, vtile, & delectabile, quàm si dicas, bonorum aliud honestum, aliud non honestũ. Vnde quãdo genus habet multas species, ex æquo sibi proximas, significatiùs diuiditur per omnes illas immediatè, vt animalium aliud ratiõale, aliud hinnibile, aliud rudibile; sed quia non possumus illas omnes numerare diuidimus per ly, rationale & irrationale. Sed quando species nõ sunt æquè proximæ: tunc est seruãda regula, vt fiat diuisio per mẽbra quàm paucissima: Vt non diuiditur substantia in hominẽ, angelũ, & lapidem, sed in substãtiam corpoream, & spiritualem: & corpus, in cœlũ elementũ, & mixtum: & elementũ in ignẽ, aerẽ, aquã, & terrã: & mixtũ in sensibile & in insensibile &c. At quando diuiditur multiplex significatio nominis, non est necesse quod membra diuidẽtia sint inferiora: vt si dicas, animalium aliud verum aliud pictum: vel canum alius latrabilis, alius marinus: sed sunt quodã modo inferiora secundum vocem: licèt in mente non sit vnicus cõceptus genericus communis illis membris. Et nõ solùm termini simplices: sed oratio potest hoc modo diuidi, vt hæc amphibologia, Aio Troianos Romanos vincere posse: explicamur, quia aut significat quod Troiani possunt vincere Romanos, aut è diuerso.

Conditiones bonæ diuisionis

Multiplex etiam est species diuisionis. Iam habemus quòd est alia diuisio rei, & alia nominis. Sed diuisio rei alia est generis per suas species, vt animalium aliud homo, aliud equus: & hæc fit per membra quidditatiuè inferiora ad diuisum. Alia est generis per suas differentias: & hæc est propriissima diuisio: vt animalium aliud rationale, aliud irrationale, quanq; ly irrationale, non accipitur propriè tanq; differentia, tum quia differentia non est quid priuatiuum, vt exprimitur per hoc nomen, tum quia nulla est, vt credo, differentia cõmunis omnibus & solis brutis, sed accipitur loco vnius differentiæ contrariæ ad rationale. Sed de hoc in prędicabilib⁹. Tertiam diuisionem adiiciunt accidentalem, quæ tripliciter fit. Primo quando diuiditur subiectum in sua accidentia, vt animalium aliud album, aliud nigrum, aliud medium. Secundò quando diuiditur accidens in sua subiecta, vt alborũ aliud nix, aliud lac, aliud papyrus &c. Et tertiò quando diuiditur vnum accidens per alia accidentia ei impertinentia, vt alborum aliud dulce aliud amarum: & dulcium aliud album, aliud flauum, aliud nigrũ: in quibus diuisionibus membra non sunt essentialiter inferiora ad diuisum, sed accidentaliter. Sed tamen istæ non sunt diuisiones, nisi abusiuè, quia res nõ diuiditur nisi per ea, quę sibi per se conueniunt.

Diuisio multiplex

Argu.1. *Contra conditiones bonæ diuisionis* arguitur. Hæc est bona diuisio, corporum aliud sensibile, aliud insensibile: & tamen nec secundum membrum est inferius ad diuisum nec subinde totum disiunctum conuertitur

D cum

cum diuiso: nam angelus est insensibilis, qui tamen non est corpus: ergo conditiones illæ non sunt necessariæ. Ad hoc argumentum negatur minor. Est enim hic obseruanda regula, quòd vtrumque membrorum diuidentium debet includere diuisum. Et ideo secundum membrum est corpus insensibile quod non conuenit angelo.

Secundò arguitur contra tertiam

Argu.2. conditionem. Hæc est bona diuisio, actionũ alia bona: alia mala, & alia indifferens (nam sunt qui putant aliquam esse indifferentem) & tamen membra diuidentia non sunt opposita: nam cœnare in die vetito est bonum appetitus, & malum rationis. Negatur minor: Nam bonum, & malum dicuntur respectiuè, & ideò vt diuidant actionem, debent accipi respectu eiusdem, vt dicas, alia bona, id est, conformis rationi: & alia mala, id est difformis rationi: quæ duo membra nulli simul cõueniunt.

Ex secunda conditione bonæ diui-

No.4. sionis sequuntur aliquot loci arguẽdi, secundũ Petrum Hispanum capi. de diuisionibus.

Loci arguendi. Primus à conuertibilibus, à diuiso ad diuisionem, & è conuerso, affirmatiuè, & negatiuè, vt hoc est animal: ergo rationale vel irrationale, & è conuerso, & pariter negatiuè.

Secundus. A toto diuiso cum negatione vnius membri, si diuisio est bimembris, ad positionem alterius, vel (si diuisio fuerit trimembris) cum negatione duorũ ad positionem tertij, & sic in reliquis: vt si equus est animal, & non est rationalis, est irrationalis: & si medicina est bona, & non est honesta nec delectabilis, est vtilis. Tertius locus sequitur ex tertia conditione, vbi membra opponuntur realiter à positione vnius membri ad negationem alterius, vt si homo est rationalis, non est irrationalis. Intelliguntur regulæ naturaliter contra importunitatem eorum, qui ponunt idem in duobus locis, in quorum vno sit album, & in alio nigrum: non enim tũc sequitur, hoc est album ergo non est nigrũ. Sed de huiusmodi quisquiliis satis.

Lectio tertia.

No.1. *De argumentatione meminit Petrus* Hispanus tractatu de locis, dicens, Argumentum est ratio rei dubiæ faciens fidem. De argumẽtatiõe. Vbi notant differentiam summulistæ inter hæc tria nomina, medium, argumentum, & argumentatio. Vt medium sit quodcunque antecedens, quod adducitur ad probandum conclusionem, siue probet, siue non: argumentum verò, illud solum antecedens quod re vera probat conclusionem: & argumentatio sit tota oratio composita ex argumento, vel medio & conclusione. At rhetores argumenta vocant quæcunque media, quæ adducuntur in confirmationem conclusionis. Iam verò non tam anxiè distinguit vsus Dialecticorum, inter hæc nomina, sed promiscuè vocant totam argumentationem argumentum, & medium, & consequentiam. Igitur argumentatio est oratio in qua vno dato, alterum consequitur. Vbi ponitur, oratio loco generis. Et quanquam propositio sit genus proximum, est enim omnis argumentatio propositio: tamen vt omnes species modi sciendi definirentur sub eodem genere orationis, posuimus illud genus. Nam & Petrus Hispanus, Syllogismus, inquit, est oratio in qua quibusdam positis, & cætera. Et reliquimus illam definitionem terminístarum, argumentatio est oratio in qua vnum denotatur sequi ex altero, vt præcideremus mille argutias pullulantes ex illo verbo amphibologico, denotatur: & illam rursus, argumentatio est aggregatum ex antecedente, & consequente & nota illationis: quia illa solùm continet partes materiales. Sicut si diceres, domus constat ex lapidibus, & lignis, vbi non exprimitur forma domus.

Sed non diximus, in qua ex vno sequitur alterum, nè solam bonam consequentiam definiremus: sed, in qua vno dato, id est, si vnum concedatur, benè vel malè alterum consequitur. Et sic comprehendimus generaliter etiam malas consequentias, sub forma, qua Petrus Hispanus definiuit syllogismum. Vno dato, id est, dato toto antecedente, quod quandoque habet vnam partẽ, quandoque duas.

Vnde omnis argumentatio constat

ex tribus membris: antecedente, & consequente, & nota illationis. Antecedens est oratio ex qua altera sequitur. Et quandoque est propositio categorica, vt, si homo est, animal est. Et quandoque hypothetica, vt, si Petrus disputat, & Petrus est homo, homo No.2. Antecedẽs & consequens.

homo disputat: quãdoq; nõ est propositio, sed oratio subiunctiui, quæ dicitur complexum propositionale. Consequens, est oratio, quæ sequitur ex alia. Nota illationis, est coniunctio antecedentis, & consequentis, denotans illationem.

No.3.

Argumentum multiplex.

Quo fit vt iuxta numerum notarum illationis triplex sit argumentatio. Conditionalis, in qua illatio denotatur fieri per ly, si, vt si homo est, animal est. Rationalis, in qua illatio denotatur fieri per ly ergo, vt homo est, ergo animal est. Causalis, in qua illatio denotatur fieri per ly, quia: vt quia homo est animal rationale, homo est risibilis. Atqui cùm omnis argumentatio sit propositio hypothetica: fit vt omnis sit vera, vel falsa propositio: licèt non dicatur vera, vel falsa consequentia: sed bona vel mala. Igitur ad veritatem propositionis conditionalis, sufficit esse bonam consequentiam. Ad veritatem rationalis, requiritur vltra hoc quòd antecedens, & cõsequens sint vera. Et ad veritatem causalis, quòd supra hæc, antecedens sit causa consequentis. Vt hæc conditionalis est vera, si homo volat, homo habet alas: tamen esset falsa rationalis. Et hæc est vera, homo est risibilis: ergo est animal rationale, sed esset falsa causalis: conuertens tamen est vera causalis, quia homo est animal rationale, homo est risibilis. Rursus notandum quòd in conditionali, & causali illa oratio est antecedens, quæ est proxima notæ illationis: alia verò siue præcedat siue sequatur, est consequens: vt siue dicas, Si Petrus disputat Petrus loquitur: siue, Petrus loquitur si Petrus disputat: ly Petrus disputat est antecedens, & eodem modo in causali. Sed in rationali, propositio quæ antecedit notam illationis est antecedens, & quæ sequitur est consequens.

No. 4.

Argumentum multiplex.

*Et sunt quatuor species argumen*tationis, quas notat Petrus Hispanus tracta. de locis, scilicet, syllogismus, inductio, enthymêma, exemplum. De quibus videndum est in sequentibus. Terministæ vocant consequentiam categoricam, quando antecedens habet vnicam solummodò partem: & hypotheticam, quando habet plures: & si sit forma syllogistica, prima vocatur maior & secunda minor, vt omnis homo est animal, Petrus est homo: ergo Petrus est animal. Atque adeò adnotabunt terministæ for-

Forma respondendi.

mam respondendi. Proposita quauis consequentia, tota semel resumatur, vt inter respondentem conueniat, & arguentem. Et iterum resumpta maiore, si fuerit neganda, negetur sine resumptione minoris, & ibi cessabit responsio. Si verò maior fuerit vera aut distinguenda, concedatur aut distinguatur. Et si fuerit impertinens, dicatur, transeat: Et resumpta minori fiat sicut diximus de maiori. Et si negatur ibi cessat responsio: sine resumptione conclusionis. Quòd si totum antecedens fuerit verum, resumatur consequens, nunquam tamen cõcedatur, vel negetur consequens, sed consequentia. Si tamen consequens est distinguendum distinguatur: Itaque antecedens conceditur, distinguitur, vel negatur: consequens nec conceditur, nec negatur, quia cum conceditur antecedens & consequentia, iam censetur cõsequẽs concessum: potest tamẽ distingui. Consequẽtia verò non distinguitur, sed conceditur vel negatur.

No.5.

Consequẽtia bona & mala

Distinguitur rursus consequentia in bonam, & malam. Consequentia bona est, cuius antecedens infert consequens, id est, cuius antecedens non potest esse verum, quin virtute illius, consequens sit verum, vt si homo est, animal est. Addiderim, virtute illius, quia consequentias, quas dicunt tenere per modum extrinsecum: vt si homo volat, homo dormit, re vera nullo modo censeo bonas consequentias, nec in illis antecedens infert consequens. Consequentia mala est, cuius antecedens non infert consequens. id est, quod quantum est ex virtute illationis: non repugnat antecedens esse verum sine consequente, vt si animal est, homo est: si homo non est animal, Deus est bonus: & mala est duplex, apparens, quæ dicitur rhetorica, vt si Petrus disputaret, Petrus esset doctus: & non apparens. quæ ad nullam scientiam est vtilis, vt si Petrus disputaret, esset pulcher. Non placet multis, consequentiam malam vocare absolutè consequentiam. At, cùm huiusmodi disputatio de nomine sit, consentiendum est cum communi modo loquendi. Solemus enim, cùm respondemus ad malam consequentiam, negare consequentiam. Vbi non negamus esse consequentiam, sed esse bonam consequentiam. Item, cùm nota illationis teneatur illic significatiuè: videtur constituere consequentiam. Vocentur igitur consequentiæ, tam malæ consequentiæ quàm bonæ. Regulæ conse-

Regula cõsequẽtiarũ

consequentiarum sunt sex. Prima, si consequentia est bona, & antecedens est verum, consequens est verum. Ex qua sequitur secunda. Si consequentia est bona & consequens est falsum, antecedens est falsum: & quando antecedens habet duas partes, si consequens est falsum, & altera pars antecedentis vera, altera est falsa. Tertia. Si consequentia est bona, & antecedens est possibile, consequens est possibile. Ex qua sequitur quarta. Si consequentia est bona & consequens est impossibile, antecedens est impossibile. Quinto. Si consequentia est bona & antecedens est necessarium: consequẽs est necessarium. Ex qua sequitur sexta. Si consequentia est bona, & consequens est cõtingens, antecedens non est necessarium. Quæ omnes regulæ in sequentibus commonstrabuntur.

No.6. Exempli positio.

Addunt nonnulli quartam speciem modi sciendi, id est, manifestandi aliquod ignotum, quæ dicitur exempli positio: vt quando superiùs definientes aliquem terminum, subiungimus exemplum, hoc modo, nomen est vox significatiua &c. vt homo: Nam per illam orationem etiam manifestatur illud, quod est ignotum. Sed non opus est tot species multiplicare: nam eadem ratione, authoritas esset modus sciendi. Reducuntur ergo isti modi sciendi ad speciem argumentationis, licèt non sint propriæ argumentationes: sunt tamen quædam media ad confirmandum, vel ad declarandum aliquam propositionem. Sed de argumentatione in quarto libro latiùs dicemus.

Caput quintum.

PRopositio, est oratio verũ vel falsum significans indicando, vt homo est animal.

No.5.

Lectio vnica.

Proposi-tio proble ma enun-tiatio.

Post notitiam partiũ ac generis propositionis, tandem videndum est, quid sit propositio, quod est subiectũ, circa quod versatur hic secundus liber. Propositio apud rhetores, est pars illa orationis, quæ summatim ostendit orator, quid est quod vult probare: & apud Dialecticos vno modo accipitur pro illo quod Græci dicunt problêma: quod est quæstio habens aliquid disputatione soluendum. Sed Aristoteles primo Priorum propositiones vocat præmissas quę adducuntur ad probandum conclusionem, & sic propositio videtur differre à conclusione sicut causa, & effectus. Vsu tamen receptum est, vt propositio dicatur illud, quod vocat hic Aristoteles enuntiationem, quæ est oratio, qua exprimitur iudicium intellectus, in quo est verum vel falsum. Etenim quemadmodum oratio optatiui exprimit desideriũ, & oratio imperatiui voluntatem, vt seruus aliquid faciat, ita oratio indicatiui explicat iudicium seu assensum verũ vel falsum. Et propterea dicitur enuntiatiua, id est, demonstratiua. Est ergo propositio, oratio verum vel falsum significans indicando. Et quidem oratio vocalis propterea dicitur significare verum vel falsum, quia est signum iudicij vel assensus veri vel falsi. Sed tamen vt significare verè vel falsè est commune mentali & vocali definitur in ordine ad obiectum. Vndè significare verum est significare rem esse qualiter res se habet, vt homo est animal, homo non est lapis. Et significare falsum est significare rem esse aliter quam res se habet: Vt homo est lapis, homo non est animal. Significare vere vel falsè.

Haud dubito sexcentas argutias obiiciendas fore contra has definitiones. Primò hæc propositio negatiua, homo non est lapis, non significat rem esse qualiter res se habet, Sed rem non esse qualiter non se habet. Secũdò quia hæc propositio, Adam fuit, nõ significat rem esse sed fuisse. Et illa, homo potest esse beatus, non significat esse, sed posse. Et hęc, Petrus scribit, non significat rem esse sed rem scribere. Propter has argutias solent explicare significare verè vel falsè, per decem, & eo plures particulas, vt putà significare vere, est significare ita esse, sicut est: vel ita non esse sicut non est, vel ita fore &c: Quæ adhuc non sufficiunt soluere omnia huiusmodi argumenta. Et tamen per illa verba, quæ breuissima nos diximus omnia diluuntur: Nam quando dicimus, quòd significare verum, est significare rem esse qualiter res se habet: non intelligimus quòd sit solùm significare affirmatiuè, aut de præsenti: Sed quod sit significare talem modum habendæ rei, qualis est in re. Et cùm dico, homo non est lapis, certè significo talem modum habendi, qualiter res se habet. Nam ita res se habet quòd homo non est lapis. Et qui me audiret,

ret,non responderet, ita non est vt dicis non esse,sed responderet,ita e st vt dicis. Et quando dico Adam fuit,significo esse rei,quale est in re,puta quòd Adam fuit. Et audiens responderet,ita res habet vt tu dicis habere. Et Aristote.in prædic. cap. de substantia solùm dixit,ab eo quod res est vel non est propositio dicitur vera vel falsa,vbi primum membrũ posuit pro veris cuiuscunq; qualitatis,& temporis,& secundum pro falsis. Ex quo sequitur quod ly verum vel falsum in hac definitione possunt esse nomina,non quæ significant rem veram,aut rem falsam.Sicut hæc nomina aurum verum aurum falsum, sed quæ significant esse rei, quod est verum vel falsum.Attamen ad tollendam hanc amphibologiam, explicamus illa nomina aduerbialiter,vt significare verum vel falsum,sit significare verè vel falsè.

No.2. Indicãdo. *Ad dubium restat,vtrum sit necessarium* addere in definitione,indicando, id est, per verbum indicatiui: nam si orationes aliorum modorum significant verè vel falsè, tunc quærenda est ratio, quare excludantur à ratione propositionis. Et si sola oratio indicatiui significat verè vel falsè, tunc per hoc excluduntur orationes aliorum modorũ, ac subinde non est necessarium addere,indicando. Respondetur, quòd absq; dubio sola oratio indicatiui significat verè vel falsè. Vbi aduertendum est,quòd sicut omnes casus eiusdem nominis censentur idem nomẽ, quia idem,& eodem modo significant,præter modum significandi grammaticalem, vt petrus, Petri,Petro:ita omnes casus eiusdem verbi significant idem, vt disputo, disputares, disputassent.Quo fit,has propositiones,Petrus disputat, Petrus disputaret. Petre disputa, idem significare,scilicet, Petrum disputare, postquàm partes idem significant: & nihilominus sola prima, propter modum significandi indicatiui significat verè vel falsè. Hoc probatur primò ex Aristote. Nam orationes aliorum modorum solùm per hoc excludun tur à ratione enuntiationis. quia non significant verè vel falsè. Et deinde probatur ratione.Nam significare verè vel falsè, est aliquid asserere,est enim exprimere iudicium vel assensum,& similem generare in mente audientis.Et clarum est cum ego dico, Petre disputa, aut vtinam essem doctus, nullus assentitur vel dissentitur,tanquàm verum vel falsum dicenti:nec aliquis responderet, quòd verum dico,nec mentior, sed solùm exprimo affectus voluntatis,nempe quod volo aut desidero illud fieri.Cùm autem assero quòd Petrus disputat, vel disputauit, vel disputabit, tunc assero verum vel falsum,& audiens aut assentitur vel dissentitur,vel dubitat, si est dubia propositio.Et ideo Aristot.nõ addidit,in dicãdo,in definitiõe enũtiationis, sed solũ quod sit oratio quæ significat,verè vel falsè.Sed Petrus Hispa.addidit ad maiorem declarationẽ non ad excludendũ orationes aliorũ modorum:quasi quod aliæ significent verè, vel falsè,sed ad explicandum quid est significare verè vel falsè:nam est significare rẽ esse per modũ indicatiui.Sed est argumẽtũ quòd oratio optatiui, vt Petrus disputaret, vel infinitiui, vt Petrum disputare, significet verè vel falsè: nam significat rem esse qualiter est, aut aliter quàm est,postquam significat idẽ quod Petrus disputat. Respondetur quòd non significat eodem modo. Nam significare verè est significare rem esse qualiter est in re asserendo,& hoc vocauit Aristote. enuntiando, & hîc Petrus Hisp anus indicando.

Sed restat dubium de propositioni bus hypotheticis,& maximè de ista,si Petrus disputaret, esset doctus, quæ significat verè vel falsè, & tamen non significat indicando. Dupliciter respondetur. Vel quòd Petrus Hispan.loquebatur de categorica, per quam debet regulari hypothetica, vel melius quòd accipit indicando,generaliter,id est, asserendo,vt includeret hypotheticas. No.3.

No.4.

*Multæ sunt differentiæ proposi*tionis.Primum vt insinuatur in definitione, alia est propositio vera,id est, quæ significat rem esse qualiter est in re:alia falsa, quæ significat rem esse aliter quàm est.Et pari proportione, propositio possibilis est propositio significans rem esse qualiter in re potest esse,vt homo videbit Deum. Et impossibilis significans rem qualiter in re non potest esse, vt homo est lapis, Et necessaria,quæ significat rem esse qualiter est necesse vt sit, vt deus est.Et propositio contingens, est propositio significãs rem esse qualiter potest esse & potest non esse,vt Petrus erit doctus. Et eodem modo loquendũ est in modalibus, vt Petrus possibiliter est doctus, Petrus necessariò est animal, significant etiam rem esse qualiter est possibile esse,vel qualiter necesse est esse. Propositio multiplex.

In singulis harum definitionum adiiciunt sophistæ illam particulam,non se falsificans, aut non se impossibilitãs,aut non destruens

suam necessitatem, vel suam contingentiam sed hæc potius est subintelligenda in definitione quàm explicanda, nè definitiones barbaræ tradantur.

No.5. *Dubium est hic vtrum vna propositio sit magis vera quã alia.* Et videtur quòd non. Nam veritas videtur consistere in indiuisibili, si res ita se habet est vera: sin autẽ falsa. Omnes ita censent quod verum necessarium, possibile &c. non recipiunt magis & minùs ita vt nihil sit verius quàm aliud, nec magis necessarium. Nihilominus oppositum est valde probabile. Nam quãquam veritas consistat in indiuisibili ad hũc sensum quòd nõ sit dare medium inter verum & falsum, nihilominus illud potest dici verius quod habet plures causas veritatis. Et illud habet plures causas veritatis quod habet plures causas entitatis, puta quod est perfectius: Et sic verius est Deum esse trinũ, quàm me loqui. Et hoc confirmatur ex modo loquendi: Nam dicimus hoc esse verum, aliud verius, aliud verissimum, & Deum vocamus summam veritatem. Et ad extollendam aliquam veritatem dicimus hoc esse verum, sicut Deum esse est verum. Et eadem ratione, Deum esse est magis necessarium quàm hominem esse animal, quia illud est causa huius. Et in hoc sensu intellexit (credo) Aristot. illud. 1. Poste. Propter quod vnunquodq; tale, & illud magis. Id est, si conclusio est vera propter præmissas, præmissæ sunt magis veræ.

Vna propõ an sit magis vera quàm alia.

Vnde propositio se falsificans est illa, quæ ex hoc quòd ita sit sicut per illam significatur, vel adiuncto alio quod est verum, sequitur illam esse falsam, vt si dicas hæc propositio est falsa, quæ se demonstrat. Sequitur enim, hæc est vera: ergo ita est in re sicut significat, & significat se esse falsam: ergo est falsa. Et ideo illa propositio, quãquam significet ita esse vt est in re: est nihilominus falsa. Et pari modo propositio se impossibilitans, est quando ad esse possibilem, sequitur esse impossibilem. Et propositio destruens suam necessitatem est quando ad esse necessariam sequitur non esse necessariam. Et destruens suam contingentiam est quando ad esse contingentem, sequitur non esse contingentem, vt hæc est impossibilis, hæc nõ est necessaria, hæc non est contingens. Quanquam hæc vltima non solùm non est contingens, quia destruit suam contingentiam, sed quia non est contingens, vt ita sit sicut significat, nõ enim significat sicut potest esse, & potest non esse, imò est necesse vt ita sit quod non sit contingẽs, & in hoc differt à præcedentibus. Nam in illa hæc est falsa, ita est sicut per illam significatur & est falsa solùm, quia se falsificat. Et in illa, hæc non est necessaria, necesse est ita esse sicut significat, & nihilominus nõ est necessaria: ex hoc enim quòd non est necessaria, sequitur quòd necessariò ita sit sicut illa significat, nam significat quòd non sit necessaria. Sed de his in insolubilibus.

No.6. Propositio falsificans & se impossibilitans &c.

Contra definitionem propositionis arguitur primò. Definitio non debet constitui per opposita, quia opposita non possunt eidem conuenire: ergo definitio non est bona, vbi dicitur significans verum vel falsum, distinguitur antecedens. Per opposita copulatim quæ denotantur simul conuenire, conceditur. Sed tamen per opposita disiunctim benelicèt, & copulatim pro diuersis temporibus, vt accidens: inquit Porphyrius est quod potest adesse & abesse: & liberũ arbitrium est, quod positis requisitis potest agere, & potest non agere. Argu. 1.

Secundò arguitur, propositio nec significat aliquid nec aliqua nec aliqualiter significatione totali: ergo non significat verè vel falsè. Primæ duæ particulæ sunt notæ quia propositio nõ est categorêma. Et quòd non significet solùm aliqualiter probatur: Nam, Petrus est albus, significat Petrum esse album, vbi exprimitur, quod significat Petrum & significat album. Ad hoc omnes respondent, quòd propositio significat non aliquid illorum membrorum, sed aliqua aliqualiter, vnica significatione. Arguitur tamen quòd simpliciter significet aliquid. Petrus est albus significat Petrum esse album, & Petrum esse album, est aliquid: ergo significat aliquid. Negant istam consequentiam, dicentes quòd medium accipitur æquiuocè, in maiore syncategorematicè, & in minori categorematicè: nam sensus maioris est, quòd illa oratio significat de Petro quod est albus, & hoc non est significare aliquam rem: & in minori est sensus, quòd Petrum esse album, est aliqua res. Nescio tamen quare timent concedere quod propositio significat aliquid: nam certè, significare Petrum esse album, est significare aliquid à parte rei. Quod est verum vel falsum: nec video defectum, quem isti assignant illi consequẽtię. Et Argu. 2. Propõ. q̃d significat.

ita

ita concedo quòd significat aliquid vt puta Petrum esse album quicquid sit illud: siue sit Petrus siue non, hoc est alterius disputationis. Nec inde sequitur, quòd sit categorema, Nam categorema, idem est quod prædicatũ, sed si categorema valeat tantũ sicut per se significatiuũ, dico ꝙ ꝓpositio nõ est categorema: sed est oratio categorica, significat enim aliquid, non tanq̃ terminus: sed tanq̃ propõ.

Regu. 3. *Tertiò arguitur. Hæc propositio* canis est substantia, significat verè, vel falsè: & tamen non est propositio, quia non subordinatur vni propositioni sed pluribus: ergo definitio nõ est bona. Hic digladiantur summulistæ an propositio plures sit propositio. Vocatur propositio plures illa cuius aliquis terminus est æquiuocus. Et de re nulla est cõtrouersia. Nã clarũ est, ꝓpositionẽ æquiuocã in voce esse vnã orõnẽ & in mẽte subordinari pluribus seorsum, Nec est dubiũ quin talis propositio secundũ quamlibet significationẽ per se sit propositio. Vt canis est substãtia: secũdũ quod significat canẽ latrabilẽ esse substantiã, est propositio. Quæstio ergo solũ est de nomine, an secundùm quod subordinatur pluribus, sit dicenda propositio an propositiones. Et meliùs est dicere ꝙ absolutè non est propositio sed secundùm quid, propositio plures. Dicit enim Aristot. 1. Elench. eandem esse rationẽ propositionis & vnius propositionis. Et. 1. Periher. idem dicit Boëtius. Et ratio est, quia propositio sortitur suã formam à significatione. Cùm ergo significat æquiuocè mediantibus pluribus mentalibus, sequitur quòd sit propositio plures. Vnde ad argumentum dato antecedente, negatur consequentia. Nam deficit genus definiti, puta quòd non est oratio sed orationes, quanq̃ possumus dicere ad maiorem quòd non significat illa oratio verè vel falsè in singulari, sed in plurali, scilicet, vnum verè vel falsè, & aliud verè vel falsè.

Propositio æquiuoca, ã sit ꝓpositio.

Argu. 4. *Quartò arguitur, omnis pars propositionis* quæ per se sumpta esset propositio, significat verè vel falsè: & tamẽ quãdo est pars nõ est ꝓpositio, vt ly, homo est animal, in hac, homo est animal, est propositio: ergo definitio non est bona. Hic quæritur an propositionis pars, quæ per se sumpta esset propositio, sit propositio. Et quòd vna propositio sit pars alterius potest contingere tripliciter. Vno modo quãdo categorica est pars hypotheticæ. Et hanc manifestũ est esse ꝓpositionem, quia nõ perdit significationẽ. Secundo modo quando categorica includit totalia extrema vel partes principales alterius categoricæ. Vt ly homo est animal, in his propositionibus, omnis homo est animal, homo est animal rationale, & etiam notum est quòd illic est propositio, quia retinet suam significationem. Tertio modo quando propositio est totale extremum vt hic homo est animal, est propositio. Et de ista est disputatio, an sit illic propositio. Et credo esse propositionem quanquam teneatur materialiter. Nam hæc oratio, homo est animal, est propositio, certè est vera: ergo ita est, quòd subiectum est propositio postquam prædicatum verificatur de illo. Sed arguitur contra hoc ly, homo est animal, tenetur illic materialiter: ergo ly, est, tenetur materialiter, & ideo non vnit extrema. Respondetur, solùm probare argumentum ly, est, secundùm significationem qua ibi tenetur non vnire extrema, nihilominus verè vnit, quia licèt teneatur materialiter, non perdit suam significationem. Sicut ly homo, in hac, homo est nomen, non perdit suam significationem: licèt teneatur materialiter. Sed replicatur secundò. Sequeretur Psalmistam falsum protulisse illic, dixit insipiens in corde suo non est Deus: nam ly, non est Deus, est illic propositio. Concedimus quòd falsum protulit, sed non est falsum asseruit, qui non asseruit nisi quòd insipiens illud dixit.

Propositionis ps, an sit propositio.

*Quintò arguitur: Istæ vniuersa*les, omnis propositio est particularis: Nulla propositio est negatiua, se falsificant, quia nõ possunt esse veræ quin sequaẽ eas esse falsas. Nam si sunt, iã sunt falsæ, & tamen ex ita esse nõ sequiẽ illas esse falsas: ergo definitio propropositionis se falsificantis nõ est bona. Ad hoc argumentũ negatur maior, imò nõ se falsificant, licèt ex hoc quod sint veræ, sequatur vt sint falsæ. Non enim hoc sufficit vt si falsificent. Sed requiritur, quod ex ita esse, sequatur esse falsas. v. g. si hæc oratio, omnis propositio est particularis, est vera, iam illa est, & ideo nõ omnis est particularis, quare ex hoc ꝙ sit vera sequitur esse falsam, sed tamen potest esse ita sicut per illam modò significatur & quod ex hoc non sequatur esse falsam vt puta si illa non esset. Et esset in mundo solum hæc. aliquis homo est animal. Et idem dicendum de illa, nulla est negatiua. Propositio ergo se falsificans est, quãdo ex ita esse sicut per illam significatur, sequitur illius falsitas.

suam necessitatem, vel suam contingentiam sed hæc potius est subintelligenda in definitione quàm explicanda, nè definitiones barbaræ tradantur.

No.5.

Vna propõ an sit magis vera quàm alia.

*Dubium est hic vtrum vna propo*sitio sit magis vera quã alia. Et videtur quòd non. Nam veritas videtur consistere in indiuisibili, si res ita se habet est vera: sin autẽ falsa. Omnes ita censent quod verum necessarium, possibile &c. non recipiunt magis & minùs ita vt nihil sit verius quàm aliud, nec magis necessarium. Nihilominus oppositum est valde probabile. Nam quãquam veritas consistat in indiuisibili ad hũc sensum quòd nõ sit dare medium inter verum & falsum, nihilominus illud potest dici verius quod habet plures causas veritatis. Et illud habet plures causas veritatis quod habet plures causas entitatis, puta quod est perfectius: Et sic verius est Deum esse trinũ, quàm me loqui. Et hoc confirmatur ex modo loquendi: Nam dicimus hoc esse verum, aliud verius, aliud verissimum, & Deum vocamus summam veritatem. Et ad extollendam aliquam veritatem dicimus hoc esse verum, sicut Deum esse est verum. Et eadem ratione, Deum esse est magis necessarium quàm hominem esse animal, quia illud est causa huius. Et in hoc sensu intellexit (credo) Aristot. illud. 1. Poste. Propter quod vnunquodq; tale, & illud magis. Id est, si conclusio est vera propter præmissas, præmissæ sunt magis veræ.

No.6. Propositio falsificans & se impossibilitans &c.

Vnde propositio se falsificans est illa, quæ ex hoc quòd ita sit sicut per illam significatur, vel adiuncto alio quod est verum, sequitur illam esse falsam, vt si dicas hæc propositio est falsa, quæ se demonstrat. Sequitur enim, hæc est vera: ergo ita est in re sicut significat, & significat se esse falsam: ergo est falsa. Et ideo illa propositio, quãquam significet ita esse vt est in re: est nihilominus falsa. Et pari modo propositio se impossibilitans, est quando ad esse possibilem, sequitur esse impossibilem. Et propositio destruens suam necessitatem est quando ad esse necessariam sequitur non esse necessariam. Et destruens suam contingentiam est quando ad esse contingentem, sequitur non esse contingentem, vt hæc est impossibilis, hæc nõ est necessaria, hæc non est contingens. Quanquam hæc vltima non solùm non est contingens, quia destruit suam contingentiam, sed quia non est contingens, vt ita sit sicut significat, nõ enim significat sicut potest esse, & potest non esse, imò est necesse vt ita sit quod non sit contingẽs, & in hoc differt à præcedentibus. Nam in illa hæc est falsa, ita est sicut per illam significatur & est falsa solùm, quia se falsificat. Et in illa, hæc non est necessaria, necesse est ita esse sicut significat, & nihilominus nõ est necessaria: ex hoc enim quòd non est necessaria, sequitur quòd necessariò ita sit sicut illa significat, nam significat quòd non sit necessaria. Sed de his in insolubilibus.

Argu.1.

*Contra definitionem propositio*nis arguitur primò. Definitio non debet constitui per opposita, quia opposita non possunt eidem conuenire: ergo definitio non est bona, vbi dicitur significans verum vel falsum, distinguitur antecedens. Per opposita copulatim quæ denotantur simul conuenire, conceditur. Sed tamen per opposita disiunctim bene licèt, & copulatim pro diuersis temporibus, vt accidens: inquit Porphyrius est quod potest adesse & abesse: & liberũ arbitrium est, quod positis requisitis potest agere, & potest non agere.

Argu.2.

Propõ. qd significat.

Secundò arguitur, propositio nec significat aliquid nec aliqua nec aliqualiter significatione totali: ergo non significat verè vel falsè. Primæ duæ particulæ sunt notæ quia propositio nõ est categorêma. Et quòd non significet solùm aliqualiter probatur: Nam, Petrus est albus, significat Petrum esse album, vbi exprimitur, quod significat Petrum & significat album. Ad hoc omnes respondent, quòd propositio significat non aliquid illorum membrorum, sed aliqua aliqualiter, vnica significatione. Arguitur tamen quòd simpliciter significet aliquid. Petrus est albus significat Petrum esse album, & Petrum esse album, est aliquid: ergo significat aliquid. Negant istam consequentiam, dicentes quòd medium accipitur æquiuocè, in maiore syncategorematicè, & in minori categorematicè: nam sensus maioris est, quòd illa oratio significat de Petro quod est albus, & hoc non est significare aliquam rem: & in minori est sensus, quòd Petrum esse album, est aliqua res. Nescio tamen quare timent concedere quod propositio significat aliquid: nam certè, significare Petrum esse album, est significare aliquid à parte rei. Quod est verum vel falsum: nec video defectum, quem isti assignant illi consequẽtię. Et

ita

ita concedo quòd significat aliquid vt puta Petrum esse album quicquid sit illud: siue sit Petrus siue non, hoc est alterius disputationis. Nec inde sequitur, quòd sit categorema, Nam categorema, idem est quod prædicatũ, sed si categorema valeat tantũ sicut per se significatiuũ, dico ꝙ ꝓpositio nõ est categorema: sed est oratio categorica, significat enim aliquid, non tanꝗ terminus: sed tanꝗ propõ.

Regu.3. *Tertiò arguitur. Hæc propositio* canis est substantia, significat verè, vel falsè: & tamen non est propositio, quia non subordinatur vni propositioni sed pluribus: ergo definitio nõ est bona. Hic digladiantur summulistæ an propositio plures sit propositio. Vocatur propositio plures illa cuius aliquis terminus est æquiuocus. Et de re nulla est cõtrouersia. Nã clarũ est, ꝓpositionẽ æquiuocã in voce esse vnã orõnẽ & in mẽte subordinari pluribus seorsum, Nec est dubiũ quin talis propositio secundũ quamlibet significationẽ per se sit propositio. Vt canis est substãtia: secũdũ quod significat canẽ latrabilẽ esse substantiã, est propositio. Quæstio ergo solũ est de nomine, an secundùm quod subordinatur pluribus, sit dicenda propositio an propositiones. Et meliùs est dicere ꝙ absolutè non est propositio sed secundùm quid, propositio plures. Dicit enim Aristot.1. Elench. eandem esse rationẽ propositionis & vnius propositionis. Et.1.Periher. idem dicit Boëtius. Et ratio est, quia propositio sortitur suã formam à significatione. Cùm ergo significat æquiuocè mediantibus pluribus mentalibus, sequitur quòd sit propositio plures. Vnde ad argumentum dato antecedente, negatur consequentia. Nam deficit genus definiti, puta quòd non est oratio sed orationes, quanꝗ possumus dicere ad maiorem quòd non significat illa oratio verè vel falsè in singulari, sed in plurali, scilicet, vnum verè vel falsè, & aliud verè vel falsè.

Propositio æquiuoca, ã sit ꝓpositio.

Argu.4. *Quartò arguitur, omnis pars propositionis* quæ per se sumpta esset propositio, significat verè vel falsè: & tamẽ quãdo est pars nõ est ꝓpositio, vt ly, homo est animal, in hac, homo est animal, est propositio: ergo definitio non est bona. Hic quæritur an propositionis pars, quæ per se sumpta esset propositio, sit propositio. Et quòd vna propositio sit pars alterius potest contingere tripliciter. Vno modo quãdo categorica est pars hypotheticæ. Et hanc manifestũ est esse ꝓpositionem, quia nõ perdit significationẽ. Secundo modo quando categorica includit totalia extrema vel partes principales alterius categoricæ. Vt ly homo est animal, in his propositionibus, omnis homo est animal, homo est animal rationale, & etiam notum est quòd illic est propositio, quia retinet suam significationem. Tertio modo quando propositio est totale extremum vt hic homo est animal, est propositio. Et de ista est disputatio, an sit illic propositio. Et credo esse propositionem quanquam teneatur materialiter. Nam hæc oratio, homo est animal, est propositio, certè est vera: ergo ita est, quòd subiectum est propositio postquam prædicatum verificatur de illo. Sed arguitur contra hoc ly, homo est animal, tenetur illic materialiter: ergo ly, est, tenetur materialiter, & ideo non vnit extrema. Respondetur, solùm probare argumentum ly, est, secundùm significationem qua ibi tenetur non vnire extrema, nihilominus verè vnit, quia licèt teneatur materialiter, non perdit suam significationem. Sicut ly homo, in hac, homo est nomen, non perdit suam significationem: licèt teneatur materialiter. Sed replicatur secundò. Sequeretur Psalmistam falsum protulisse illic, dixit insipiens in corde suo non est Deus: nam ly, non est Deus, est illic propositio. Concedimus quòd falsum protulit, sed non est falsum asseruit, qui non asseruit nisi quòd insipiens illud dixit.

Propositionis ps, an sit propositio.

*Quintò arguitur: Istæ vniuersa*les, omnis propositio est particularis: Nulla propositio est negatiua, se falsificant, quia nõ possunt esse veræ quin sequatᷣ eas esse falsas. Nam si sunt, iã sunt falsæ, & tamen ex ita esse nõ sequitᷣ illas esse falsas: ergo definitio propropositionis se falsificantis nõ est bona. Ad hoc argumentũ negatur maior, imò nõ se falsificant, licèt ex hoc quod sint veræ, sequatur vt sint falsæ. Non enim hoc sufficit vt si falsificent. Sed requiritur, quod ex ita esse, sequatur esse falsas. v.g. si hæc oratio, omnis propositio est particularis, est vera, iam illa est, & ideo nõ omnis est particularis, quare ex hoc ꝙ sit vera sequitur esse falsam, sed tamen potest esse ita sicut per illam modò significatur & quod ex hoc non sequatur esse falsam vt puta si illa non esset. Et esset in mundo solum hæc. aliquis homo est animal. Et idem dicendum de illa, nulla est negatiua. Propositio ergo se falsificans est, quãdo ex ita esse sicut per illam significatur, sequitur illius falsitas.

Argo6. *Vltimò arguitur. Tota propositio* vocalis nō subordinatur vni simplici qualitati, nec mētali compositæ ex pluribus notitiis ergo nullo modo significat. Probatur prima pars antecedentis, quia subiectū vocalis subordinatur vni notitiæ, & prædicatum alteri. Nam eo ordine concipio sicut audio: ergo tota non subordinatur simplici qualitati. Secūda pars probatur. Nā dato ꝙ subordinatꝰ cōpositæ, vix potest intelligi, quō differant subiectū & prædicatū in hac propositiōe: homo est homo. Hoc argumētū est metaphysicū, & quod in primo lib. Periher. solet tractari. Sed quia non est in animo illū librū interpretari, necessariū duximus, paucis exponere hāc cōtrouersiā dialecticorū. Opinio cōmunis est, propositionē in mente esse cōpositā perinde atq; in voce, quæ multis nititur argumentis. Primo Aristot. 3. de anima text. 21. ponit duas operationes intellectus simplicium intellectionem & cōpositionē intellectionū, in qua est verū vel falsum: & primo Periher. dicit, orationē esse cuius partes separatæ significant & nos annotauimus ꝙ cōplexio vocis debet considerari penes cōceptus. Secūda est ratio facta in argumēto. Nā queādmodum successiuè audimus, homo est animal, formamꝰ cōceptū prius subiecti, mox verbi, postremò prædicati: ergo resultauit cōposita ꝓpositio. Et confir. Postq̄ habeo notitias seorsum, hō est animal, nihil vetat quominus formē verbū iūgens illas. Tertia dato propositionē categoricam esse simplicē qualitatē, eadē ratione esset simplex omis hypothetica etiā si mille haberet partes: quod apparet præter opinionem. Quarta sequeretur, ꝙ eadē qualitas significaret cōtradictorio modo, vt illa cui subordinatꝰ hæc categorica, homo est nō hō, & illa maximè cui subordinatꝰ hæc copulatiua, Petrus est hō & nō est hō: atq; adeo eadē qualitas esset propositio vera & falsa cōplexiuè. Quinta eadē qualitas esset notitia intuitiua, & abstractiua: vt in cōspectu Petri formarē hāc ꝓpositionē, petrꝰ nō est angelus, vbi eadē qualitas significaret Petrū intuitiuè, & angelū abstractiuè. Postremò arguiꝰ ꝙ ex opinione illa sequereꝰ æquocatio in mēte: nam cū hō & lapis nō cōueniāt illa qualitas quæ significaret hominē nō esse lapidē, æquiuocè significaret hominē & lapidē. Multaq; alia id genꝰ argumenta sunt ꝓ hac opinione. Sunt nihilominꝰ qui opinanꝰ, mētalē ꝓpositionē esse simplicē q̄litatē, vt queādmodum diximꝰ vocē illā cōplexā, nō hō, subordinari vni simplici qualitati: ita existimēt, hāc ꝓpositionē, hō est animal, subordinari simplici qualitati significanti hominē esse animal, qui re vera, nec paucis, nec infirmis rationibus adducunꝰ. Prima est illa facta in argumēto principali q̄a non est facile distinguere inter subiectum & prædicatū in mēte. Et accipio, vt euidētiùs agamus hāc mētalem, homo est animal, nulla est ratio quare magis significet hominē esse animal, q̄ anīal esse hominē, & nō significat secūdū, ergo nec primū ꝓbo maiorē. Nulla est ratio quare ly, homo, sit subiectū magis q̄ ly, animal, ergo. Probo antecedens. Ordo localis nō est in causa, quia nullus est in mēte, nec ordo cōceptionis puta ꝙ prius cōcipiaꝰ ly, homo, nam suppono ꝙ simul fuerint cōcepti, naturaliter, vꝰ supernaturaliter, vel fac ambos fuisse formatos, anteq̄ formareꝰ verbū, tunc nō est quare vnum potiùs sit subiectū quàm aliud. & tunc nulla est ratio quare hæc ꝓpositio, omne ratiōale est animal, significet magis oē rationale esse animal, quam oē animal, esse rationale. Nā si anteq̄ formareꝰ ly oē, erāt ambo cōceptus, quare potiùs distribuiꝰ vnus q̄ alius & tamen vna illarū est vera & alia falsa. Nō video aliam solutionē quare vnus cōceptus sit subiectū & non alius nisi ex parte significationis ipsorū grāmaticalis, quia vnus significat, vt de quo aliud dicitur, & alius vt quod de alio dicitur, sicut diximus de diuersis casibus nominis vt insinuat S. Tho. 1. p. q. 12. ar. 3. vbi dicit ꝙ subiectū & prædicatū significant diuersa secūdū rationem. Et idē insinuat Pet. Hisp. c. sequen. Sed tūc videor mihi peiùs dubitare. Primò, quia si illi cōceptus diuersimodè significāt, sunt diuersi, vt diximus de obliquis nominū, & ideo si ambo sint seorsum in mēte, vbi neutrū significat per modū subiecti, nec per modū prædicati, nō video, adueniēte verbo, quomodo mutabūt significationes, vt alter sit subiectū, & alter prædicatum. Et potissimū arguitur. Sequeretur eādem categoricam non posse conuerti, nam si in hac propositione, homo est animal, prædicatum significat vt quod de alio, non poterit ipsum significare, de quo aliud. Imò, licèt teneres quòd significant eodem modo subiectum & prædicatum, non video quid possit facere Deus ad transmutandum illa extrema in mēte, nisi finxeris quòd debet mutari verbum: sed re vera verbum significat esse, & ideo quantum est de se, quæcunque extrema potest idem verbū vnire. Et est certè dubium de propositione assumpta in argumento principali, puta, homo est homo, vbi nescio quomodò

An propositio mentalis sit simplex qualitas.

modò distinguatur subiectum & prædicatũ maximè secundum illos qui dicunt ꝙ sese intendunt & faciunt vnicam notitiam. Secundum argumentum meum est, quod fecimus in de nomine, supposito qđ non sit genus in mente: quod abundè illic cõmonstrauimus. Tunc istæ vocales, homo est albus, homo est alba, non æquipollent: ergo subordinantur diuersis mentalibus: & conceptus extremorum seorsum sunt, idem: ergo diuersitas non potest esse nisi quia prima subordinatur simplici qualitati significanti hominem masculum esse album, & secunda subordinatur subinde qualitati significanti hominem fœminam esse albam. Et tertiò arguitur, omnes concedunt propositionem indicatiuam esse simplicem qualitatem: postquàm enim apprehendo, Petrum currere: simplici qualitate iudico esse verũ vel falsum: ergo eadem ratione propositio appræhẽsiua debet censeri simplex qualitas. Et vltimò confir. Quia hæc verba, amo, pluit, & similia, subordinãtur simplicibus qualitatibus, quæ sunt propositiones. Certè est mihi probabilissima ista 2. opi. Et ad Aristote. potest responderi quòd propositio non est composita: sed significat compositionem rei significatæ per prædicatum: vel dicitur composita, quia præsupponit plures conceptus. Vnde ad primam rationẽ oppositæ opinionis respondemus, ꝙ licet successiuè formemus plures conceptus cũ audimus homo est animal: illi tamen plures non significant hominem esse animal, vnica significatione totali: sed in fine producitur vna simplex qualitas quæ hoc significat: sicut ipsi dicunt de propositione indicatiua. Nec inde sequitur quod propositio hypothetica sit simplex qualitas: nam postquàm vna qualitas significat hominem esse animal, potest cõiungi cum alia qualitate significante nullum hominem esse animal. Reliqua quæ inferuntur non habentur pro inconuenienti: nam eadẽ habent ipsi concedere de propositione indicatiua. Ad vltimum argumentum negatur sequi æquiuocationem ex opinione: nam quẽadmodum ly album, vniuocè significat corpus & albedinem: quia significat illa per modum vnius: vt puta vnum per modum materiæ, & aliud per modum formæ: ita vna qualitas significat hominem non esse lapidem per modũ vnius: nam prædicatum est forma subiecti. Qui tenent primam opinionem necesse habent dicere ꝙ subiectum & prædicatum differunt, ex modo significandi diuerso grammaticali, vel ex diuersa copula: sed non prorsus infringuntur replicationes nostræ. Sit ergo problẽma hoc: licèt ad vsum summulistarum perspicacior sit prima opinio, & ita loquendũ est illius. S. Tho. neutram opinionẽ expresse determinat: quicquid dicãt Thomistæ. Et in loco citato prima parte videtur sentire primam opinionem. Vbi dicit quòd subiectum & prædicatum differunt ratione. Et in quæsti. 58. etiam loquitur nunc in fauorem vnius in fauorem alterius.

Caput sextum.



Ropositionũ aũt alia categorica, alia hypothetica. Categorica est illa, quę habet subiectum, prædicatum, & copulam tanquã partes principales sui: vt homo disputat. Vbi homo, est subiectum, disputat verò predicatũ, & ꝙ iungit vtrunq; est copula. Vt patet resoluendo, homo disputat, id est homo est disputans. Et dicitur categorica à κατηγορέω ꝙ latinè est prædico. Vnde categorica, id est, prædicatoria propositio. Subiectum est illud de quo aliquid dicitur, scilicet, prædicatum. Prædicatum est quod dicitur de altero, scilicet, de subiecto.

Lectio vnica.

Post definitionẽ ꝓpositionis sub- No.1.
sequitur multiplex eius diuisio: quo ad substantiam: quoad quantitatem, & qualitatem Et prima hæc diuisio in propositionem categoricam & hypotheticam est substantialis: quia diuiditur genus propositio, in suas species. definit ergo Petrus Hispa. propositionẽ categoricam per partes materiales ex quibus componitur. Sicut si diceres ꝙ domus est cõpositum ex parietibus & tecto. Sed ad exprimendũ eius formam melius defineretur iuxta eius nomen: quod propositio categorica sit oratio in qua vnum de altero prædicatur: forma nanq; propositionis categoricæ, vt nomen sonat, est esse prædicatoriam. Et vt appareant tres partes propositionis: resoluit Pet. hispa. illam de verbo adiectiuo in suum participium. Non tamen ita intelligatur: vt subordinetur illi in significando: sed solũ æqui-

De ꝓpositione categorica.

ualet illi in consequendo: vt adnotauimus in capit. de verbo. Et ponitur, tanquàm partes principales, ad differentiā propositionis hypotheticæ, quæ habet subiectum & prædicatum. Non quidem tanquàm partes principales sui: sed tanquam principales suarum categoricarum. Principales enim partes hypotheticæ sunt ipsæ categoricæ. Vt si dicas Petrus arguit, & Paulus respondet.

No.2. *Et dicitur categorica à categoreo.* Textus antiquus Pe. hispa. habeat à categorizo, illud tamen verbum nusquàm est græcè. Sed est ἀγορέυω quod est prædico. Et inde cum cata, versa. a. in. e. & expuncto y, fit categoreo. A quo authore Lucerino cæterisq; gręcorum gramaticis deducitur categoria: quod est prædicatum seu prædicamentum, & inde propositio categorica. i, prædicatoria, vel vt dicunt summulistæ prædicatiua. Nec debet scribi per aspirationem: nam aliud. a. in ἀγορέυω tenui spiritu profertur.

Categorica vnde veniat.

No.3. *In calce textus definiuntur subiectum & prædicatum,* quæ relatiuè inuicē dicuntur. Non enim dicitur terminus subiectū, nisi respectu prædicati, nec prædicatum nisi respectu subiecti. Quare extra propositionē nullum est subiectum nec prædicatum. Subiectum ergo est de quo aliquid dicitur, & prędicatum quod dicitur de alio. Nec tam exactè definirentur si quis dicitur, prædicatum est quod alteri denotatur conuenire. Et subiectum cui denotatur aliud conuenire: nam in hoc complexo, Petrus albus, adiectiuū cōuenit substantiuo & neutrum est prædicatū nec subiectum. Et prædicari accipitur generaliter pro affirmari vel negari in propositione vera vel falsa: quomodocunq; fiat prædicatio. At propter necessitatem quantitatis propositionum distinguitur duplex subiectum, scilicet subiectum enuntiationis quod modo definitum est: & subiectum distributionis quod est terminus in fronte propositionis distributus: vt ly, hominis, in hac, cuiuslibet hominis equus est animal.

De subiecto & prædicato.

No.4. *At dubium est, an omnis categorica* propositio debeat expressè habere subiectum & prædicatum in recto. Nam sunt qui opinantur hoc esse necessarium: eò ꝙ credūt non posse commodè fieri aliter prædicationem vnius de alio: & licet in voce non vniuersaliter hoc appareat nihilominus in mēte dicunt, omnia debent esse explicita: & ita dicunt, hanc propositionem, tædet animā meā vitę meę, subordinari huic, anima mea habet tędium de vita mea: & hanc, vrbem quam statuo vestra est, subordinari huic, vrbs quam statuo vestra est: imò alias monstruosas propositiones confingunt, vt defendant omnia esse explicita in mente. Nihilominus est conclusio, ꝙ omnis propositio vocalis congrua subordinatur mentali ex tot conceptibus & sub eadem forma sicut est in voce. Supposito quòd propositio sit complexa qualitas secundum communem opinionem. Et probatur hoc: quia vocales sunt signa conceptuum & quemadmodum vocaliter loquimur, ita loquimur & mentaliter per casus & modos & tempora. Nam licèt non differant illic casus per terminationes sicut in voce: differunt, vt diximus, aut per actus syncategorematicos aut certè per diuersos modos significandi. Vnde illa propositio, tædet animam meam vitæ meæ, ita est in mente sicut in voce: & ille accusatiuus tenetur à parte ante tanquā reddens suppositum verbo, & genitiuus à parte post, & hoc ex natura verbi. Quod confir. Nam certè Cicero dū audiebat tædet me vitæ, non concipiebat illam quem isti dicunt: sed hanc sub eadem forma. Et quando diximus obliquum casum non posse reddere suppositum verbo, intelligitur, de verbo personali: Et secunda etiam est im mente sub eadē forma. Et ille accusatiuus, vrbem, accipitur ꝓ nominatiuo: nō ꝙ subordinetur nominatiuo: sed ille accusatiuus in mente, habet vicem nominatiui per antiptosim, sicut illic, lapidē quem reprobauerunt. &c. Pari ratione propositio de ablatiuo absoluto: vt sole existente supra nos, dies est. Et temporalis, vt quando homo disputat loquitur, sunt propositiones categoricæ in mente, vt iacent, licet æquiualeant in consequendo huiusmodi cōsequētiis, quia sol est supra nos, dies est: si Petrus disputat loquitur: quia aliud est æquiualere in consequēdo, aliud subordinari. Hæc enim exclusiua, tantùm homo est animal, æquiualet copulatiuæ suarum partium, & tamē subordinatur categoricæ exclusiuè. Simili modo hæc, homo est animal & è conuerso, est categorica: & ly, è conuerso, reperitur formaliter in mente, licet exponatur per conuertentem propositionis cui additur. Isti enim omnia hæc negant dicentes, quod in mente nec reperitur ablatiuus absolutus nec ly, è cōuerso. Et tamen hæc oratio, animalium aliud rationale, aliud irrationale, reperitur in mente sine verbo vt est in voce. Hæc omnia gram

Dubium.

maticis

maticis sunt peruia:sed operæpretiũ fuit ea admoueri nè existiment summulistæ dialecticam repugnare regulis grammatices.

No.5. Dubium. *Alterum dubiũ est, quõ sit dignoscendum quando syncategorema modificãs extremum efficitur pars illius.* Regula est, q quando virtus eius non transit vltra terminũ cui additur tunc efficitur pars:si autem transit vltrà,tunc non est pars:vt in hac propositione,nõ homo est animal,si negatio accipiatur infinitanter,efficitur pars subiecti:si vero neganter non est pars subiecti. Quod intelligo quãdo est syncategorêma cuius virtus potest transire vltrà. Nam in istis propositionibus aliquis homo est animal,illa, signa non sunt partes subiecti. Hæc regula, quanquam sit vera,indiget tamen alio signo,quo cognoscatur quando virtus transit vel non transit vltra. Et signum est,quando syncategorêma ponitur post copulam à parte prædicati: vel mediat inter partes complexi accepti vnica acceptione tunc efficitur pars:vt hic,verus deus,est omnis Deus,forma cuiuslibet hominis est anima rationalis,aliquid quod est omnis sol,est planeta. Extra hos casus regulariter non est pars extremi,vt omnis homo est animal:hominis quodlibet membrum viuit. Aliud membrum diuisionis:puta propositio hypothetica,tractabitur in tertio libro.

Caput septimum.



Ropositionũ categoricarũ alia vniuersalis, alia particularis, alia indefinita, & alia singularis. Propositio vniuersalis est illa, in qua subiicitur terminus cõmunis signo vniuersali determinatus vt omnis hõ disputat. Terminus cõmunis est qui apt⁹ natus est prędicari de plurib⁹: vt homo, de Petro & Paulo. Signa vniuersalia sunt hęc, omnis, nullus quilibet, neuter, & similia. propositio particularis est illa: qua subiicitur terminus cõmunis signo particulari determinatus: vt quidã homo disputat. Signa particularia sunt hęc: quidam, aliquid, alter, & similia. Propositio indefinita est illa in qua subiicitur terminus communis sine signo, vt homo disputat. Propositio singularis est illa: in qua subiicitur terminus discretus: vel terminus communis cum pronomine demõstratiuo primitiuę speciei vt Petr⁹ disputat, hic homo disputat. Terminus singularis vel discretus est: qui aptus natus est prædicari de vno solo: vt, Petrus.

Lectio vnica.

*Dictũ à nobis iam fuerat propo*sitionem,instar rei naturalis,ex materia & forma essentialiter constare,vt puta nomine & verbo:Ob idq; sicut rei naturali duo accidunt,scilicet,quantitas ratione materiæ & qualitas ratione formæ,ita in propositione dispositio subiecti quo ad suppositionem dicitur quantitas,& dispositio verbi quo ad affirmari vel negari vocatur qualitas. Quanquàm aliquando summulistæ loquuntur de quantitate respectu suppositionis omniũ terminorũ propositionis:vt quando dicunt, ad similitudinẽ formæ requiri similitudinẽ quãtitatis,hic verò cõsideratur ratione subiecti, à quo tota propositio denominatur quanta. Et quemadmodum in prædicamentis priùs tractat Aristo. de quantitate quam de qualitate:ita hic Petrus Hispanus. Vbi diuidit propositionem categoricam,in vniuersalem particularem,indefinitam,singularem, quæ sunt.4.species quantitatis:nam hypothetica non est quanta. Et quia vniuersalis est,vbi subiicitur terminus cõmunis cum signo vniuersali,declarat quid est terminus cõmunis & quid signum vniuersale, At de termino communi in primo libro dictum est. No.1.

Signum vniuersale vt in de oppositionibus exactiùs patebit,est illud, quod copulatiuè resoluitur,siue sit nomẽ,siue aduerbiũ:vt,omnis,nullus,tantũ,necessario,& quicunq;:pro quo summulistæ vtuntur hoc signo,quilibet,quanq̃ re vera latinè multũ differant. Et signum particulare est quod resoluitur disiunctiuè,vt,aliquis,possibiliter. &c. Quorum aliqua modificant verbum:vt, necessario,possibiliter:& alia nomen: vt omnis tantũ. Sed istorũ q̃ modificant nomẽ, aliqua dicũtur signa q̃ntificantia,vt illa q̃ distribuũt No.2. Signũ vniuersale & particulare. Signũ quãtificans.

subiectũ

subiectum, vt omnis:sed ly,tantum, quia nō distribuit subiectum:non est signum quantificans. Est ergo signum quantificans illud, ꝙ facit propositionem quantam:vt,omnis, aliquis,& nomen,hic. Quo fit,vt quando signū efficitur pars extremi, non est signum quantificās:vt hæc propositio,quod est omne bonum est deus,non est vniuersalis. Sed modus quantificans debet esse pars totius propositionis. Et illa propositio quæ restat, dempto signo dicitur præiacens: vt ly homo est animal,in hac omnis homo est animal.

Vnde si quis arguat,illam pręiacentem esse vniuersalem,quia subiectum eius distribuitur:respondendum est illud non sufficere vt sit vniuersalis,nisi distribuatur à signo,quod sit pars ipsius ꝓpositionis,& ly, omnis, non est pars præiacentis,sed totius vniuersalis.

No.3. *Igitur, vt exemplis textus innotescat*,omnis propositio aut est de subiecto singulari,& tunc est singularis: vt Petrus fuit apostolus,Paulus est doctus:aut de subiecto cōmuni,& tūc aut nullo signo determinatur, & illa est indefinita,vt,homo disputat:aut distribuitur signo vniuersali,& tunc est vniuersalis:vt omnis homo est animal, nullꝰ homo est leo:aut determinatur signo particulari,& tunc est particularis: vt aliquis homo est iustus:aut signo singulari,& tūc est singularis: vt hic homo est dialecticus. Quare in particulari & singulari,illa signa non sunt partes extremorum, vt diximus in capite præcedenti: quia faciunt totam propositionē quantam. Nec est necesse signū antepōi subiecto:potest enim ornatus gratia postponi:vt homo nullus disputat,homo hic doctus est.

No.4. *Sunt nomina quædam media inter* vniuersalia & particularia, quæ dicuntur signa incomplexa:sanè quę partim resoluūtur copulatiuè & partim disiunctiuè, vt videbimus in tertio libro:vt vterque,neuter,alter. Quorum duo prima censet hic Petrus hispa. vniuersalia,quia distribuūt ꝓ quolibet duorum:tertium verò particulare. Ly qualislibet & ly omne,pro generbus singulorum, licet non sint purè vniuersalia,cēsentur tamen vniuersalia, nisi cum in propriis eorum materiis tractantur. Sed ly,omnis,collectiuè non facit propriè vniuersalem propositionem, sicut nec ly tantum,nec ly incipit,licet copulatiuè resoluantur. At verò percontaris tunc: quantæ sunt istæ propositiones,tantùm homo est risibilis,incipit sol lucere,omnes apostoli Dei sunt duodecim. Possent appellari indefinitè, sed præstat vocare illas propriis nominibus:vt puta exclusiuam,propositionem de incipit,& de signo collectiuo. Alterum dubium est, quid facit signum particulare ad variandum quantitatem, postquàm non variat suppositionem subiecti:eodem enim modo supponit, sicut indefinita. Respondetur quod fortè hoc habuit originem ex eo:quòd apud philosophos propositiones indefinitæ,necessariæ, aut doctrinales cēsentur vniuersales:vt homo est animal politicum,mater diligit filium suum, totum est maius sua parte. Et quando modificantur illis signis particularibus,non faciunt illū sensum:& ideo dicuntur particulares, vel fortè quod Petrus hispa. vocat subiectum particulare,vocabant antiqui singulare vagū. Et ita loquuntur nonnulli philosophi.

Signa incō plexa.

Dubia.

Contra definitionem propositionis vniuersalis arguitur. Hæc propositio, cuiuslibet hominis equus est animal,est vniuersalis,cum posit esse præmissa in barbara: & tamen subiectum quod est ly,equus,non determinatur signo vniuersali :ergo definitio non est bona. Iam suprà diximus, quòd propter vsum artis syllogisticæ distinguitur duplex subiectum scilicet, subiectum enuntiationis,& est illud de quo dicitur prædicatū, & subiectum distributionis, & est terminus qui in fronte propositionis distribuitur. Vbi notanda est regula,quod quando subiectum est complexum,si signum feratur in totum vnica acceptione,totum distribuitur,vt si dicas omne quod est Deus vel creatura,est ens: sed quando accipitur pluribꝰ acceptionibus, vt vna pars sola distribuatur,tunc dicunt aliqui ꝙ est propositio mixtæ quantitatis: sed potius existimo respiciendum esse ad primā partem:nam inde propositio habet formam vniuersalis vel indefinitæ. Quare ad argumētum,concedo illā esse vniuersalem licet subiectum enuntiationis nō distribuatur:sed hæc, hominis quilibet equus est animal, non est censenda vniuersalis simpliciter. Et non solùm illa propositio argumenti est vniuersalis quantum attinet ad artem syllogisticam, sed istæ, quotiescunque fui Romæ vidi pontificem:vbicunq; est Deus,semper est deus:nam licet sic syllogizare, vbicunq; est deus:sed hic est locus,ergo hic est deus. Argu.1.

Secundò arguitur contra definitionem termini singularis. Hic terminus, Petrus, Argu.2.

trus, est singularis, vt habetur in textu, & tamen potest prædicari de pluribus: ergo definitio nulla. Pro. mi. Verificabatur priùs de Petro iuuene & nunc verificatur de ipso sene, & senex non est idem qui fuerat iuuenis, nam materia fuit per nutritionem mutata: ergo verificatur de pluribus. Inter respondendum ad hoc argumentum distinguunt fere summulistæ quod ly, idem, accipitur tripliciter. Primo modo pro re cuius nulla essentialis pars est variata: vt deus, cœlum. Secundo modo pro re cuius forma essentiali inuariata: partes corporis aliæ & aliæ succedũt in eodem situ & figura: vt, Petrus, cui partes corporis per nutritionem iugiter mutantur.

Idẽ tripliciter.

Tertio deniq; pro re cuius partes secundum materiam & formam mutantur in eodem situ & figura: vt Tormes dicitur nunc idem fluuius, qui fuit ante centum annos. Vnde dicunt, ꝙ solus terminus singularis significans eandem rem primo modo est propriissimè terminus singularis: nam alij significant rem, quæ fuit & quæ est æquiuocè, tanquam plura, Et ideo ly petrus, secundum quod significat iuuenẽ & senem, nec est cõmunis nec singularis: quia est æquiuocus. At verò quanquam gradus isti idẽtitatis meritò distinguãtur tamen negare, quod identitas inter Petrũ iuuenem & ipsum postea senem nõ sufficiat: vt ly petrus, vniuocè & singulariter significet ipsum in vtraque ætate est negare, communem modum loquendi & communem sensum sapientum: à quibus sumendæ nobis sunt rationes nominum. Primò de Petro sene affirmamus, hic fuit iuuenis, hic fuit baptizatus, hic debilis etiam est ille qui olim fuit robustissimus: tamen isti non recipiunt istos sermones nisi impropriè in hoc sensu, hic successit illi qui fuit iuuenis, qui fuit baptizatus. &c. Item Aristote. 4. meta. textu xxij. irridet. Eraclitum & Cratilum, dicentes non posse hominem aut equum bis intrare eundem fluuium, propter iugam aquę cursum. Quinimò tenentur isti dicere, non esse possibile: vt quis verè dicat: hic homo augetur, hic homo sedet, hic homo erit, hic homo ambulat, hic homo loquitur: quia in diuersis partibus temporis illius motus iam est alius Petrus: Quæ fuit opinio illorum philosophorum, quos commemorauimus, qui hac de causa docebant non esse loquendum ore, sed citissimo digito: nè interim dum loquimur res ipsa labatur, & propositio antequã proferatur fiat falsa. Et postremò arguitur, omnes Theologi, qui non semper perseuerant summulistæ, consentiunt in. 4. sentent. dist. 44. eundem ipsum petrum resurrecturum in die iudicij, qui natus & mortuus est, non obstante perpetuo fluxu materiæ. Nisi quis sinistrè glossaret illud Iob. Quem visurus sum ego ipse & non alius. Igitur, sub aliorum censura, quanquàm Petrus senex & iuuenis non sunt tam idem sicut idem angelus: sunt tamen tam idem, vt vnus conceptus singularis dicatur de ipso vniuocè in vtraq; ætate. Nec solùm est idem ratione animæ, quæ est omnino eadem, sed corpus etiam est idem. Non enim solùm inquit Iob, Ego ipse & non alius: sed præmiserat, Et rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. Sed quæris, quomodo stat idem corpus esse per totam vitam, cùm materia perpetuò fluat per nutritionem. Aristoteles, primo, de gene. tex. 36. id docet, dicens quòd semper perseuerat eadem caro & ossa secundùm speciem: non autem secundum materiam. Id est, manet idem corpus secundum situm & figuram & naturam, licet non omnino maneat eadẽ materia, vt dicit alteram partem compositi. Nam vt declarabitur in secundo de anima, corpus physicum plus dicit quàm materiam primam.

Argu. 2.

*Sed replicant ad argumentum au*thores alterius opinionis. Si tota illa materia Petri, quæ corrupta fuit minutatim in. 30. annis, reproduceretur modò, & informaretur eadem anima Petri, ille homo compositus esset alius à Petro: nam haberent omnino distinctas materias: ergo pari ratione Petrus qui nunc est, est alius ab illo qui fuit ante. 30. annos. Et quòd illud compositum sit aliud quàm petrus, patet, quia idem compositum, dicit eandem materiam & eandem formam, nec sufficit identitas formæ, vt autor est sanctus Thomas in prima parte quæstione vltima. Vel sit argumentum, quod aliud est corpus illius compositi quàm corpꝰ Petri. Et eadem ratione quòd Petrus nõ habet nunc idẽ corpus, quod habebat puer, cuius oppositũ diximus. Fateor esse bonam replicã: sed tamẽ Aristoteles Respondet eodẽ primo de Generatione, textu vigesimonono, dicens quòd si ignis augeatur paulatim per applicationem combustibilium, idem ignis augetur: sed si totam materiam subitò mutaret: esset alius ignis. A fortiori hoc est verum in homine vbi manet eadem anima: nam igne etiam forma mutatur. Dicimus ergo quòd propterea ꝙ variatio corporis ꝑ nutritionẽ fit insensibiliter ita

ita ꝙ in nullo instanti fit additio sensibilis il li, quod fuerat immediatè ante illud instans dicitur semper idem manere. Et in hoc differt argumẽtatio à generatione, quòd in argumẽ tatione manet idem suppositũ: & in gñratio ne producitur nouum. Et ideo negamus cum Aristotele illam consequentiam, si tota mate ria re ꝓduceretur & informaretur forma Pe tri, Petrus nõ esset illud compositũ: ergo Pe trus nõ est idem qui fuit senex: quia non est par ratio. Nec solùm in homine loquendum est hoc mod o vbi manet anima eadẽ: sed certè est idẽ equus, ꝗ modò est, & qui fuit ante decem annos: & eadem arbor, nisi iã fuerit sic ca: & idẽ fluuius. Et sic Sequana & Tormes sunt termini singulares.

Argu.3. *Tertiò arguitur contra eandem defi* nitionem, Ly, Petrus, supponit pro toto Petro, & si abscindatur manus supponit ꝓ residuo, & illa sunt plura, ergo supponit pro pluribus: imò si nõ abscindatur, simul supponit pro toto & pro parte: eodem modo respõdẽt ad hoc argumentum quod ly, Petrus, suppo nit pro toto Petro & pro parte: quam vocãt Petrum partialem, ęquiuocè tamen: sicut pro sene & iuuene. Et subsequenter distinguunt ꝙ ly, homo, accipitur dupliciter. Vno modo absolutè, pro cõposito ex materia & anima rationali, & sic supponit pro qualibet parte integrali hominis: alio modo vt est nomen suppositi, & tunc dicunt quod est terminus connotatiuus: supponẽs pro composito ex materia & anima rationali, connotando ꝙ non sit pars alterius. Et etiam terminus singularis, Petrus, debet accipi illis duobus modis. Isti tamen loquuntur in summulis, quali ter in nulla alia scientia possunt loqui. Et cũ dialectica sit ancilla aliarum scientiarum, constituunt illam omnium hostem.

Igitur ly, homo, nullo modo accipitur, nisi absolutè: & absolutè acceptum, solùm est no mẽ totius suppositi humanæ naturæ: & ideo pars, quæ per se non viueret, nullo modo est homo: sed pars hominis. Et ita loquitur Aristoteles in prędicamentis vbi dicit ꝙ pars sup positi non ponitur directè in linea prædicamẽtali. Quare manus mea, nec est homo nec animal nec substantia: sed pars hominis aut substantiæ: & idẽ est de brachio, capite & cęteris, quæ per se non viuerent. Sed tamen ly, Petrus, sicut ly, homo, rectè supponit pro toto dempta manu, vel aure: quia per se viuit. i. non dependet à manu vt viuat, potest enim homo viuere sine manu. Et ad argumentum respondemus tunc quòd totum est idem suppositum cum manu & sine manu, ad minus physicè idem: sicut diximus de sene & puero, licèt mathematicè non sint idem, volo dicere quòd sint idem suppositum naturale, licèt nõ sit eadem quantitas: nam tota quantitas est maior sua parte. Et ideo Petrus est nomẽ singulare vniuocum.

Vltimum dubium est circa defini- tionem propositionis singularis: vbi subiicitur nomẽ commune cum pronomine demõstratiuo: vt, iste homo est doctus: vtrum illud pronomen habeat significationem communem, an solùm significet illum hominem demonstratum. Ad quod respondetur per distinctionem. Nempe si consideretur pronomen: vt per se profertur non demonstrando aliquod indiuiduum: tunc habet significationem communem etiam si ponatur in propositione: nam cùm legeris istam singularẽ, iste homo disputat, certè formas conceptus communes: & si in mente loco de ly, homo, poneretur ly, equus, idem pronomen maneret. Sed cùm digito demonstrans Petrum, dicis, hic homo est doctus, tunc formo conceptum singularem Petri, vel singulare vagum, quod incomplexè significat solùm illud quod demonstratur. No.5. Dubium.

Caput octauum

Propositionum categoricarũ alia affirmatiua, & alia negatiua: Affirmatiua est illa in qua prædicatum affirmatur de subiecto, vt homo disputat. Negatiua est illa in qua ꝑdicatũ negatur de subiecto, vt, homo nõ disputat. Diuisa ꝓpositione tripliciter, sciẽdũ est ꝙ triplex est quæsitiuũ p qđ q̃rim⁹ de ipsa propositione. s. quæ, qualis, & quanta. Quæ, quęrit de substantia propositionis. Vnde ad quęstionem factã per, quę, respondendum est, categorica: vel, hypothetica. Qualis, quęrit de qualitate propositionis. Vnde ad quæstionem factam per qualis, respon dẽdum est, affirmatiua, vel negatiua.

Quanta,

Quanta:quærit de quantitate. Vnde ad quæſtionem factam per, quanta, reſpondendum eſt, vniuerſalis, vel particularis, vel indefinita, vel ſingularis. Vnde verſus: Quæ,ca.vel hyp. Qualis,ne.vel,aff.quãta.u. par. in.ſin.

No.1. *Lectio vnica.*

ALterũ accidens propoſitionis categoricæ eſt qualitas. Et ideo tertiò diuiditur propoſitio penes qualitatem, in affirmatiuam & negatiuam. Et vt definitiones eſſent vniuerſales & comprehenderent hypotheticas, hoc modo eſſent conſtituendæ. Propoſitio affirmatiua eſt cuius copula principalis affirmatur: & negatiua, cuius copula principalis negatur, ſiue eſſet verbum, ſiue alia coniunctio. Verùm: quia nulla hic ratio habetur propoſitionis hypotheticę, ſtatuuntur definitiones, quæ ſunt propriæ categoricis. Et definitiones ſunt in textu clariſsimæ.

Vbi prædicatum affirmari vel negari, non accipitur ſolùm pro hoc, quod eſt verè affirmari vel verè negari: ſed generaliter, affirmari, pro eo quod eſt, prædicari in propoſitione affirmatiua: & negari, pro eo quod eſt prædicari in negatiua: ſiue vera ſit, ſiue falſa. Nec requiritur, vt negatio anteponatur prædicato, dummodò ante donatur verbo. Eſt enim negatiua ſi dicas, homo lapis non eſt.

No.2. *Sed ad maiorem intelligentiam no*tato, copulam categoricè eſſe, aut principalem, aut minùs principalem. Copula principalis, eſt, qua prædicatum iungitur ſubiecto, & prædicatur de illo, & minùs principalis, eſt illa quæ eſt pars extremi: & quando reduplicatur cum relatiuo, dicitur copula implicationis: vt ſi dicas, Petrus qui eſt doctus eſt vehemens quando diſputat, ly eſt, ſecundo loco eſt copula principalis, & aliæ ſunt minùs principales: Quarum, quæ ponitur à parte ſubiecti eſt copula implicationis. Et ſolùm penes copulam principalem conſideratur qualitas propoſitionis. Rurſus, copula principalis quandoque eſt ſimplex: vt homo eſt animal, quãdoq; complexa quam dicunt mixtam: vt, Adam eſt vel fuit. Et aliquandò eſt cum modo, & aliquãdo ſine modo: vt homo poſsibiliter eſt iuſtus, homo eſt iuſtus. Et qualitas debet attendi ſimpliciter penes verbum & non penes modum, vt homo poſsibiliter non eſt iuſtus, eſt ſimpliciter negatiua. At quando copula eſt complexa tunc dicunt nonnulli, quòd ſi plures partes affirmãtur, & maximè ſi affirmatur coniunctiò verborum, propoſitio eſt ſimpliciter affirmatiua: vt homo eſt vel non fuit. Si verò plures negentur, tunc eſt negatiua: vt ſi barbarè dicas, homo eſt non vel fuit. Sed tamen opinor, in categoricis ſolùm habendam eſſe rationem verborum, & non coniunctionis ipſorum. Et ideo ſi vnum verbum negatur & aliud affirmatur, tota propoſitio eſt formaliter mixtæ qualitatis, id eſt, nec affirmatiua nec negatiua: ſed complexiuè affirmatiua & negatiua. Dixerim formaliter, quia duplex eſt propoſitio affirmatiua, & ſimiliter negatiua, ſcilicet, formaliter & virtualiter. Formaliter eſt illa, quæ iam modò definita eſt. Sed virtualiter affirmatiua eſt illa, quæ infert ex ſe purè affirmatiuam: vt Petrus eſt & non fuit albus, quæ infert hanc Petrus eſt albus, Et virtualiter negatiua eſt illa, quæ infertur ex purè negatiua: vt Petrus eſt vel non fuit albus, quæ infertur ex hac, Petrus non fuit albus: nam prima aliquid ponit in eſſe, & ſecunda nihil ponit. Et probatur primum membrum huius regulæ: quia in bona conſequentia non poteſt antecedens eſſe verum quin conſequens ſit verum: & conſequens, quia eſt affirmatiuum, non poteſt eſſe verum quin extrema ſupponant, & extrema ſunt eadem antecedentis & conſequentis: ergo de primo ad vltimum antecedens non poteſt eſſe verum niſi extrema ſupponant, & per conſequens eſt virtualiter affirmatiua. Eodem modo probatur ſecundum membrum: quia in bona conſequentia ſi antecedens eſt verum, conſequens eſt verum: & quia antecedens eſt negatiuum, poteſt eſſe verum ſine ſuppoſitione extremorum, & eadem ſunt extrema antecedentis & conſequentis: ergo de primo ad vltimum, conſequens poteſt eſſe verum ſine ſuppoſitione extremorum, & per conſequens eſt virtualiter negatiuum. Alii vocant primam affirmatiuam prægnantem: quia parit affirmatiuam, & ſecundam negatiuam prægnantem. Sed melius eſt vocare virtualiter affirmatiuam & virtualiter negatiuam. Quare hæc, Petrus contingenter non diſputat, eſt virtualiter affirmatiua, ſeu affirmatiua prægnans: quia infert hãc, Petrus poſsibiliter diſputat. Ex his, quæ dicta ſunt ſubſequitur, has propoſitiones, neſcis nec in bello

Copula duplex.

Affirmatiua virtualiter.

bello nec in pace viuere, nolo malè agere, nego consequentiam, cæterasq; id genus, esse affirmatiuas, quippe in quibus verba affirmãtur: puta, es nesciẽs nec in bello. &c. Sum nolens, sum negans. &c. Sed non scis, non volo. & sunt negatiuæ. At verò nõnũquam vtimur loquutionibus negatiuis vice affirmatiuarũ & è conuerso, vt non parum conducit, nihil refert, pro hoc quod est, multum cõducit, idẽ est, &c. Rursus, peritiorem te vidi neminem: quia est affirmatiua: vtimur loco huius, neminem vidi peritiorem te. Fuit Paulus Venetus qui negauit negationem aliquam reperiri in mente, opinatus verba negatiua esse in mente simplicia, quemadmodum suprà diximus de verbo infinito. Hanc tamen opinionẽ nullus recepit: quia certè videtur contra experiẽtiam. Et maximè quia præter necessitatẽ negãdi verbũ, sunt negationes distributiuæ, vt nõ homo est lapis, nõ omne animal, est hõ.

No.3. *Post triplicem diuisionem propositionis*, docet Petrus Hispanus tria interrogatoria, singula singulis diuisionibus accommodata: quæ quanta, qualis. Primum quærit de substantia: an sit categorica vel hypothetica: secundum de quantitate, sit ne vnuersalis, an particularis &c. tertium de qualitate, sit ne affirmatiua, an negatiua.

Argu.1. *Contra definitiones arguitur. Hęc* propositio, nemo non appetit bonum, est affirmatiua, & tamen prædicatum negatur de subiecto: ergo definitiones minùs bonæ. Maior est nota in Dialectica, quæ docet duas negationes constituere affirmationem. Et probatur minor. Vtralibet illarum negationum per se negaret copulam: ergo à fortiori ambę simul: nam duo agentia eiusdem speciei se inuicem iuuare solent. Circa hoc argumentum

Regulę negationum adnotanda est celebris regula dialecticorum, negatio est malignantis naturæ, quæ quicqd post se inuenit, destruit, & eius oppositũ ponit. Ex qua inferunt secundam, quicquid mobilitat immobilitatum immobilitat mobilitatum, id est, si aliquod signum affirmatiuum vel negatiuum, quando non impeditur, distribuit aliquem terminum vel negat copulam, tunc quando impeditur, nec distribuit, nec negat quod antea distribuebat aut negabat. v.g. in hac propositione, omnis homo nõ est lapis, ly omnis, non impeditum distribuebat subiectum: & negatio negabat copulam, distribuebatque prædicatum, & ideo in hac, non omnis homo non est lapis: ly, omnis, & secunda negatio impediuntur à prima negatione, quare nec subiectum distribuitur, nec prædicatum nec copula negatur. Ex his duabus sequitur tertia. Paritas negationum constituit propositionem affirmatiuam, & imparitas negatiuam. Et ideo ad argumentum, cõcessa maiori, negatur Minor. Nec est simile de duobus agentibus naturalibus eiusdem speciei: & de negationibus duabus. In hoc enĩ solùm negationes sunt eiusdem speciei: quod quæcunq; destruit totum illud in quod fertur: & sic vna negatio, destruit effectum alterius sicut ignis frigiditatem.

*Sed restat dubium: quomodo pari*tas negationum facit affirmationem, vtrum neutro neget, sed ambæ simul affirmẽt quod quælibet per se negaret, eo ꝙ ambæ sese mutuò impediunt, an potiùs vna verè neget, & alia affirmet destruendo effectum alterius. No.4. Respondetur quòd forsan disputatio est de nomine. Verisimilius tamen est ꝙ neutra negat illud in quod ambæ cadũt: vt in hac, nullus homo non est animal, neutra negat copulam, nec distribuit prædicatum: sed mutuò se se impediunt. Et ideo verbum manet affirmatum ac si nulla negatio illic esset. Dico mutuò sese impedire: quia non est maior ratio ꝙ prima impediat secundam, quàm è conuerso. Impertinens enim est ꝙ prius fuerit conceptum ly, nullus, aut ly non, aut ꝙ ambo simul fuerint concepta. Quòd si exinde inferas, secundam negationem agere ante se: negatur consequentia: quia vna negatio nõ impedit aliam quasi agendo in illam: sed agẽdo in obiectum eius: Et sic secunda negatio per hoc ꝙ ipsa sola negaret copulam: impedit nè prima neget. Et eadem ratione, prima impedit secundam. Pari modo quando sunt tres negationes, omnes simul negant, siue simul sint conceptæ, siue successiuæ. Et ratio est, quia quælibet per se sola negasset, & duæ simul non impediunt tertiã. Alij dicunt, quod quando est imparitas negationum: non oẽs negant, sed vna sola: nec est illa signanda, sed respondendum est obligatoriè. Vt si dicas, nunquam nullus homo non est lapis: & quæras an ly nunquàm, neget, respondẽdum est negatiuè: sed cùm proponitur tertio loco an ly, non, neget, respõdendum est affirmatiuè. Quòd si vice versa, tertio loco proponatur ly, nunquàm, aut ly nullus, illa negatio, quæ interrogatur tertiò loco, negat. Sed certè nidiculus est modus iste dicendi. Nam cùm negatio in mente ex natura sua neget: nihil refert

fert quomõ varietur interrogatio, vt hæc aut illa negatio neget, ob idq; oẽs, vt dixi, negãt.

No.5. *Ex hac solutione sequitur: primò* negationem non nisi vnicam significationẽ habere. Sunt enim qui asseuerent: triplicem significationem habere, scilicet distribuere, negare, & impedire. Vnde inferunt, negationem mentalem æquiuocè teneri secundum illas significationes: & posse cessare vnam significationem, aliis manentibus. Est tamen inopinabile, vt suprà probauimus, æquiuocationem esse in mente vltimata: sed eadem omnino significatione ly nullus, in hac propositione, nullus homo est animal, distribuit subiectum & negat copulam, & impediret aliam negationem, si adesset: sunt enim diuersi effectus ab eadem significatione sicut sol eadem actione exiccat lutum & liquefacit ceram. Sequitur secundò, quòd quanquã consideres duas partes negationis in hac propositione, homo non est animal: non tamen se impediunt: quia non habent formam duarum negationum. Sed si è conuerso eadem negatio numero adderetur subiecto & copulæ sub hac forma, non homo non est lapis, forsan esset negatiua. Sed istæ næniæ sunt iam puerorum. At percontatur sophista, quid si infinitæ negationes apponerentur verbo in aliquo intellectu infinitæ capacitatis? Respondent nonnulli, in arbitrio concipientis positum esse, talem propositionem esse affirmatiuam aut negatiuam. Itaq; si intellectus concipiat omnes illas se impedire, erit affirmatiua: sed si concipiat omnes se impedire, præter vnam, tunc erit negatiua. Illud tamen est ridiculum, quòd ex arbitrio meo dependeat, esse affirmatiuam aut negatiuam, postquàm propositio mẽtalis ex natura sua habet, vt sit huius vel alterius qualitatis. Et ideo, vel committenda esset argumenti solutio, illi qui supponitur in argumento habere intellectum infinitum: vel certè respondendum est, quòd illa sit negatiua, cùm infinitæ negationes non possunt commodè apponi alicui verbo quin negent illud. Imò quantò plures negationes addimus insinuamus magis nos negare aliquid: vt quando petent an velimus facere aliquid, dicimus non non &c. Nam si illæ negationes addantur taliter quòd vna destruat aliam (vt isti volunt) certè erit ineptum aggregatum. Et ibi implicatur illam propositionem esse affirmatiuam postquàm ibi non est negatio, quæ non impediatur. Et quòd sit negatiua postquam dempta prima non est negatio, quæ non impediatur ab alia, & cætera. Et sic dato illo casu esset potiùs chimæra. Sequitur vtrunq; & quòd sit affirmatiua & etiam quòd sit negatiua, cum non sit maior ratio quòd sequatur vnum quàm aliud, Postquam ibi nec est paritas nec imparitas negationum. Et sic prima solutio mihi magis placet. &c.

Caput nonum.



Ost ꝓprietates categoricæ ꝓpositionis, operæpretium est & ꝓprietates subĩde extremorũ eius explicare: sane q̃ terminis in ꝓpositione cõtigũt: vt sunt, suppositio, ãpliatio, restrictio, aliẽatio, & appellatio. Suppositio est acceptio termini ꝑ aliquo, de quo verificatur: vt ly, homo, supponit ꝑ homine in hac ꝓpositione, homo est animal.

Lectio vnica.

*Quanquã Petrus hispa. tracta*tum, qui de paruis logicalibus inscribitur postremò omnium summularum collocauerit, necessarium tamen duximus hic inserere sanè qui sit penitus necessarius ad negotiũ oppositionũ, & modaliũ exponibiliumq; & maximè ad opus syllogismorum. Nec textum petri hispani, vt est in septimo tractatu ad literam imitabimur: nam multa intermiscet, quæ iam summulistis non sunt in vsu. Sed tamen quoad maximè fieri poterit, imitabimur eius definitiones. No.1.

*Suppositio ergo, est acceptio ter*mini pro aliquo de quo verificatur. Exempli gratia. Subiectum huius propositionis, homo est animal, supponit pro homine: quia accipitur pro illo, id est, ponitur vice hominis de quo affimamus qđ est animal. Ponitur, acceptio, loco generis: vt rectè posuit Petrus Hispanus. Nec diximus cum nominalibus, suppositio est terminus acceptus pro suo significato. &c. Nec cũ realibus, suppositio est respectus, &c. quia definitio (quod sæpisimè repetam) debet esse communis animi cõceptio. Et ideo, quod est in controuersia, non debet inculcari in definitione. Est autem dubiũ, an acceptio termini distinguatur à termi No.2. De suppositione.

no, an sit ipse terminus. Et quicquid illud sit hoc tamen est manifestum, ꝙ suppositio termini est acceptio termini: atq; adeo hoc solũ attinet ad dialecticum, scire ꝙ terminum supponere pro aliquo sit accipi pro illo. An verò acceptio illa termini distinguatur à termino nec ne permittendum est metaphysico: quod nos deo dante tractabimus in prædicamentis. Acceptio termini pro aliquo, id est, pro se vel suo significato. Nam suppositione materiali, supponit terminus pro se, tanq̃ proprium nomen sui: vt in hac, homo est nomẽ: sicut declarauimus capite de termino, & suppositione personali, supponit pro suo significato. De quo verificatur, adiectum est, ad explicandum, quòd vt terminus supponat in ordine ad aliquod verbum, requiritur rem illam pro qua accipitur existere iuxta exigentiam illius verbi. Nam cùm terminum verificari de aliquo idem sit quod, verè affirmari de illo, per hoc cognoscimus an res illa existat. v.g. subiectum huius propositionis, Adã est, nõ supponit: quia res illa pro qua accipitur, nõ est: quod cognoscimus per hoc quod subiectũ non verificatur de illa mediante illo verbo: demonstrato enim Adã, falsum est dicere, hoc est Adã. Sed subiectũ huius, Adam fuit, supponit quidem: quia res illa existit in ordine ad illud verbũ, nam hæc est vera, hoc est vel fuit Adam.

No.3. *Sed absurdum duximus multiplicare* sexcẽtas particulas, quas multiplicãt summulistæ. Puta ꝙ sit verificabilis mediante copula suæ propositionis, vel alia, ꝙ seruetur eadem appellatio, ãpliatio. &c. quando quidem in vno verbo intelliguntur hæc omnia. Nam expositiones definitionis debent esse extra definitionem. Imò verò Petrus Hispanus nihil dixit de verificari: sed solùm, suppositio est acceptio termini pro aliquo. Et certè per hoc sufficienter explicatur subiectum huius propositionis, Adam est, nõ supponere: nam in rigore non accipitur illic pro aliquo: accipitur enim solùm pro Adam præsenti qui nullus est: sed ad maiorem claritatem & ad rescindendas importunitates summulistarum dedimus illud tempori. Hoc tamen est plurimum obseruãdum, quòd terminum supponere non est verificari. (Nota.) Subiectum enim huius, homo disputat, supponere pro Petro, non est verificari de illo, sed poni vel substitui pro illo, id est, vice illius, iuxta sententiam Aristote. primo Elencho. Quia res nobiscum ducere non possumus vtimur terminis pro rebus. Supponere enim significat primò sub alio ponere. Et secundum hãc significationem grammaticus vocat suppositum illud, quod supponitur verbo: quod nos dicimus subiectum. Significat secundò, pro alio ponere, id est, substituere: & secundum hanc significationem Dialecticus dicit terminum supponere: quod significantiùs alij dicunt, terminus supponitur, id est, ponitur vice rei. Quia enim volumus affirmare rẽ quæ est hominẽ esse animal: loco rerũ vtimur his terminis, homo est animal. Et in materia de terminis diuinis constabit quantum referat scire, quòd vt terminus supponat pro aliquo non sufficit verificari de illo, quãquàm id requiratur.

Sed postquàm requiritur verifica- No.4. tio termini: vt supponat pro illa, Notandum est: ita faciendam esse verificationem: vt non varietur significatio nec aliqua proprietas termini. v.g. ad cognoscendum an subiectum huius propositionis, homo est pictus, supponat, verificandum est hoc modo: hoc est homo pictus, demonstrata pictura. Nam si dicas, hoc est homo, non tenetur secundum eandem significationem: eâdem ratione verificatur subiectum huius, homo est nomen, hoc modo, hoc est ly homo, vt teneatur materialiter. Et subiectum huius, Adam fuit, hoc modo: hoc est vel fuit Adam, vt seruetur eadem ampliatio: & subiectum huius, quilibet homo disputat, hoc modo, hoc est aliquis homo vt seruetur restrictio pro masculis: sed non requiritur ꝙ seruetur eadem suppositio.

At dubium est, quid est terminum No.5. accipi pro aliquo. Dubium inquam est, an extra propositionem accipitur pro aliquo. (Suppositio extra proposi.) Sunt qui opinentur partem affirmatiuam: quod habet probabilitatem ex nostra expositione: nam terminum accipi pro re, est substitui vice illius, id est, ꝙ vtamur termino loco rei: & notum est quòd vtimur etiam terminis extra propositionem. Nihilominus opinor propriè terminum nõ supponere nisi in propositione, vel saltem in ordine ad verbum, quia non accipimus terminos in vsum, nisi ad prædicationem, & ad insinuandam veritatem rerum. Cùm enim dico, homo, non accipio nomen pro re: sed significo rem. Quare terminum accipi pro re, est subiici aut prædicari loco rei, aut verbo vniri: sicut in hac conditionali, si Petrus disputaret, esset doctus. Subiici inquam aut prædicari

ri, saltem partialiter:nam genitiuus huius propositionis, forma hominis est anima rationalis, supponit quidem & debet verificari mediante suo recto. Et vt coniicio: termini harum orationum, homo qui disputat, homo si est animal, supponunt: quia quodam modo subiiciũtur aut prædicãtur, licet imperfectè: quia illæ non sunt propositiones: cùm non generent assensum aut dissensum.

No.6. *Ex his sequitur primò, ꝙ terminum* accipi (etiam secũdùm reales) non est ipsum cognosci ab intellectu: quod aliqui falsò illis imponunt, dicentes, quòd extrema huius ꝓpositionis, homo disputat, secundum reales non supponunt: nisi intellectus cognoscat illa extrema in ordine ad sua significata, vt resultet ille respectus rationis, qui dicitur acceptio termini. Hoc (inquam) est falsum: intellectum enim accipere terminos pro rebus non est illos cognoscere, sed vti illis, subiiciẽdo aut prædicando, loco rerum. Et ille vsus passiuus terminorum est acceptio termini: quicquid illud sit, & vocatur respectus rationis. Ridiculum enim est dicere, requiri ad hoc vt extrema propositionis mentalis supponant, quòd intellectus reflexiuè cognoscat illa. Sequitur secundò, quod significatio & suppositio, vt notat Petrus Hispanus longè differunt. Primò, quòd significatio prior est suppositione: imponitur enim priùs vox non significatiua ad significandum, & postmodum significatiua accipitur pro suo significato. Secundò, quòd significatio est superior suppositione, non enim omnis terminus significatiuus supponit: vt si dicas, chimæra est, nec vbi supponit, supponit semper pro omnibus significatis: vt subiectum huius, aliquis homo disputat, solũ supponit pro masculis: Superior, inquã, nõ adeo propriè: quia hoc quod est supponere, non est significare: sed est significatio quodammodo superior: quia non omnis terminus qui significat supponit & tamen omnis qui supponit significat: nam etiam quando terminus supponit materialiter pro se accipitur tanquàm nomen proprium significatiuum sui.

Argu.1. *Ad verò contra definitionem suppositionis arguitur.* Illud adiectiuum, albus, in hac propositione, petrus albus disputat: aut in hac, petrus est albus, accipitur ꝓ suo significato: nam verificatur de Petro albo: & tamen non supponit, vt dicit Petrus hisp. ergo definitio non est bona. Circa hoc argumentum notato, omnes antiquos pro cõperto habuisse adiectiuum adiectiuè tentum non supponere: sed solùm copulare suum significatum ad substãtiuũ. Supponere enim est ꝙ per se habeat suum suppositũ: & copulare, est applicare suũ significatum ad aliud suppositum. Et per hanc regulam. S. Tho. prima par. q. 39. argu. 5. docet falsitatem illius ꝓpositionis essentia generat: quia illud verbũ adiectiuum non habet per se suppositum: vt sit sensus, essentia est res generans: sed applicat actum generãdi ad essentiam: & certè hoc sonat nomen ipsum, adiectiuum. Et ideo Petrus hispanus definiens suppositionem, dixit, suppositio est acceptio termini substantiui pro aliquo, ad excludendum adiectiuũ, quod non supponit sed copulat. Et ideo secundum antiquos argumentum concludit, definitionem nostram non esse bonam. Et fateor ita esse loquendum: vt loquebãtur antiqui: Nec possumus differre ab illis: nisi solo nomine, vt videbimus cap. de appella. Et hæc est causa qua adiectiuum adiectiuè tentum non potest reddere suppositum verbo: ac subinde nec potest esse subiectum: quia cum dicis, albus est Petrus: non est sensus, ꝙ res alba est Petrus, sed albedo denotatur adiacere Petro. Potest tamen esse prædicatum etiam si præcedat copulam: idem enim est, Petrus est albus, & albus est Petrus, Et in hoc etiam habet instantiã quòd verificari sit supponere: nam ly, albus, verificatur de petro & non supponit: sed copulat. At quia tam receptum est apud modernos, quòd adiectiuũ supponat, ex eo quòd verificatur: statuimus definitionem, quæ etiam conueniret adiectiuis. Et sic ad argumentum secundum hanc opinionem negatur Mi. Imo ly, album, supponit pro Petro quem significat de materiali, licèt antiqui negarent quòd, ly, albus, significet nisi solam albedinem in concreto. At quando tenetur substantiuè nullum est dubium quin supponat.

Argu.2. *Secundò arguitur. Prædicatum huius propositionis,* aurum est non demonstratum supponit: & tamen non verificatur, ergo verificatio non requiritur ad suppositionem. Maior est nota, quia supponit pro auro existente in visceribus terræ: quod nõ demonstratur: & probatur minor: quia si verificaretur maximè dicendo, hoc est non demonstratum: sed tunc illa esset falsa: postquã demonstraretur. Hoc argumentum nullum est contra expositionem nostram: quia non

diximus requiri, terminum verificari ad hoc quod supponat, nisi quatenus est signũ existentiæ illius rei pro qua terminus accipitur. Et ideo sufficit ad hoc quòd illud prædicatũ supponat, ꝙ res significata verè existat, vel ꝙ ita est nũc sicut significaretur per illam propositionem, hoc est non demõstratum. Nunc inquam, quando non est illa propositio nec demonstratur aurũ: licet illa propositio quãdo existit nunꝗ potest esse vera: quia se falsificat. Et ideo si verificari accipiatur pro prædicari in propositione, quæ existit vera, illud prædicatũ supponit & non verificatur: quia habet non verificationem annexam. Et è conuerso (vt hoc concedamus lusui puerorum) datur terminus qui verificatur & non supponit: quia habet non suppositionem annexã: vt prædicatum huius propositionis, termini non supponentes sunt plures quàm supponentes, casu, quo præter hãc propositionem, solùm sit in mundo alius terminus supponens: vt ly, Deus: & alij duo non supponentes, vt ly, chimæra, & ly, vacuum. Nam vel illud prædicatum supponit vel non: si non supponit, ergo sunt tres termini non supponentes, scilicet illud prædicatum, & ly chimæra, & ly, vocum: & duo tantùm supponentes, vt subiectum, & ly Deus: ex quo sequitur ꝙ illa propositio est vera: nam ita est ꝙ termini non supponentes sunt plures ꝗ supponentes: & sic habetur, quòd illud prædicatum verificatur & non supponit. Si detur quòd supponit: ergo vel supponit pro terminis supponentibus, & hoc non: quia falsum est dicere, quòd termini supponentes sunt plures ꝗ supponentes, si pro non supponẽtibus: ergo ita est sicut per illam propositionem significatur, termini non supponentes sunt plures ꝗ supponentes. Et cùm præter prædicatum nõ sint nisi alij duo termini non supponentes. & duo supponentes, sequitur quòd ipsum non supponat, ad hoc quòd non supponentes sint plures: & sic ex hoc quòd supponat, sequitur quòd non supponat. Ita solent ineptire sophistæ.

Caput decimum.



Vppositionũ alia propria, alia impropria. Suppositio propria, est acceptio termini pro aliquo, ꝙ propriè significat: vt quãdo leo accipitur ꝓ vero leõe. Suppositio impropria, est acceptio termini pro aliquo. quod impropriè significat, vt quãdo leo accipitur pro feroci homine. Mox suppositionum, quæ propriæ sunt alia materialis, alia simplex & alia personalis. Suppositio materialis, est acceptio termini pro se: vt accipitur subiectum huius, homo est nomẽ. Suppositio simplex, est acceptio termini pro aliquo quod primò per se: & formaliter significat: vt accipitur subiectum huius, homo est species. Suppositio personalis, est acceptio termini pro indiuiduis, quæ velut materialiter significat, vt accipitur subiectum huius, homo est animal. Deinde suppositionum personalium, alia naturalis: & alia accidentalis, Suppositio naturalis est acceptio termini ꝓ omnibus his, pro quibus aptus natus est accipi: vt accipitnr subiectũ huius, homo est animal rationale. Suppositio accidentalis, est acceptio termini pro his solùm de quibus verificatur secũdum exigẽtiam adiũcti verbi: vt accipitur subiectum huius, homo disputat. Præterea suppositionum accidentalium, alia communis & alia discreta. Suppositio communis, est acceptio termini communis: vt homo: Suppositio discreta, aut singularis, est acceptio termini discreti, aut communis cum ꝓ nomine demonstratiuo: vt Petrus, hic homo. Ad hæc suppositionum communium, alia determinata & alia cõfusa. Suppositio determinata, est acceptio termini communis indefinitè aut cum signo particulari: vt homo disputat, aliquis homo disputat. Suppositio cõfusa est acceptio termini com

communis cum signo vniuersali: vt extrema istarum, omnis homo est animal tantùm animal est homo. Atq; adeo postremò, suppositionum confusarum alia distributiua, quæ est acceptio termini distributi: vt subiectum vniuersalis & prædicatũ exclusiuè: & alia cõfusa tantũ, quæ est acceptio termini cõfusi & nõ distributi: vt subiectũ exclusiuè & prædicatum vniuersalis.

Lectio prima.

No.1. *Post definitionẽ suppositionis subsequũtur* sex præcipuæ diuisiones. Vbi notã-dum terminum supponentem habere respectum, & ad significatum pro quo supponit, & ad verbum, & ad signum quo modificatur: & penes huiusmodi respectus diuersimodè diuiditur suppositio. Igitur respectu significati, diuiditur primò in suppositionem propriam & impropriam. Cuius definitiones clarissimæ sunt in textu ex his, quæ dicta sunt in cap. de significare. Nam quãdo terminus accipitur pro re, quam propriè significat, suppositio est propria: quando verò accipitur pro re, quam impropriè significat: tunc suppositio est impropria. Exempli gratia, subiectum huius: leo est animal rugibile, supponit propriè: quia illud animal pro quo accipitur, propriè est leo: sed illic, vicit leo de tribu Iuda, supponit impropriè: quia Christus pro quo accipitur, impropriè est leo. Ex quo sequitur quòd non conuertuntur suppositio impropria & suppositio figuratiua, quam grammatici vocant tropum, & dialectici suppositionem tropologicam. Primo, quia non omnis suppositio impropria est figuratiua. Nulla enim est figura quòd homo accipiatur pro imagine hominis, aut Venus pro imagine Veneris: & tamen illa est impropria suppositio: licet oppositum dixerimus in priori editione, quia imago hominis impropriè est homo. Dicatur ergo illa suppositio analogica. Rursus, neq; è conuerso omnis figurata suppositio est impropria: quia Onomatopœia: quod est nomen de sono factum: vt clamorq; virûm, clangorq; tubarum, non est impropria suppositio: sonitus enim tubæ propriè est clangor: & tamen est figurata loquutio. Imò Antonomasia nõ est impropria suppositio: vt iam nunc constabit.

Sex diuisiones suppositiõis.

No.2. *Subdiuidunt suppositionem impro-*priam per omnes species figuratæ loquutionis. Prima species suppositionis impropriæ est metaphorica suppositio, quæ est acceptio termini pro aliquo: ad quod ex vsu trãsfertur propter aliquam similitudinem: vt cũ ly auriga, quod significat gubernatorẽ currus, accipitur pro nauta: aut ly leo, pro feroci homine. Ex vsu, inquàm, quia vt sit metaphora requiritur, quod sit quasi noua impositio & translatio termini ad aliud significatum: metaphora enim idem est quod translatio. Quare ly leo, quando supponit pro leone picto non est metaphora: quia ex sua prima impositione consequitur vt significet picturam & non est noua significatio, sicut quando accipitur pro homine feroci. Secunda species est suppositio catachrestica, quæ est acceptio termini pro aliquo ad quod cõtra vsum vsurpatur: est enim catachrẽsis, latinè, contra vsum, seu vsurpatio nominis alieni: vt quando parricida accipitur pro occisore fratris: quia illius non est nomen proprium. Tertia species est suppositio metaleptica, quæ est acceptio termini pro aliquo ad quod transfertur ex præcedentibus & consequentibus: est enim metalepsis, transsumptio, vt, post aliquot mea regna vidẽs mirabor aristas: vbi arista accipitur pro anno. Quarta species est metonymica suppositio: quæ est acceptio termini pro aliquo propter affinitatem cũ suo significato: est enim metonymia, latinè transnominatio, vt cùm nomen continentis accipitur pro contento: vt patera pro vino: aut nomen inuentoris pro re inuenta, vt Ceres pro fruge: & Bacchus pro vino: vt sine Cerere & Baccho friget Venus. Quĩta species est synecdoche, quæ est acceptio termini pro aliquo quod comprehensim illo nomine intelligitur: est enim synecdoche, comprehensoria intellectio: quando nomen plus minusue significat eo pro quo accipitur, vt ibi, ingens à vertice pontus In puppim ferit: vbi põtus, quod est nomen maris accipitur pro aqua, quæ est pars: & è diuerso nomen puppis pro tota naui. Sextam speciem addunt Antonomasiam: (quæ latinè sonat pronominatio) quãdo nomen commune accipitur tanquàm propriũ. Vnde suppositio antonomatica est acceptio termini communis pro digniori significato, virtute subsequentis orationis: vt subiectum huius, Philosophus credidit mundum fuisse ab æterno, accipitur pro Aristotele. Vnde duo requiruntur, vt terminus supponat antonoma

Suppositio impropria multiplex.

diximus requiri, terminum verificari ad hoc quod supponat, nisi quatenus est signũ existentiæ illius rei pro qua terminus accipitur. Et ideo sufficit ad hoc quòd illud prædicatũ supponat, q res significata verè existat, vel q ita est nũc sicut significaretur per illam propositionem, hoc est non demõstratum. Nunc inquam, quando non est illa propositio nec demonstratur aurũ: licet illa propositio quãdo existit nunq̃ potest esse vera: quia se falsificat. Et ideo si verificari accipiatur pro prædicari in propositione, quæ existit vera, illud prædicatũ supponit & non verificatur: quia habet non verificationem annexam. Et è conuerso (vt hoc concedamus lusui puerorum) datur terminus qui verificatur & non supponit: quia habet non suppositionem annexã: vt prædicatum huius propositionis, termini non supponentes sunt plures quàm supponentes, casu, quo præter hãc propositionem, solùm sit in mundo alius terminus supponens: vt ly, Deus: & alij duo non supponentes, vt ly, chimæra, & ly, vacuum. Nam vel illud prædicatum supponit vel non: si non supponit, ergo sunt tres termini non supponentes, scilicet illud prædicatum, & ly chimæra, & ly, vocum: & duo tantùm supponentes, vt subiectum, & ly Deus: ex quo sequitur q illa propositio est vera: nam ita est q termini non supponentes sunt plures q̃ supponentes: & sic habetur, quòd illud prædicatum verificatur & non supponit. Si detur quòd supponit: ergo vel supponit pro terminis supponentibus, & hoc non: quia falsum est dicere, quòd termini supponentes sunt plures q̃ supponentes, si pro non supponẽtibus: ergo ita est sicut per illam propositionem significatur, termini non supponentes sunt plures q̃ supponentes. Et cùm præter prædicatum nõ sint nisi alij duo termini non supponentes. & duo supponentes, sequitur quòd ipsum non supponat, ad hoc quòd non supponentes sint plures: & sic ex hoc quòd supponat, sequitur quòd non supponat. Ita solent ineptire sophistæ.

Caput decimum.



Vppositionũ alia propria, alia impropria. Suppositio propria, est acceptio termini pro aliquo, q propriè significat: vt quãdo leo accipitur p vero leõe. Suppositio impropria, est acceptio termini pro aliquo. quod impropriè significat, vt quãdo leo accipitur pro feroci homine. Mox suppositionum, quæ propriæ sunt alia materialis, alia simplex & alia personalis. Suppositio materialis, est acceptio termini pro se: vt accipitur subiectum huius, homo est nomẽ. Suppositio simplex, est acceptio termini pro aliquo quod primò per se: & formaliter significat: vt accipitur subiectum huius, homo est species. Suppositio personalis, est acceptio termini pro indiuiduis, quæ velut materialiter significat, vt accipitur subiectum huius, homo est animal. Deinde suppositionum personalium, alia naturalis: & alia accidentalis, Suppositio naturalis est acceptio termini p omnibus his, pro quibus aptus natus est accipi: vt accipitnr subiectũ huius, homo est animal rationale. Suppositio accidentalis, est acceptio termini pro his solùm de quibus verificatur secũdum exigẽtiam adiũcti verbi: vt accipitur subiectum huius, homo disputat. Præterea suppositionum accidentalium, alia communis & alia discreta. Suppositio communis, est acceptio termini communis: vt homo: Suppositio discreta, aut singularis, est acceptio termini discreti, aut communis cum p nomine demonstratiuo: vt Petrus, hic homo. Ad hæc suppositionum communium, alia determinata & alia cõfusa. Suppositio determinata, est acceptio termini communis indefinitè aut cum signo particulari: vt homo disputat, aliquis homo disputat. Suppositio cõfusa est acceptio termini com

communis cum signo vniuersali: vt extrema istarum, omnis homo est animal tantùm animal est homo. Atq; adeo postremò, suppositionum confusarum alia distributiua, quæ est acceptio termini distributi: vt subiectum vniuersalis & prædicatũ exclusiuè: & alia cõfusa tantũ, quæ est acceptio termini cõfusi & nõ distributi: vt subiectũ exclusiuè & prædicatum vniuersalis.

Lectio prima.

No.1. *Post definitionẽ suppositionis subsequũtur sex præcipuæ diuisiones.* Vbi notãdum terminum supponentem habere respectum, & ad significatum pro quo supponit, & ad verbum, & ad signum quo modificatur: & penes huiusmodi respectus diuersimodè diuiditur suppositio. Igitur respectu significati, diuiditur primò in suppositionem propriam & impropriam. Cuius definitiones clarissimæ sunt in textu ex his, quæ dicta sunt in cap. de significare. Nam quãdo terminus accipitur pro re, quam propriè significat, suppositio est propria: quando verò accipitur pro re, quam impropriè significat: tunc suppositio est impropria. Exempli gratia, subiectum huius: leo est animal rugibile, supponit propriè: quia illud animal pro quo accipitur, propriè est leo: sed illic, vicit leo de tribu Iuda, supponit impropriè: quia Christus pro quo accipitur, impropriè est leo. Ex quo sequitur quod non conuertuntur suppositio impropria & suppositio figuratiua, quam grammatici vocant tropum, & dialectici suppositionem tropologicam. Primo, quia non omnis suppositio impropria est figuratiua. Nulla enim est figura quòd homo accipiatur pro imagine hominis, aut Venus pro imagine Veneris: & tamen illa est impropria suppositio: licet oppositum dixerimus in priori editione, quia imago hominis impropriè est homo. Dicatur ergo illa suppositio analogica. Rursus, neq; è conuerso omnis figurata suppositio est impropria: quia Onomatopœia: quod est nomen de sono factum: vt clamorq; virûm, clangorq; tubarum, non est impropria suppositio: sonitus enim tubæ propriè est clangor: & tamen est figurata loquutio. Imò Antonomasia nõ est impropria suppositio: vt iam nunc constabit.

Sex diuisiones suppositiõis.

No.2. *Subdiuidunt suppositionem impropriam per omnes species figuratæ loquutionis.* Prima species suppositionis impropriæ est metaphorica suppositio, quæ est acceptio termini pro aliquo: ad quod ex vsu trãsfertur propter aliquam similitudinem: vt cũ ly auriga, quod significat gubernatorẽ currus, accipitur pro nauta: aut ly leo, pro feroci homine. Ex vsu, inquàm, quia vt sit metaphora requiritur, quod sit quasi noua impositio & translatio termini ad aliud significatum: metaphora enim idem est quod translatio. Quare ly leo, quando supponit pro leone picto non est metaphora: quia ex sua prima impositione consequitur vt significet picturam & non est noua significatio, sicut quando accipitur pro homine feroci. Secun da species est suppositio catachrestica, quæ est acceptio termini pro aliquo ad quod cõtra vsum vsurpatur: est enim catachresis, latinè, contra vsum, seu vsurpatio nominis alieni: vt quando parricida accipitur pro occisore fratris: quia illius non est nomen proprium. Tertia species est suppositio metaleptica, quæ est acceptio termini pro aliquo ad quod transfertur ex præcedentibus & consequentibus: est enim metalepsis, transsumptio, vt, post aliquot mea regna vidẽs mirabor aristas: vbi arista accipitur pro anno. Quarta species est metonymica suppositio: quæ est acceptio termini pro aliquo propter affinitatem cũ suo significato: est enim metonymia, latinè transnominatio, vt cùm nomen continentis accipitur pro contento: vt patera pro vino: aut nomen inuentoris pro re inuenta, vt Ceres pro fruge: & Bacchus pro vino: vt sine Cerere & Baccho friget Venus. Quĩta species est synecdoche, quæ est acceptio termini pro aliquo quod comprehensim illo nomine intelligitur: est enim synecdoche, comprehensoria intellectio: quando nomen plus minusue significat eo pro quo accipitur, vt ibi, ingens à vertice pontus In puppim ferit: vbi põtus, quod est nomen maris accipitur pro aqua, quæ est pars: & è diuerso nomen puppis pro tota naui. Sextam speciem addunt Antonomasiam: (quæ latinè sonat pronominatio) quãdo nomen commune accipitur tanquàm propriũ. Vnde suppositio antonomatica est acceptio termini communis pro digniori significato, virtute subsequentis orationis: vt subiectum huius, Philosophus credidit mundum fuisse ab æterno, accipitur pro Aristotele. Vnde duo requiruntur, vt terminus supponat antonoma

Suppositio impropria multiplex.

diximus requiri, terminum verificari ad hoc quod supponat, nisi quatenus est signũ existentiæ illius rei pro qua terminus accipitur. Et ideo sufficit ad hoc quòd illud prædicatũ supponat, quòd res significata verè existat, vel quòd ita est nũc sicut significaretur per illam propositionem, hoc est non demõstratum. Nunc inquam, quando non est illa propositio nec demonstratur aurũ: licet illa propositio quãdo existit nunquam potest esse vera: quia se falsificat. Et ideo si verificari accipiatur pro prædicari in propositione, quæ existit vera, illud prædicatũ supponit & non verificatur: quia habet non verificationem annexam. Et è conuerso (vt hoc concedamus lusui puerorum) datur terminus qui verificatur & non supponit: quia habet non suppositionem annexã: vt prædicatum huius propositionis, termini non supponentes sunt plures quàm supponentes, casu, quo præter hãc propositionem, solùm sit in mundo alius terminus supponens: vt ly, Deus: & alij duo non supponentes, vt ly, chimæra, & ly, vacuum. Nam vel illud prædicatum supponit vel non: si non supponit, ergo sunt tres termini non supponentes, scilicet illud prædicatum, & ly chimæra, & ly, vocum: & duo tantùm supponentes, vt subiectum, & ly Deus: ex quo sequitur quòd illa propositio est vera: nam ita est quòd termini non supponentes sunt plures quàm supponentes: & sic habetur, quòd illud prædicatum verificatur & non supponit. Si detur quòd supponit: ergo vel supponit pro terminis supponentibus, & hoc non: quia falsum est dicere, quòd termini supponentes sunt plures quàm supponentes, si pro non suppon͂etibus: ergo ita est sicut per illam propositionem significatur, termini non supponentes sunt plures quàm supponentes. Et cùm præter prædicatum nõ sint nisi alij duo termini non supponentes. & duo supponentes, sequitur quòd ipsum non supponat, ad hoc quòd non supponentes sint plures: & sic ex hoc quòd supponat, sequitur quòd non supponat. Ita solent ineptire sophistæ.

Caput decimum.



Suppositionũ alia propria, alia impropria. Suppositio propria, est acceptio termini pro aliquo, quod propriè significat: vt quãdo leo accipitur pro vero leõe. Suppositio impropria, est acceptio termini pro aliquo. quod impropriè significat, vt quãdo leo accipitur pro feroci homine. Mox suppositionum, quæ propriæ sunt alia materialis, alia simplex & alia personalis. Suppositio materialis, est acceptio termini pro se: vt accipitur subiectum huius, homo est nomẽ. Suppositio simplex, est acceptio termini pro aliquo quod primò per se: & formaliter significat: vt accipitur subiectum huius, homo est species. Suppositio personalis, est acceptio termini pro indiuiduis, quæ velut materialiter significat, vt accipitur subiectum huius, homo est animal. Deinde suppositionum personalium, alia naturalis: & alia accidentalis, Suppositio naturalis est acceptio termini pro omnibus his, pro quibus aptus natus est accipi: vt accipitnr subiectũ huius, homo est animal rationale. Suppositio accidentalis, est acceptio termini pro his solùm de quibus verificatur secũdum exigẽtiam adiũcti verbi: vt accipitur subiectum huius, homo disputat. Præterea suppositionum accidentalium, alia communis & alia discreta. Suppositio communis, est acceptio termini communis: vt homo: Suppositio discreta, aut singularis, est acceptio termini discreti, aut communis cum pronomine demonstratiuo: vt Petrus, hic homo. Ad hæc suppositionum communium, alia determinata & alia cõfusa. Suppositio determinata, est acceptio termini communis indefinitè aut cum signo particulari: vt homo disputat, aliquis homo disputat. Suppositio cõfusa est acceptio termini com

communis cum signo vniuersali: vt extrema istarum, omnis homo est animal tantùm animal est homo. Atque adeo postremò, suppositionum confusarum alia distributiua, quæ est acceptio termini distributi: vt subiectum vniuersalis & prædicatũ exclusiuè: & alia cõfusa tantũ, quæ est acceptio termini cõfusi & nõ distributi: vt subiectũ exclusiuè & prædicatum vniuersalis.

Lectio prima.

No.1. Sex diuisiones suppositiõis.

Post definitionẽ suppositionis subsequũtur sex præcipuæ diuisiones. Vbi notã dum terminum supponentem habere respectum, & ad significatum pro quo supponit, & ad verbum, & ad signum quo modificatur: & penes huiusmodi respectus diuersimodè diuiditur suppositio. Igitur respectu significati, diuiditur primò in suppositionem propriam & impropriam. Cuius definitiones clarissimæ sunt in textu ex his, quæ dicta sunt in cap. de significare. Nam quãdo terminus accipitur pro re, quam propriè significat, suppositio est propria: quando verò accipitur pro re, quam impropriè significat: tunc suppositio est impropria. Exempli gratia, subiectum huius: leo est animal rugibile, supponit propriè: quia illud animal pro quo accipitur, propriè est leo: sed illic, vicit leo de tribu Iuda, supponit impropriè: quia Christus pro quo accipitur, impropriè est leo. Ex quo sequitur quòd non conuertuntur suppositio impropria & suppositio figuratiua, quam grammatici vocant tropum, & dialectici suppositionem tropologicam. Primo, quia non omnis suppositio impropria est figuratiua. Nulla enim est figura quòd homo accipiatur pro imagine hominis, aut Venus pro imagine Veneris: & tamen illa est impropria suppositio: licet oppositum dixerimus in priori editione, quia imago hominis impropriè est homo. Dicatur ergo illa suppositio analogica. Rursus, neq; è conuerso omnis figurata suppositio est impropria: quia Onomatopœia: quod est nomen de sono factum: vt clamorq; virûm, clangorq; tubarum, non est impropria suppositio: sonitus enim tubæ propriè est clangor: & tamen est figurata loquutio. Imò Antonomasia nõ est impropria suppositio: vt iam nunc constabit.

No.2. Suppositio impropria multiplex.

Subdiuidunt suppositionem impro- priam per omnes species figuratæ loquutionis. Prima species suppositionis impropriæ est metaphorica suppositio, quæ est acceptio termini pro aliquo: ad quod ex vsu trãsfertur propter aliquam similitudinem: vt cũ ly auriga, quod significat gubernatorẽ curru s, accipitur pro nauta: aut ly leo, pro feroci homine. Ex vsu, inquàm, quia vt sit metaphora requiritur, quod sit quasi noua impositio & translatio termini ad aliud significatum: metaphora enim idem est quod translatio. Quare ly leo, quando supponit pro leone picto non est metaphora: quia ex sua prima impositione consequitur vt significet picturam & non est noua significatio, sicut quando accipitur pro homine feroci. Secunda species est suppositio catachrestica, quæ est acceptio termini pro aliquo ad quod cõtra vsum vsurpatur: est enim catachrẽsis, latinè, contra vsum, seu vsurpatio nominis alieni: vt quando parricida accipitur pro occisore fratris: quia illius non est nomen proprium. Tertia species est suppositio metaleptica, quæ est acceptio termini pro aliquo ad quod transfertur ex præcedentibus & consequentibus: est enim metalepsis, transsumptio, vt, post aliquot mea regna vidẽs mirabor aristas: vbi arista accipitur pro anno. Quarta species est metonymica suppositio: quæ est acceptio termini pro aliquo propter affinitatem cũ suo significato: est enim metonymia, latinè transnominatio, vt cùm nomen continentis accipitur pro contento: vt patera pro vino: aut nomen inuentoris pro re inuenta, vt Ceres ꝓ fruge: & Bacchus pro vino: vt sine Cerere & Baccho friget Venus. Quĩta species est synecdoche, quæ est acceptio termini pro aliquo quod comprehensim illo nomine intelligitur: est enim synecdoche, comprehensoria intellectio: quando nomen plus minusue significat eo pro quo accipitur, vt ibi, ingens à vertice pontus In puppim ferit: vbi põtus, quod est nomen maris accipitur pro aqua, quæ est pars: & è diuerso nomen puppis pro tota naui. Sextam speciem addunt Antonomasiam: (quæ latinè sonat pronominatio) quãdo nomen commune accipitur tanquàm propriũ. Vnde suppositio antonomatica est acceptio termini communis pro digniori significato, virtute subsequentis orationis: vt subiectum huius, Philosophus credidit mundum fuisse ab æterno, accipitur pro Aristotele. Vnde duo requiruntur, vt terminus supponat anto

diximus requiri, terminum verificari ad hoc quod supponat, nisi quatenus est signū existentiæ illius rei pro qua terminus accipitur. Et ideo sufficit ad hoc quòd illud prædicatū supponat, ꝙ res significata verè existat, vel ꝙ ita est nūc sicut significaretur per illam propositionem, hoc est non demōstratum. Nunc inquam, quando non est illa propositio nec demonstratur aurū: licet illa propositio quādo existit nunq̄ potest esse vera: quia se falsificat. Et ideo si verificari accipiatur pro prædicari in propositione, quæ existit vera, illud prædicatū supponit & non verificatur: quia habet non verificationem annexam. Et è conuerso (vt hoc concedamus lusui puerorum) datur terminus qui verificatur & non supponit: quia habet non suppositionem annexā: vt prædicatum huius propositionis, termini non supponentes sunt plures quàm supponentes, casu, quo præter hāc propositionem, solùm sit in mundo alius terminus supponens: vt ly, Deus: & alij duo non supponentes, vt ly, chimæra, & ly, vacuum. Nam vel illud prædicatum supponit vel non: si non supponit, ergo sunt tres termini non supponentes, scilicet illud prædicatum, & ly chimæra, & ly, vocum: & duo tantùm supponentes, vt subiectum, & ly Deus: ex quo sequitur ꝙ illa propositio est vera: nam ita est ꝙ termini non supponentes sunt plures q̄ supponentes: & sic habetur, quòd illud prædicatum verificatur & non supponit. Si detur quòd supponit: ergo vel supponit pro terminis supponentibus, & hoc non: quia falsum est dicere, quòd termini supponentes sunt plures q̄ supponentes, si pro non supponētibus: ergo ita est sicut per illam propositionem significatur, termini non supponentes sunt plures q̄ supponentes. Et cùm præter prædicatum nō sint nisi alij duo termini non supponentes. & duo supponentes, sequitur quòd ipsum non supponat, ad hoc quòd non supponentes sint plures: & sic ex hoc quòd supponat, sequitur quòd non supponat. Ita solent ineptire sophistæ.

Caput decimum.



SVppositionū alia propria, alia impropria. Suppositio propria, est acceptio termini pro aliquo, q̄ propriè significat: vt quādo leo accipitur ꝓ vero leōe. Suppositio impropria, est acceptio termini pro aliquo. quod impropriè significat, vt quādo leo accipitur pro feroci homine. Mox suppositionum, quæ propriæ sunt alia materialis, alia simplex & alia personalis. Suppositio materialis, est acceptio termini pro se: vt accipitur subiectum huius, homo est nomē. Suppositio simplex, est acceptio termini pro aliquo quod primò per se: & formaliter significat: vt accipitur subiectum huius, homo est species. Suppositio personalis, est acceptio termini pro indiuiduis, quæ velut materialiter significat, vt accipitur subiectum huius, homo est animal. Deinde suppositionum personalium, alia naturalis: & alia accidentalis, Suppositio naturalis est acceptio termini ꝓ omnibus his, pro quibus aptus natus est accipi: vt accipitnr subiectū huius, homo est animal rationale. Suppositio accidentalis, est acceptio termini pro his solùm de quibus verificatur secūdum exigētiam adiūcti verbi: vt accipitur subiectum huius, homo disputat. Præterea suppositionum accidentalium, alia communis & alia discreta. Suppositio communis, est acceptio termini communis: vt homo: Suppositio discreta, aut singularis, est acceptio termini discreti, aut communis cum ꝓ nomine demonstratiuo: vt Petrus, hic homo. Ad hæc suppositionum communium, alia determinata & alia cōfusa. Suppositio determinata, est acceptio termini communis indefinitè aut cum signo particulari: vt homo disputat, aliquis homo disputat. Suppositio cōfusa est acceptio termini com

communis cum signo vniuersali: vt extrema istarum, omnis homo est animal tantùm animal est homo. Atq; adeo postremò, suppositionum confusarum alia distributiua, quæ est acceptio termini distributi: vt subiectum vniuersalis & prædicatũ exclusiuè: & alia cõfusa tantũ, quæ est acceptio termini cõfusi & nõ distributi: vt subiectũ exclusiuè & prædicatum vniuersalis.

Lectio prima.

No.1. Sex diuisiones suppositiõis. *Post definitionẽ suppositionis subsequũtur* sex præcipuæ diuisiones. Vbi notã dum terminum supponentem habere respectum, & ad significatum pro quo supponit, & ad verbum, & ad signum quo modificatur: & penes huiusmodi respectus diuersimodè diuiditur suppositio. Igitur respectu significati, diuiditur primò in suppositionem propriam & impropriam. Cuius definitiones clarissimæ sunt in textu ex his, quæ dicta sunt in cap. de significare. Nam quãdo terminus accipitur pro re, quam propriè significat, suppositio est propria: quando verò accipitur pro re, quam impropriè significat: tunc suppositio est impropria. Exempli gratia, subiectum huius: leo est animal rugibile, supponit propriè: quia illud animal pro quo accipitur, propriè est leo: sed illic, vicit leo de tribu Iuda, supponit impropriè: quia Christus pro quo accipitur, impropriè est leo. Ex quo sequitur quòd non conuertuntur suppositio impropria & suppositio figuratiua, quam grammatici vocant tropum, & dialectici suppositionem tropologicam. Primo, quia non omnis suppositio impropria est figuratiua. Nulla enim est figura quòd homo accipiatur pro imagine hominis, aut Venus pro imagine Veneris: & tamen illa est impropria suppositio: licet oppositum dixerimus in priori editione, quia imago hominis impropriè est homo. Dicatur ergo illa suppositio analogica. Rursus, neq; è conuerso omnis figurata suppositio est impropria: quia Onomatopœia: quod est nomen de sono factum: vt clamorq; virûm, clangorq; tubarum, non est impropria suppositio: sonitus enim tubæ propriè est clangor: & tamen est figurata loquutio. Imò Antonomasia nõ est impropria suppositio: vt iam nunc constabit.

No.2. Suppositio impropria multiplex. *Subdiuidunt suppositionem impro*priam per omnes species figuratæ loquutionis. Prima species suppositionis impropriæ est metaphorica suppositio, quæ est acceptio termini pro aliquo: ad quod ex vsu trãsfertur propter aliquam similitudinem: vt cũ ly auriga, quod significat gubernatorẽ currus, accipitur pro nauta: aut ly leo, pro feroci homine. Ex vsu, inquàm, quia vt sit metaphora requiritur, quod sit quasi noua impositio & translatio termini ad aliud significatum: metaphora enim idem est quod translatio. Quare ly leo, quando supponit pro leone picto non est metaphora: quia ex sua prima impositione consequitur vt significet picturam & non est noua significatio, sicut quando accipitur pro homine feroci. Secunda species est suppositio catachrestica, quæ est acceptio termini pro aliquo ad quod cõtra vsum vsurpatur: est enim catachresis, latinè, contra vsum, seu vsurpatio nominis alieni: vt quando parricida accipitur pro occisore fratris: quia illius non est nomen proprium. Tertia species est suppositio metaleptica, quæ est acceptio termini pro aliquo ad quod transfertur ex præcedentibus & consequentibus: est enim metalepsis, transsumptio, vt, post aliquot mea regna vidẽs mirabor aristas: vbi arista accipitur pro anno. Quarta species est metonymica suppositio: quæ est acceptio termini pro aliquo propter affinitatem cũ suo significato: est enim metonymia, latinè transnominatio, vt cùm nomen continentis accipitur pro contento: vt patera pro vino: aut nomen inuentoris pro re inuenta, vt Ceres pro fruge: & Bacchus pro vino: vt sine Cerere & Baccho friget Venus. Quĩta species est synecdoche, quæ est acceptio termini pro aliquo quod comprehensum illo nomine intelligitur: est enim synecdoche, comprehensoria intellectio: quando nomen plus minusue significat eo pro quo accipitur, vt ibi, ingens à vertice pontus In puppim ferit: vbi põtus, quod est nomen maris accipitur pro aqua, quæ est pars: & è diuerso nomen puppis pro tota naui. Sextam speciem addunt Antonomasiam: (quæ latinè sonat pronominatio) quãdo nomen commune accipitur tanquàm propriũ. Vnde suppositio antonomastica est acceptio termini communis pro digniori significato, virtute subsequentis orationis: vt subiectum huius, Philosophus credidit mundum fuisse ab æterno, accipitur pro Aristotele. Vnde duo requiruntur, vt terminus supponat antonoma

nomaticè. Primum, quod habeat formam nominis communis, quia si diceres, hic philosophus credidit mundum fuisse ab ęterno, demonstrato Aristote. non supponeret antonomaticè. Secundò, requiritur quòd ex vsu ratione sequentis orationis accipiatur solùm pro digniori: quia subiectum huius, philosophus non patitur animi perturbationes, nõ accipitur antonomaticè, supponit enim communiter pro omnibus philosophis. Sed tamen suppositio antonomatica non est impropria, quia non est translatio ad nouum significatum: imò Aristote. propriè est philosophus, sed est vsurpatio nominis communis pro singulari. Sed hæc ad grammaticum attinent.

No.3. Dubium. *Dubium autem, quod potest dialectico* suboriri, hoc potissimum est: vtrum huiusmodi improprię suppositiones solùm sint in voce, & non eodem modo in mente. Et præcipuum argumentum ex vtraq; parte est varius modus concipiendi. Sunt enim qui quando legunt, verbi gratia, vicit leo de tribu Iuda, videntur sibi concipere, non conceptũ leonis: sed proprium conceptum Christi. Et quando audiunt, sanctus Petrus est in cœlo, formant conceptum animæ sancti Petri. Et quãdo audiunt, philosophus dixit mundum fuisse ab ęterno, formant proprium conceptum Aristote. Et secundùm istos non reperiuntur in mente suppositiones impropriæ.

Sunt autem qui aliter sibi videntur concipere quando audiunt illas propositiones. Et quanquam possit hoc ad vtrumlibet problematicè sustineri, prout quilibet sibi videbitur concipere: tamen verisimilius est mihi quòd sunt in mente huiusmodi impropriæ suppositiones. Nam certè quando lego, vicit leo de tribu Iuda, videor mihi formare conceptum proprium leonis. Et quando audio, sanctus Petrus est in cœlo, videor mihi formare conceptum sancti Petri, licèt postea per discursum aliquandò formem conceptum Christi. Et maximè apparet quando lego, post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Certè formo conceptum aristæ & non anni. Quare in mente conceptus leonis accipitur pro Christo: & conceptus sancti Petri pro anima. &c.

No.4. *Sed est argumentum contra hoc*

Cõceptus leonis nullo modo significat Christum: quia solùm est naturalis similitudo leonis: & dato quòd leo habeat similitudinem cum Christo in fortitudine: tamen conceptus ille non significat leonem sub illa ratione: qua est similis Christo: sicut diximus in capit. de termino vniuo. & æquiuo. quòd cõceptus hominis non significat hominem pictum: vel aliàs ille conceptus deberet significare æquiuocè: quod est impossibile: vt suprà probauimus. Et si ille conceptus non significat Christum, nõ potest accipi pro illo Et sic sequitur, quòd ly leo, non accipitur pro Christo, nisi mediante conceptu Christi, & idem est de aliis. Et confir. Istę propositiones, philosophus dicit mũdum fuisse ab ęterno, philosophus non dixit &c. sunt contradictorię. ergo subiectum est conceptus singularis Aristote. Ad argumentum concedo quòd conceptus leonis non significat Christũ, sed nihilominus accipitur pro illo impropriè propter similitudinem quã habet cũ suo significato. Et eodẽ modo cõceptus sãcti Petri accipitur pro anima impropriè: quia est pars sui significati. Eodẽ modo respondetur ad confirmationem: quòd subiectum illarum cõtradictoriarum est communis conceptus philosophorum: sed ex vsu accipitur singulariter pro Aristo. At si quis maluerit sequi contrariam opinionem, non veto.

Lectio secunda.

*Secũdò diuiditur suppositio pro*pria itidem ex parte significati, in materialẽ, simplicem, & personalem. Suppositio materialis est acceptio termini pro se vt homo est nomen, blitiri est trisylabum. Pro se inquam aut pro sibi similibus terminis: nam subiectũ huius, homo est nomẽ, supponit etiam communiter pro similibus vocibus & scripturis. Et suppositio materialis est quidẽ propria, licèt alicui videatur terminum non significare se propriè: adnotauimus enim in c. de significare, quòd licet res, quæ non sunt termini nullo modo significent se: quia non sunt signa nec nomina sui: tamen voces, & scripturæ, etiam non significatiuę, hoc habent proprium, quòd quando supponunt pro se, tunc accipiuntur tanquam propria nomina imposita ad significandum se, quia non habent alia nomina propria. Vt cùm dicimus. b. non est. c. accipimus pro hac oratione. be, non est ce, quę constat ex nominibus literarum. Et vocatur hæc suppositiò materialis, eo quòd forma termini est significatio. Et ideo quando non tenetur significatiuè, non tenetur formaliter: sed materialiter.

No. 1. Suppositio propria multiplex.

Et

No.2. *Et solent constitui tres regulæ ad* cognoscendum, quãdo terminus supponit materialiter. Prima. Omnis terminus non significatiuus supponit materialiter: vt subiectum huius, blitiri est trisyllabum, Sed contra: In illo articulo temporis antequam Adã daret nomina rebus, vel antequam ipse vocaretur Adam, ly Adam, erat vox non significatiua, & tamen in hac propositione, hoc erit Adam, demonstrato primo parente, supponebat personaliter. quia in futuro erat significatura illum hominem: ergo regula falsa. Ad argumentum negatur, quod: ly, Adã, tunc supponeret personaliter: quia illa non erat vera, tunc nisi in hoc sensu, hoc vocabitur Adam: vbi ly, Adam, stat materialiter.

Regulæ suppositiõis materialis.

Secunda regula. Terminus determinatus signo materialitatis stat materialiter. Signa materialitatis sunt, hic terminus, hæc dictio, cæteraque id genus. Et hoc signum, ly. Et est notandum quòd qui audit ly homo, est vox, non necesse habet in mente concipere illam syllabã ly, sed illa syllaba vocalis facit quòd audiens formet conceptum non vltimatum iliius vocis, homo. Est nihilominus aliquando actus illius particulæ in mente, faciens cõceptum supponere materialiter pro se: vt si materialiter dicas, ly, homo, est conceptus. Nec inde sequitur, vt aliqui putant, conceptum cadere à sua significatione: sicut nec in voce, propterea quòd ly. homo, teneatur materialiter, desinit significare: sed solùm sequitur quòd tunc non accipitur pro suo significato. Tertia regula est. Omnis terminus qui subiicitur respectu prędicati secundę intentionis supponit materialiter: vt homo est nomen, homo est terminus. &c. Sed hęc sępissime deficit. In primis ponendo suppositionem simplicem, subiectum huius, homo est species, non supponit materialiter. Et extra suppositionem simplicem: subiecta istarum, homo est definitum remotum, canis latrabilis & marinus sunt æquiuoca æquiuocata, supponunt personaliter: & tamen prędicata sunt secundæ intentionis. Et subiecta istarum, omne nomen est terminus, omnis syllogismus est propositio, qualitas mentis est terminus mentalis, omnia supponunt personaliter, & prædicata sunt secũdæ intentionis. Et in negatiuis etiam deficit regula: vt nomen non est verbum, propositio non est terminus, in quibus subiecta supponunt personaliter. Et è conuerso, licet prædicatum nõ sit secundæ intentionis, facit aliquãdo subiectum supponere materialiter: vt si dicas, homo est vox, homo est atramentum, homo profertur. &c. Et ideo non est certa regula. Sed exactiùs statueretur hoc modo. Quando prædicatũ significat terminum solum & non res, tunc vt plurimùm subiectum supponit materialiter: vt, homo est vox, homo est nomen, homo est atramentum: quia prædicata non prædicãtur de re, quę est homo, sed de voce aut scriptura. Sed si dicas: sonus est vox, illic subiectum supponit personaliter: quia prædicatum est commune ad ly, sonus, & ad suũ significatum: vel potest vtroq; modo supponere: sicut in hac, vox est nomẽ. Nõ est ergo de hoc exacta regula. Et ideo in dubiis meli⁹ est designare suppositionẽ materialem per signum materialitatis.

Argu.2 *Sed contra definitionem suppositionis materialis arguitur.* Subiectum huius propositionis, Petrus & Paulus sunt termini discreti, supponit materialiter: quia prædicatum est secundę intentionis: & tamen non supponit pro se: quia ly, & non supponit pro se: ergo definitio nulla. Negatur maior argumenti. Imo ly, &, non stat materialiter quia prædicatum non supponit pro toto aggregato: sed solùm pro partibus duabus coniunctis per ly, &: illi enim sunt termini discreti, & ly &, vnit illas partes. Sed si dicas Petrus & Paulus sunt terminus complexus, vbi prædicatum supponit pro toto complexo: tunc totum subiectum supponit materialiter, etiam ly &. Sed tunc est argumentum: Si ly &, tenetur materialiter, non vnit illas partes, & ideo nec faciunt vnum complexũ. Negatur ly, &, non vnire illas partes, licèt teneatur materialiter: sed solũ sequitur, quòd non vnit secundum quod materialiter tenetur: Quemadmodum si dicas, homo est animal, est propositio, ly est, in primo loco materialiter tenetur: sed nõ sequitur inde quod non vniat illa extrema: quia non perdit suã significationem, sicut ly. homo, in hac, homo non est nomen, verè significat, licèt non accipitur pro suo significato.

No.3. *Suppositio simplex. &c. Petrus hispanus* suppositionem simplicem dixit esse acceptionem termini communis pro re vniuersali. Hæc tamen definitio non conuenit suppositioni simplici termini singularis, vt supponit subiectum huius, Petrus est indiuiduum. Et ideo iuxta etymologiam nominis, suppositio simplex est acceptio termini pro eo, quod primò, per se, & formaliter significat

Suppositio simplex,

gnificat:hoc enim sonat simpliciter. Vbi ad notandum est quod ly. homo, primò & per se & formaliter non significat Petrum aut Paulum: sed hominem in vniuersali: indiuidua verò, vt Petrum & Paulũ significat quasi secundariò & materialiter tamquam supposita naturæ humanæ quodammodo: vt ly album, significat formaliter albedinem, & materialiter corpus quod habet albedinem. Et ideo subiectum huius, homo est sp ies, quia accipitur pro homine in vniuersali, vt est communis pluribꝰ, accipitur simpliciter: Sed in hac, homo disputat: quia accipitur ꝑ indiuiduis accipitur personaliter. Vnde suppositio personalis est acceptio termini pro indiuiduis. Et hoc sonat nomen personalis, id est, pro personis.

Argu.2. *At contra istam suppositionem simplicem arguitur*, Nulla est natura humana communis Petro & Paulo, & cæteris indeuiduis: ergo nulla est suppositio simplex: Antecedens est manifestum & oppositum est figmentum Platonicorum. Et consequentia probatur, quia si natura nõ distinguitur â suppositis: non est differentia inter suppositionem simplicem & personalem. Non facimus hoc argumentum, vt disputemus an sit aliqua natura specifica aliquo modo distincta à suppositis, In prædicabilibus enim latiùs videbitur hoc: sed vt videamus quòd siue distinguatur, siue non, nõ est suppositio simplex pro quorundam libito à scholis excludenda. Dicunt enim non nulli Nominalium in hac propositione, homo est species, subiectum accipi materialiter, pro seipso. Itaq; termini ipsi sunt species & genera & indiuidua, Nam genus est, quod prædicatur de pluribus differentibus specie, Et species, quod prędicatur de pluribus differentibus numero. Et termini, ipsi dicunt, sunt qui prædicantur non res. Sed contra istorum opinionem arguitur: Quando dicimus, homo est species dignissima animalium, animal est genus viuentium, reubarbum est species herbæ, quæ purgat choleram: re vera non intelligimus illum terminum homo, esse dignissimam speciem, nec ly animal, esse genus viuentium, nec quòd ly, reubarbum, purgat choleram, sed illud de rebus manifestè intelligimus. Secũdò, quamquam termini prædicentur (ꝙ non est negandum) tamen prędicantur loco rerum, nam diximus accipi pro rebus: vt dicit Aristote. 1. Elencho. ergo quãquam ly homo, prędicetur de petro in hac, Petrus est homo, non tamen est sensus, quod ly, Petrus, est ly, homo, sed quòd res quæ est Petrus, est res quæ est homo: & ita res ipsæ pro quibus termini accipiuntur sunt genera, species & Indiuidua. Sed termini potiùs dicuntur termini generici aut specifici, vt latiùs videbimus in prędicabilibus: quãquam aliquãdo sum mulistæ terminum appellent genus: vt quãdo diximus in definitione nominis ly, vox, ponitur loco generis. Vnde ad argumentũ concedimus quòd nulla est natura communis pluribus (vt dicebat Plato) nihilominus differunt suppositio simplex & personalis hoc modo: quod licèt subiecta istarum, homo est species, omnis homo est animal, supponãt pro eodem, tamen subiectum primæ supponit pro homine in quantum cognoscitur actu vel aptitudine per illum conceptum homo, ideo illud subiectum supponit imobiliter: quia nec licet sub illo descendere nec syllogizare. Non enim sequitur, homo est species, Pètrus est homo: ergo Petrus est species Nec sequitur, animal est genus, homo est animal: ergo homo est genus. Nam prædicatum species, significat hominem appellando proprium conceptum hominis: quod est dicere, Non verificatur de illo nisi mediante illo cõceptu homo. Eodem modo sub subiecto huius, Petrus est indiuiduum, non licet subsumere, Petrus est homo: ergo homo est indiuiduum: nam etiam, ly, Petrus, accipitur pro suo formali significato. i. pro Petro inquantum cognoscitur illo conceptu, Petrus. Vnde in omnibus illis consequentiis variatur appellatio. Sed in ista, omnis homo est animal, nulla est talis appellatio: sed licet descendere ad indiuidua. An verò liceat descendere sub termino supponente simpliciter, seruãdo eãdem appellationem, videbitur in capit. de ascensu: & in de appellatione.

Lectio tertia.

Not. *Tertiò diuiditur suppositio personalis* respectu verbi in naturalem, & accidentalem. Suppositio naturalis, est acceptio termini pro his omnibus pro quibus aptus natus est accipi: & ita definit Petrus hispanus sicut accipitur subiectũ huius, homo est animal rationale. Non enim accipitur solùm pro præsentibus, præteritis, aut futuris: sed ꝑ omnibus suis significatis. Quocunq; enim homine ad intellectum demonstrato: est necessarium, quòd sit animal rationale: etiam ante mundi creationem, quando nullus erat homo

Supposi tio naturalis.

homo. Suppositio accidentalis est acceptio termini, pro his solùm, de quibus verificatur secũdùm exigentiam verbi, vt accipitur sub-

Suppõ accidentalis. iectum huius, homo disputat, solùm pro præsentibus: & subiectum huius, homo disputauit, pro præsentibus & preteritis. Et subiectum huius, homo disputauit, pro præsentibus & futuris. Et vocatur illa naturalis, quia à propria significatione termini procedit: & hæc accidentalis, quia conuenit ei ab extrinseco, id est, ratione verbi,

No.2. *Sed dubium est quænam sit necessitas* asserendi istam suppositionẽ naturalem. Arguitur sic, verbum consignificat tempus, aut præsens aut præteritum &c. Ergo extrema huius propositionis, homo est animal rationale, solùm supponunt pro rebus, quæ sunt sicut extrema huius, omnis homo fuit animal rationale, pro rebus quę fuerunt, Sũt qui propter hoc argumentum gratis neganr suppositionem naturalem, sicut simplicem, contra communẽ modũ loquẽdi omniũ antiquorum. Contra quos arguitur: Illæ propositiones doctrinales ab omnibus antiquis concedũtur necessarię, etiã si nullus esset mũdus: scilicet omnis homo est animal rationale, omnis triãgulus habet tres angulos &c. Bonũ est qđ omnia appetũt. Et in hyeme ab omnibus conceditur, rosa est pulcherimus flos, quando nulla existit rosa. Quæ non possunt esse verę nisi terminus supponentibus naturaliter pro rebus non existentibus. Et Augustinus secundo de libe. arbit. capit. 8. Quicquid (inquit) corporis sensu veluti est hoc cœlum, & terra hæc, & quecunq; in eis alia corpora sentio, quandiu futura sunt nescio: septem autem & tria decem sunt, & non solùm nunc, sed etiam semper, nec aliquando septẽ & tria non fuerunt decem, nec aliquando septem & tria non erunt decem. Et quartò super Genesim ad literam cap. 7. Faciliùs (inquit) cœlum & terra transire possunt, quæ secundum numerum senarium fabricata sunt, quàm effici posit, vt senarius numerus suis partibus non compleatur. Et inferiùs: Si ista non essent, perfectus ille esset: nisi autem ille perfectus esset, ista secundum eum perfecta non fierent. Ecce septem & tria sunt decem, & numerus senarius est perfectus, sunt perpetuæ veritatis, etiam si mundus non esset: sed illæ, cœlum est, terra est non essent veræ, nisi existente mundo. Et Albertus Magnus in postprædicamentis, capit. 9. Secundum inquit Auicẽnã, & Alga. & Alpha. & veritatem, quando prædicatum concipitur inratione subiecti, talis propositio vera est, siue re existente, siue non existente: siue enim homo sit & animal, siue nec homo sit nec animal, semper ista est vera, homo est animal. Hæc ille. Idem latè probat sanctus Thomas: Et Lynco. primo Post. &, quotquot nomine philosophorum censentur.

Sed dicunt moderni ad hoc, quòd il- No.4. lę propositiones non sunt veræ, vt iacent, sed accipiuntur, ac si haberent signum ampliatiuum: Vt omnis homo est animal rationale, accipitur loco huius, omnis homo possibiliter est animal rationale: aut in sensu cõditionali, id est, si homo est homo est animal rationale. Ita solent pro libito permutare sensus propositionum. Et tamen Augustinus & omnes antiqui, vt iacent, concedunt illas in sensu categorico, & de simplici copula. Igitur resolutotiè dicendum est, quòd quando prædicatum est de intrinseca ratione subiecti, verbum impeditur ratione illius habitudinis extremorum, nè restringat extremorũ secundũ exigentiam illius temporis. Quare tunc verbum solum dicit vnionem prædicati ad subiectum, sine ordine ad aliquam differentiam temporis. Et in hoc sensu potest concedi, qđ verbum absoluitur tunc à tempore: nõ quòd ly est, subordinatur illi, possibiliter est, vt alij dicunt: nec quòd ly est, desinat consignificare tempus, quia in mente naturaliter consignificat illud: sed quòd extrema non supponunt in ordine ad differentiam temporis. Et hoc fortassè innuit Aristotel, 4. Physicotextu. 120. Illa quæ aliter se habere non possunt in tempore non sunt. Et. 7. Metaphysi. text. 59. Quærere quare homo est homo, nihil est quærere, quia est per se necessarium. Nec solùm termini communes supponunt naturaliter, sed etiam singulares, vt Perrus est animal rationale, quanquàm Petrus Hispanus solùm de finiuit suppositionem naturalem in terminis communibus. Ex quo sequitur quòd terminum supponere naturaliter non est terminum supponere pro natura, vt Nominales imponunt Realibus, sed est supponere personaliter pro omnibus indiuiduis, Nec ista suppositio est realium magis quàm nominalium, sed debet esse omnium philosophorum & dialecticorũ. Et hæc suppositio naturalis cõfirmatur ex eo qđ qui illam negãt, destruunt totã artem demõstrãdi. Procedit ẽm demõstratio, vt author est Aristote. in Post. ex propositionibus necessariis

perpetuęq; veritatis. Et tamen demonstrationes non fiũt per propositiones modales, sed per de inesse. Vt omne animal rationale est risibile, homo est animal rationale: ergo homo est risibilis. Et ita in mathematicis. Sed iuniores terministæ, vt defendant quod semel imbiberunt dicunt demonstrationes nõ fieri nisi per modales: contra Aristotelem & authores omnium scientiarum. Sunt qui aliter sentiant de suppositione naturali: videlicet quòd terminus per se sumptus sine verbo supponit naturaliter. Vt si dicas, homo, supponit pro omnibus significatis, & non potiùs pro pręsentibus quàm pro præteritis aut futuris. Sed quando accipitur in ordine ad verbum, supponit accidentaliter pro suppositis respondentibus in ordine ad illud verbum. Nescio tamen an sit omnino verũ q̃d terminus per se extra propositionem, & sine verbo supponat, vt suprà diximus: & illo dato, quòd est probabile: nihilominus non est negãdum terminos in propositionibus vbi prædicatũ est de intrinseca ratione subiecti supponere naturaliter.

Suppositio accidentalis contingit vbicunq; prædicatum non est de intrinseca ratione subiecti. Et primò in propositionibus de, est, secundo adiacente, vt cœlum est, terra est, homo est &c. Nam omnis creatura contingenter est: Quo fit, vt illæ non sint necessariæ: Aliud est de illa, Deus est: Et secundò in omnibus prædicationibus accidentalibus, homo disputat, homo est albus &c.

Lectio quarta.

No. 1. *Quartò diuiditur suppositio ex* parte significationis. Nam alia est communis, vt homo disputat: Et alia singularis, quæ contingit dupliciter, aut quãdo est terminus discretus, vt Petrus disputat: aut communis cum pronomine demonstratiuo, vt hic homo disputat, Ei circa huiusmodi suppositiones id solũ est notãdũ quod notauimus lib. 1. cap. de termi. com. Quod idem est terminum esse communẽ, aut singularem in significãdo significatione totali, & in supponendo. Quare omnis cõmunis nõ restrictus pronomine, si supponit, supponit communiter: & omnis singularis si supponit, supponit singulariter. Et ita, in definitione quando dicimus suppositio communis est acceptio termini communis: accipitur pro termino communi in significãdo. Et eodem modo terminus singularis Verbi gratia: subiecta harum propositionũ,

Suppõ cõis & singularis

Deus regnat, Phœnix volat, Sol lúcet, Chimęra imaginatur esse, omnia supponũt communiter, quia sufficit terminis sic acceptis non repugnare accipi pro pluribus. Sed si dicas: hic sol, vel hæc phœnix, vel hæc chimęra supponunt singulariter. Eodem modo subiectum huius, omne ens, quod est Petrus, est: supponit singulariter: & non solùm totum subiectum, sed ly ens, quod restringitur, etiã supponit singulariter: sicut ly homo, in hac, hic homo disputat.

Vnum potest tamen hic dubiolum suboriri, vtrum ad cognoscẽdum suppositionem communem aut discretam, debeat pẽsari acceptio termini respectu verbi, Exempli gratia: Hic termin⁹, omnis homo, aut omnes homines, collectiuè, est terminus simpliciter communis, cui videlicet non repugnat supponere pro pluribus successiuè vt si nunc Petrus sit solus in mundo, & cras sit solus Paulus, & tamẽ secundum acceptionem quã habet in hac modali, omnis homo possibiliter est iustus, aut omnes homines possibiliter sunt, repugnat supponere pro pluribus. Repugnat enim, hos esse modò omnes possibiles, & postea esse alios possibiles. Est ergo dubium vtrum subiecta istarum modalium supponunt communiter, an solùm singulariter. Et credo quòd supponunt communiter iuxta notabile suprà positum. Nam illa subiecta sunt termini cõmunes in significãdo, & ideo ex parte significationis nõ repugnat illis supponere pro pluribus: quod sufficit ad suppositionem communem: licèt repugnet ad extrinseco ratione copulę.

No. 2.

Dubium.

Solent hic multiplicari nescio quæ regulæ ad cognoscendũ suppositiones terminorum complexorũ, vt puta: Omne copulatum complexiuè tentũ, cuius partes sunt singulares, est singulare, & supponit singulariter: vt Petrus & Paulus. Et omne disiunctum seu copulatum diuisiuè sumptum, cuius vna pars est cõmunis, vel ambæ non sunt synonymæ, est cõmune: vt homo vel Petrus: Petrus vel Paulus &c. Istæ tamẽ regulæ sunt plures, quàm quę possint certo numero compręhẽdi. Et ideo satis sit, omnem terminũ, siue simplicem siue complexũ, cui ratione suę significationis non repugnat supponere pro pluribus diuisiuè esse communem, aliâs esse singularem.

No. 3.

Regulæ suppositionum.

*Suppositio communis ex parte signo*rum, quibus termin⁹ modificatur, diuiditur

quintò

quintò in determinatam & confusam tantũ, & confusa tantũ adhuc pluribus modis subdiuiditur. Et quia huiusmodi suppositiones sunt potissimùm à terministis cõsiderãdę: notanda sunt signa, quæ huiusmodi suppositiones efficiunt. Quæ primò sunt quadruplicia. scilicet, purè vniuersalia, purè particularia, & media, scilicet, includentia vniuersalitatem & particularitatem, & quartò signa specialia confusionis. Et vniuersalia, alia sunt purè negatiua, alia purè affirmatiua & alia mixta, quæ includunt affirmationem & negationem. Purè affirmatiua & purè vniuersalia sunt, omnes, singuli, cunctus, totus, quicunq;, pro quo vtuntur summulistæ signo, quilibet: vtuntur enim illo tanquam signo purè vniuersali & restrictiuo pro masculis, licet Oratores aliter vtuntur illo. Purè vniuersalia & purè negatiua partim sunt aduerbia, vt non, nec partim nomina, vt nullus, nemo &c. Signa partim vniuersalia & partim particularia sunt, vterq;, alter, neuter: omne, pro generibus singulorum. &c. Signa partim affirmatiua & partim negatiua sunt, contingenter, tantùm: & alia signa exponibilia, quæ exponuntur per copulatiuam, vbi ly, & affirmatur, & includunt aliquam exponentem negatiuam. Quorum singula in tractatu exponibilium peculiares habent considerationes. Purè particularia, aliquis, quidam, quispiam &c. Signa specialia confusionis sunt, quæ cùm non habeant vim distribuendi, faciunt tamen terminos supponere confusè, vt ly &, diuisiuè: ly omnes, collectiuè: ly promitto, ly requiritur &c. Addunt summulistæ ly. a. quod facit suppositionem confusam, & ly. b. quod facit determinatam. Sed in tertio libro videbimus, hæc esse mera commenta.

Igitur his sex regulis subsequentibus dignoscuntur suppositiones terminorũ communium. Prima, Terminus communis aut nullo signo, aut signo particulari determinatus supponit determinatè, vt hõ disputat, aliquis homo disputat. Et quando est sine signo dicitur status suppositionis, Et vocatur suppositio determinata, vt dicit Petrus Hispan. quia licèt terminus supponat pro omnibus suppositis respondẽtibus in ordine ad verbum, tamen ad veritatem propositionis sufficit prædicatum conuenire vni determinato supposito. Secũda. Omnis terminus

No. 5.

communis immediatè determinatus signo vniuersali affirmatiuo, aut signo vniuersali negatiuo mediatè vel immediatè, in eadem categorica supponit distributiuè, vt subiectum huius, omnis homo disputat: & ambo extrema huius, nullus homo disputat. Et loquimur de purè vniuersali, & purè negatiuo, non impedito. Nam de mixtis, quæ sunt vel partim vniuersalia, & partim particularia: vel partim affirmatiua, & partim negatiua, non possumus certas regulas constituere, sed in suis cuiusq; locis peculiares statuentur, vt puta cùm disputauimus de ly, vterq;, de ly neuter, de ly tantùm. Vnum tamen possumus pro nunc dicere, quòd quando propositio de signo: exponibili cõuertitur cum aliqua propositione simplici categorica, tũc extrema exponibilis supponunt sicut in illa categorica: vt quia hæc exclusiua, tantùm animal est homo, conuertitur cum hac, omnis homo est animal, subiectum exclusiuè supponit confusè tantùm, & prædicatum distributiuè. Tertia regula. Omnis terminus, qui sequitur mediatè signum vniuersale affirmatiuum, in eadem categorica supponit confusè tantùm disiunctim, vt prædicatum in his propositionibus, omnis homo est animal, Petrus & Paulus est animal, ly & diuisiuè: Et ideo ly & dicitur speciale signum confusionis. Sed subiectum secundæ categoricæ huius copulatiuæ, omnis homo est risibilis & equus est hinnibilis, non supponit confusè, quia signum vnius categoricæ. Hæc tamen regula potest sic latiùs extendi: Omnis terminus communis non distributus, cuius resolutio dependet ex alia priori vniuersalitate supponit confusè tantùm disiunctim, vt ad equitandum requiritur equus, debeo tibi equum, bis cantaui missam &c. Ly, equus supponit confusè, quia non licet descendere sub illo, & ita de aliis: imò hoc est terminum supponere confusè tantùm, quòd non liceat descendere sub illo disiunctiuè, quo adusque tollatur vniuersalitas, vt non sequitur, omnis homo est hoc animal. Dixerim confusè disiunctim, quia solùm licet descendere per disiunctum, & non per disiunctiuam: vt sequitur, omnis homo est animal, ergo omnis homo est hoc animal, vel hoc animal, & cæt. Et ad equitandum requiritur equus: ergo requiritur iste equus vel iste equus, & cætera: vt totũ disiunctũ stet confusè, vt latiùs explicabimus in ca. de ascensu. Quarta regula. Omis termin⁹ immediatè determinat⁹ signo collectiuo supponit cõfusè tantũ copulatim, vt

vt subiectum huius, omnes apostoli dei sunt duodecim. Copulatim inquam quia solùm licet ascendere per copulatũ cõplexiuè sumptum & nõ copulatiuè, vt videbimus in cap. de ascensu. Quinta regula. Terminus communis duobus signis vniuersalibus determinatus si dempta vna negatione distribuitur in ordine ad terminum stantem determinatè tunc supponit confusè tantum, vt prædicatũ huius, nullus homo non est animal. Si autẽ dempta negatione distribuitur in ordine ad terminũ stantẽ confusè, tunc supponit determinatè vt subiectum huius: nõ omnis homo est animal. Sexta regula. Omnis pars cõplexi accepti vnica acceptione depẽdens à resolutione totius: supponit immobiliter, vt in his, quilibet equus hominis est animal: Petrus sciẽs omnem sciẽtiam est doctus: illę determinationes supponunt immobiliter, id est, non licet descendere sub illis quoadusq; totum cõplexum resoluatur in singulares: Sed si dicas hominis quilibet equus est animal, quælibet pars supponit per se mobiliter. Omnes regulas intelligimus conditionaliter si tales termini supponant. Per quas regulas restant expositæ definitiones, quæ sunt in textu.

Regulę.4. *Solẽt hic tãdem constitui quatuor* regulæ ad cognoscendum veritates propositionum per suppositiones extremorum. Prima

No.6. propositio affirmatiua, cuius extrema supponũt pro eodem, est vera. Secunda, propositio negatiua, cuius extrema supponunt pro eodem, est falsa. Tertia, Propositio affirmatiua cuius extrema non supponunt pro eodem, est falsa. Quarta, Propositio negatiua cuius extrema non supponunt pro eodẽ, est vera. Sed prima & secunda patiuntur instantias plurimas. Primò, in propositionibus nõ purè affirmatiuis, aut negatiuis, vt tãtùm homo est animal. Omne animal pręter hominẽ est substantia. Deus cõtingenter est substantia. Secũdò, ratione quãtitatis, vt quãdo inferius prædicatur de superiori distributo, vel alterum extremum supponit determinatè, vt omne animal est homo, omĩs homo est. Tertiò, ex parte vniuersalitatis copulę, vt, Deus necessariò est creans: homo, essentialiter est albus, & sic de aliis innumeris. Quartò quando propositio se falsificat. Et in relatiuis, Vt aliquis homo est suus filius. Nam prędicatũ supponit pro homine, quia verificatur sic, Hoc est, filius hominis, & tamen illa particularis est, falsa. Sunt deniq; aliæ innumerabiles instantiæ. Et in eisdem in quibus prima regula est falsa eadem ratione secunda est falsa: Quocirca nescio vnde habuerunt originem illæ duæ regulæ tam deficientes: præsertim cùm ex Aristote. non eliciãtur: solùm enim vtitur Aristotel. 1. Pri. hac consequentia, si. a. est. b. aliquod vnum est. a. &, b. quod est dicere si propositio affirmatiua est vera, subiectũ & prædicatũ supponunt pro eodem, nusq̃ tamen infertur è diuerso. si subiectum & prædicatum supponunt pro eodem, est vera. Igitur vt vniuersaliter verum habeant restringẽdę sunt ad solas propositiones purè affirmatiuas aut purè negatiuas, de simplici inhærẽtia, nõ exponibiles. &c. At verò tertia & quarta regulæ vniuersaliter sunt veræ, & eliciuntur ex Aristote. Vbi dicit quòd si affirmatiua est vera, extrema supponunt pro eodem. Requiritur ergo suppositio extremorũ pro eodem vt affirmatiua sit vera, licèt nõ sufficiat. Quare si est purè affirmatiua, & extrema nõ supponunt pro eodem, est falsa, & si est purè negatiua, est vera.

Caput vndecimum.

Relatiuorũ autẽ grãmaticorũ, peculiaris habetur ratio in suppositionibus. Relatiuũ ergo, est rei antè latæ recordatiuũ. Quod aliud est relatiuũ substãtię & aliud accidẽtis. Relatiuũ substãtię est, quod refert suum antecedens per modũ substãtiui, vt homo est animal, quod est rationale. Relatiuũ accidentis est, quod refert suum antecedẽs p modum denominatiui, vt est animal politicum, quale est homo. Mox relatiuorum substantiæ, aliud identitatis, & aliud diuersitatis. Relatiuũ identitatis est, quod pro eodem accipitur p quo suum antecedens, vt in primo exẽplo. Relatiuũ diuersitatis, est quod p alio accipitur, quàm suum antecedens, vt alius pater, alius filius. Et pari ratione, relatiuorum accidentis aliud est identitatis, seu similitudinis. Et est quod idem accidens cõsignificat, quod

suum antecedens, vt in secundo exemplo. Aliud est diuersitatis, quod aliud accidens consignificat, quàm suum antecedens: vt est animal politicum, & alterum est leo. Postremò, relatiuorum substãtiæ identitatis, aliud est reciprocum, & aliud non reciprocum.

Relatiuum reciprocum est, quod regressionem quandam in suum antecedens consignificat, vt homo diligit se, Cain occidit fratrem suum. Et est duplex: primitiuę, aut deriuatiuæ speciei. Relatiuum non reciprocum est, quod regreßionem iu suum antecedens non consignificat: vt in primo exemplo Quatuor statuuntur regulæ relatiuorum. Prima. Relatiuum, qui, generat sensum copulatiuum, vt animal quod est risibile est rationale, ęquipollet huic, animal est rationale, & illud est risibile. Secunda. Relatiuum in altera categorica copulatiuè, referẽs antecedens in altera, refert rrestrictè, pro eo pro quo antecedentis categorica verificatur: vt animal est rationale, & illud est risibile, æquipollet huic, animal est rationale, & illud animal, quod est rationale est risibile.

Tertia. Relatiuum reciprocum supponit sicut suum antecedens sigillatim vt omnis homo diligit se: relatiuũ supponit distributiuè sigillatim, vt singulis suppositis subiecti respondeant singula supposita relatiui, vt Petrus diligit Petrum, Paulus diligit Paulum & cætera. Et in hac, homo non est ipsemet, relatiuũ supponit determinatè sigillatim. Quarta regula. Relatiuum non reciprocum supponit eadem suppositione, qua supponeret suũ antecedens in illo situ: vt si dicas, omnis homo disputat & ille doctè loquitur: relatiuum supponit determinatè pro homine qui disputat.

Lectio prima.

❧ *Relatiuorũ inquam, grammatico* rum peculiaris habetur ratio in suppositionibus. Vbi notandum duplex esse relatiuum Aliud logicum vt pater filius, quod eisdẽ legibus suppositionis tenetur quibus reliqui termini absoluti. Et aliud est grãmaticum, quod habet regulas peculiares. Vt prædicatum huius, omnis homo est ipsemet, non supponit confuse tantùm. ac si diceres, omnis homo est homo Nec si diceres, homo tacet & ille loquitur, illud relatiuum supponit pro omni homĩe presẽti: sicut supponere ly, homo in illo situ. Sed restrictè pro illo qui tacet: est enim illa copulatiua impoßibilis. Ob idque Petrus hispa. tracta. de suppositionibus specialem considerationem fecit de relatiuis: cuius textum non sumus ad literam sequuti: No.2. Relatiuũ duplex.

Sed totum negotium relatiuorum reduximus ad quatuor diuisiones & quatuor regulas. Vbi quatuor puncta explicauimus. Primum quid & quotuplex sit relatiuum. Secundum quomodò resoluatur. Tertium quãdo referat restrictè: Et quartò quomodò supponat. Circa primum, Relatiuum est rei antèlatę recordatiuũ. Id est, est terminus reuocans in memoriam notitiam rei significatæ per terminum antecedentem. Vt homo disputat, & ille doctè loquitur. Nec est necessarium antecedens præcedere, vt quas credis esse has non sunt veræ nuptiæ.

Et diuiditur relatiuum quatuor di- uisionibus. Prima. Relatiuum aliud substantiæ, & aliud accidentis. Vbi notandum, quod grammatici qui solùm voces considerant, dicunt relatiuum substantiæ esse quod refert antecedens substantiuum. Et relatiuum accidẽtis, quod refert antecedens adiectiuum. Et ita diximus priori editione. At nunc visum est mihi, quòd dialectici considerantes significationes potiùs quàm voces, habent dicere quòd relatiuum substantiæ est, quod refert suum antecedẽs per modũ substantiui, id est. est terminus significans eandem rem per modum substantiui: quam significat terminus No.2. Relatiuũ substãtiæ accidẽtis.

antecedens

vt subiectum huius, omnes apostoli dei sunt duodecim. Copulatim inquam quia solùm licet ascendere per copulatũ cõplexiuè sumptum & nõ copulatiuè, vt videbimus in cap. de ascensu. Quinta regula. Terminus communis duobus signis vniuersalibus determinatus si dempta vna negatione distribuitur in ordine ad terminum stantem determinatè tunc supponit confusè tantum, vt prædicatũ huius, nullus homo non est animal. Si autẽ dempta negatione distribuitur in ordine ad terminũ stantẽ confusè, tunc supponit determinatè vt subiectum huius: nõ omnis homo est animal. Sexta regula. Omnis pars cõplexi accepti vnica acceptione depẽdens à resolutione totius: supponit immobiliter, vt in his, quilibet equus hominis est animal: Petrus sciẽs omnem sciẽtiam est doctus: illę determinationes supponunt immobiliter, id est, non licet descendere sub illis quoadusq; totum cõplexum resoluatur in singulares: Sed si dicas hominis quilibet equus est animal, quælibet pars supponit per se mobiliter. Omnes regulas intelligimus conditionaliter si tales termini supponant. Per quas regulas restant expositæ definitiones, quæ sunt in textu.

Solẽt hic tãdem constitui quatuor

Regulę.4. regulæ ad cognoscendum veritates propositionum per suppositiones extremorum. Prima propositio affirmatiua, cuius extrema

No.6. supponũt pro eodem, est vera. Secunda, propositio negatiua, cuius extrema supponunt pro eodem, est falsa. Tertia, Propositio affirmatiua cuius extrema non supponunt pro eodem, est falsa. Quarta, Propositio negatiua cuius extrema non supponunt pro eodẽ, est vera. Sed prima & secunda patiuntur instantias plurimas. Primò, in propositionibus nõ purè affirmatiuis, aut negatiuis, vt tãtùm homo est animal. Omne animal pręter hominẽ est substantia. Deus cõtingenter est substantia. Secũdò, ratione quãtitatis, vt quãdo inferius prædicatur de superiori distributo, vel alterum extremum supponit determinatè, vt omne animal est homo, omis homo est. Tertiò, ex parte vniuersalitatis copulę, vt, Deus necessariò est creans: homo, essentialiter est albus, & sic de aliis innumeris. Quartò quando propositio se falsificat. Et in relatiuis, Vt aliquis homo est suus filius. Nam prędicatũ supponit pro homine, quia verificatur sic, Hoc est, filius hominis, & tamen illa particularis est, falsa. Sunt deniq; aliæ innumerabiles instantiæ. Et in eisdem in quibus prima regula est falsa eadem ratione secunda est falsa: Quocirca nescio vnde habuerunt originem illæ duæ regulæ tam deficientes: præsertim cùm ex Aristote. non eliciãtur: solùm enim vtitur Aristotel. 1. Pri. hac consequentia, si. a. est. b. aliquod vnum est. a. &, b. quod est dicere si propositio affirmatiua est vera, subiectũ & prædicatũ supponunt pro eodem, nusq̃ tamen infertur è diuerso. si subiectum & prædicatum supponunt pro eodem, est vera. Igitur vt vniuersaliter verum habeant restringẽdę sunt ad solas propositiones purè affirmatiuas aut purè negatiuas, de simplici inhærẽtia, nõ exponibiles. &c. At verò tertia & quar regulæ vniuersaliter sunt veræ, & eliciuntur ex Aristote. Vbi dicit quòd si affirmatiua est vera, extrema supponunt pro eodem. Requiritur ergo suppositio extremorũ pro eodem vt affirmatiua sit vera, licèt nõ sufficiat. Quare si est purè affirmatiua, & extrema nõ supponunt pro eodem, est falsa, & si est purè negatiua, est vera.

Caput vndecimum.

Relatiuorũ autẽ grãmaticorũ, peculiaris habetur ratio in suppositionibus. Relatiuũ ergo, est rei antè latæ recordatiuũ. Quod aliud est relatiuũ substãtię & aliud accidẽtis. Relatiuũ substãtię est, quod refert suum antecedens per modũ substãtiui, vt homo est animal, quod est rationale. Relatiuũ accidentis est, quod refert suum antecedẽs p modum denominatiui, vt est animal politicum, quale est homo. Mox relatiuorum substantiæ, aliud identitatis, & aliud diuersitatis. Relatiuũ identitatis est, quod pro eodem accipitur p quo suum antecedens, vt in primo exẽplo. Relatiuũ diuersitatis, est quod p alio accipitur, quàm suum antecedens, vt alius pater, alius filius. Et pari ratione, relatiuorum accidentis aliud est identitatis, seu similitudinis. Et est quod idem accidens cõsignificat, quod suum

suum antecedens, vt in secundo exemplo. Aliud est diuersitatis, quod aliud accidens consignificat, quàm suum antecedens: vt est animal politicum, & alterum est leo. Postremò, relatiuorum substãtiæ identitatis, aliud est reciprocum, & aliud non reciprocum.

Relatiuum reciprocum est, quod regressionem quandam in suum antecedens consignificat, vt homo diligit se, Cain occidit fratrem suum. Et est duplex: primitiuę, aut deriuatiuæ speciei. Relatiuum non reciprocum est, quod regreßionem in suum antecedens non consignificat: vt in primo exemplo Quatuor statuuntur regulæ relatiuorum. Prima. Relatiuum, qui, generat sensum copulatiuum, vt animal quod est risibile est rationale, ęquipollet huic, animal est rationale, & illud est risibile. Secunda. Relatiuum in altera categorica copulatiuè, referẽs antecedens in altera, refert restrictè, pro eo pro quo antecedentis categorica verificatur: vt animal est rationale, & illud est risibile, æquipollet huic, animal est rationale, & illud animal, quod est rationale est risibile.

Tertia. Relatiuum reciprocum supponit sicut suum antecedens sigillatim vt omnis homo diligit se: relatiuũ supponit distributiuè sigillatim, vt singulis suppositis subiecti respondeant singula supposita relatiui, vt Petrus diligit Petrum, Paulus diligit Paulum & cætera. Et in hac, homo non est ipsemet, relatiuũ supponit determinatè sigillatim. Quarta regula. Relatiuum non reciprocum supponit eadem suppositione, quã supponeret suũ antecedens in illo situ: vt si dicas, omnis homo disputat & ille doctè loquitur: relatiuum supponit determinatè pro homine qui disputat.

Lectio prima.

❧ *Relatiuorũ inquam, grammaticorum* peculiaris habetur ratio in suppositionibus. Vbi notandum duplex esse relatiuum Aliud logicum vt pater filius, quod eisdẽ legibus suppositionis tenetur quibus reliqui termini absoluti. Et aliud est grãmaticum, quod habet regulas peculiares. Vt prædicatum huius, omnis homo est ipsemet, non supponit confuse tantùm. ac si diceres, omnis homo est homo Nec si diceres, homo tacet & ille loquitur, illud relatiuum supponit pro omni homĩe presẽti: sicut supponere ly, homo in illo situ. Sed restrictè pro illo qui tacet: est enim illa copulatiua impoßibilis. Ob idque Petrus hispa. tracta. de suppositionibus specialem considerationem fecit de relatiuis: cuius textum non sumus ad literam sequuti: No.2. Relatiuũ duplex.

Sed totum negotium relatiuorum reduximus ad quatuor diuisiones & quatuor regulas. Vbi quatuor puncta explicauimus. Primum quid & quotuplex sit relatiuum. Secundum quomodò resoluatur. Tertium quãdo referat restrictè: Et quartò quomodò supponat. Circa primum, Relatiuum est rei antèlatę recordatiuũ. Id est, est terminus reuocans in memoriam notitiam rei significatæ per terminum antecedentem. Vt homo disputat, & ille doctè loquitur. Nec est necessarium antecedens præcedere, vt quas credis esse has non sunt veræ nuptiæ.

*Et diuiditur relatiuum quatuor di*uisionibus. Prima. Relatiuum aliud substantiæ, & aliud accidentis. Vbi notandum, quod grammatici qui solùm voces considerant, dicunt relatiuum substantiæ esse quod refert antecedens substantiuum. Et relatiuum accidẽtis, quod refert antecedens adiectiuum. Et ita diximus priori editione. At nunc visum est mihi, quòd dialectici considerantes significationes potiùs quàm voces, habent dicere quòd relatiuum substantiæ est, quod refert suum antecedẽs per modũ substantiui, id est. est terminus significans eandem rem per modum substantiui: quam significat terminus No.2. Relatiuũ substãtiæ accidẽtis.

antecedens

vt subiectum huius, omnes apostoli dei sunt duodecim. Copulatim inquam quia solùm licet ascendere per copulatũ cõplexiuè sumptum & nõ copulatiuè, vt videbimus in cap. de ascensu. Quinta regula. Terminus communis duobus signis vniuersalibus determinatus si dempta vna negatione distribuitur in ordine ad terminum stantem determinatè tunc supponit confusè tantum, vt prædicatũ huius, nullus homo non est animal. Si autẽ dempta negatione distribuitur in ordine ad terminũ stantẽ confusè, tunc supponit determinatè vt subiectum huius: nõ omnis homo est animal. Sexta regula. Omnis pars cõplexi accepti vnica acceptione depẽdens à resolutione totius: supponit immobiliter, vt in his, quilibet equus hominis est animal: Petrus sciẽs omnem sciẽtiam est doctus: illę determinationes supponunt immobiliter, id est, non licet descendere sub illis quoadusq; totum cõplexum resoluatur in singulares: Sed si dicas hominis quilibet equus est animal, quælibet pars supponit per se mobiliter. Omnes regulas intelligimus conditionaliter si tales termini supponant. Per quas regulas restant exposita definitiones, quæ sunt in textu.

Solẽt hic tãdem constitui quatuor regulæ ad cognoscendum veritates propositionum per suppositiones extremorum. Prima propositio affirmatiua, cuius extrema supponũt pro eodem, est vera. Secunda, propositio negatiua, cuius extrema supponunt pro eodem, est falsa. Tertia, Propositio affirmatiua cuius extrema non supponunt pro eodem, est falsa. Quarta, Propositio negatiua cuius extrema non supponunt pro eodẽ, est vera. Sed prima & secunda patiuntur instantias plurimas. Primò, in propositionibus nõ purè affirmatiuis, aut negatiuis, vt tãtùm homo est animal. Omne animal pręter hominẽ est substantia. Deus cõtingenter est substantia. Secũdò, ratione quãtitatis, vt quãdo inferius prædicatur de superiori distributo, vel alterum extremum supponit determinatè, vt omne animal est homo, omis homo est. Tertiò, ex parte vniuersalitatis copulę, vt, Deus necessariò est creans: homo, essentialiter est albus, & sic de aliis innumeris. Quartò quando propositio se falsificat. Et in relatiuis, Vt aliquis homo est suus filius. Nam prędicatũ supponit pro homine, quia verificatur sic, Hoc est, filius hominis, & tamen illa particularis est, falsa. Sunt deniq; aliæ innumerabiles instantiæ. Et in eisdem in quibus prima regula est falsa eadem ratione secunda est falsa: Quocirca nescio vnde habuerunt originem illæ duæ regulæ tam deficientes: præsertim cùm ex Aristote. non eliciãtur: solùm enim vtitur Aristotel. 1. Pri. hac consequentia, si. a. est. b. aliquod vnum est. a. &, b. quod est dicere si propositio affirmatiua est vera, subiectũ & prædicatũ supponunt pro eodem, nusq̃ tamen infertur è diuerso. si subiectum & prædicatum supponunt pro eodem, est vera. Igitur vt vniuersaliter verum habeant restringẽdę sunt ad solas propositiones purè affirmatiuas aut purè negatiuas, de simplici inhærẽtia, nõ exponibiles. &c. At verò tertia & quar regulæ vniuersaliter sunt veræ, & eliciuntur ex Aristote. Vbi dicit quòd si affirmatiua est vera, extrema supponunt pro eodem. Requiritur ergo suppositio extremorũ pro eodem vt affirmatiua sit vera, licèt nõ sufficiat. Quare si est purè affirmatiua, & extrema nõ supponunt pro eodem, est falsa, & si est purè negatiua, est vera.

Regulę. 4.

No. 6.

Caput vndecimum.

RElatiuorũ autẽ grãmaticorũ, peculiaris habetur ratio in suppositionibus. Relatiuũ ergo, est rei antè latæ recordatiuũ. Quod aliud est relatiuũ substãtię & aliud accidẽtis. Relatiuũ substãtię est, quod refert suum antecedens per modũ substãtiui, vt homo est animal, quod est rationale. Relatiuũ accidentis est, quod refert suum antecedẽs per modum denominatiui, vt est animal politicum, quale est homo. Mox relatiuorum substantiæ, aliud identitatis, & aliud diuersitatis. Relatiuũ identitatis est, quod pro eodem accipitur pro quo suum antecedens, vt in primo exẽplo. Relatiuũ diuersitatis, est quod pro alio accipitur, quàm suum antecedens, vt alius pater, alius filius. Et pari ratione, relatiuorum accidentis aliud est identitatis, seu similitudinis. Et est quod idem accidens cõsignificat, quod suum

suum antecedens, vt in secundo exemplo. Aliud est diuersitatis, quod aliud accidens consignificat, quàm suum antecedens: vt est animal politicum, & alterum est leo. Postremò, relatiuorum substãtiæ identitatis, aliud est reciprocum, & aliud non reciprocum.

Relatiuum reciprocum est, quod regressionem quandam in suum antecedens consignificat, vt homo diligit se, Cain occidit fratrem suum. Et est duplex: primitiuę, aut deriuatiuæ speciei. Relatiuum non reciprocum est, quod regreßionem iu suum antecedens non consignificat: vt in primo exemplo Quatuor statuuntur regulæ relatiuorum. Prima. Relatiuum, qui, generat sensum copulatiuum, vt animal quod est risibile est rationale, ęquipollet huic, animal est rationale, & illud est risibile. Secunda. Relatiuum in altera categorica copulatiuè, referẽs antecedens in altera, refert restrictè, pro eo pro quo antecedentis categorica verificatur: vt animal est rationale, & illud est risibile, æquipollet huic, animal est rationale, & illud animal, quod est rationale est risibile.

Tertia. Relatiuum reciprocum supponit sicut suum antecedens sigillatim vt omnis homo diligit se: relatiuũ supponit distributiuè sigillatim, vt singulis suppositis subiecti respondeant singula supposita relatiui, vt Petrus diligit Petrum, Paulus diligit Paulum & cætera. Et in hac, homo non est ipsemet, relatiuũ supponit determinatè sigillatim. Quarta regula. Relatiuum non reciprocum supponit eadem suppositione, qua supponeret suũ antecedens in illo situ: vt si dicas, omnis homo disputat & ille doctè loquitur: relatiuum supponit determinatè pro homine qui disputat.

Lectio prima.

Relatiuorũ inquam, grammaticorum peculiaris habetur ratio in suppositionibus. Vbi notandum duplex esse relatiuum Aliud logicum vt pater filius, quod eisdẽ legibus suppositionis tenetur quibus reliqui termini absoluti. Et aliud est grãmaticum, quod habet regulas peculiares. Vt prædicatum huius, omnis homo est ipsemet, non supponit confuse tantùm. ac si diceres, omnis homo est homo Nec si diceres, homo tacet & ille loquitur, illud relatiuum supponit pro omni homĩe presẽti: sicut supponere ly, homo in illo situ. Sed restrictè pro illo qui tacet: est enim illa copulatiua impoßibilis. Ob idque Petrus hispa. tracta. de suppositionibus specialem considerationem fecit de relatiuis: cuius textum non sumus ad literam sequuti: No.2. Relatiuũ duplex.

Sed totum negotium relatiuorum reduximus ad quatuor diuisiones & quatuor regulas. Vbi quatuor puncta explicauimus. Primum quid & quotuplex sit relatiuum. Secundum quomodò resoluatur. Tertium quãdo referat restrictè: Et quartò quomodò supponat. Circa primum, Relatiuum est rei antèlatę recordatiuũ. Id est, est terminus reuocans in memoriam notitiam rei significatæ per terminum antecedentem. Vt homo disputat, & ille doctè loquitur. Nec est necessarium antecedens præcedere, vt quas credis esse has non sunt veræ nuptiæ.

Et diuiditur relatiuum quatuor diuisionibus. Prima. Relatiuum aliud substantiæ, & aliud accidentis. Vbi notandum, quod grammatici qui solùm voces considerant, dicunt relatiuum substantiæ esse quod refert antecedens substantiuum. Et relatiuum accidẽtis, quod refert antecedens adiectiuum. Et ita diximus priori editione. At nunc visum est mihi, quòd dialectici considerantes significationes potiùs quàm voces, habent dicere quòd relatiuum substantiæ est, quod refert suum antecedẽs per modũ substantiui, id est. est terminus significans eandem rem per modum substantiui: quam significat terminus No.2. Relatiuũ substãtiæ accidẽtis.

antecedens

antecedens. Itaq;. ly. antecedens, in definitione non accipitur pro termino antecedente, sed pro re significata. Et relatiuum accidētis est, quod refert suum antecedens per modum denominatiui. Id est terminus significans eandem rem per modum denominationis quā significat terminus añs. Ex quo sequitur ꝙ nō dicitur relatiuū substantiæ: qa significat substātiā: nec accidētis, qa significat accidens, quia relatiuū substantiæ quandoq; refert accidens. Vt albedo est color qui desgregat visum. Et ècontra relatiuum accidentis refert substantiam: vt nix est alba, & talis disgregat visum. Nec dicitur relatiuum substantiæ, propterea ꝙ referat terminum absolutum: nam potest relatiuum substantiæ referre terminum cōnotatiuum, vt album est coloratum quod disgregat visum. Sed relatiuū substantiæ consistit in hoc qđ referat per modum substantiui: & relatiuum accidentis in hoc quòd referat per modum denominatiui seu adiectiui. Diximus enim in. c. de termino connotatiuo, non esse idem, terminum esse absolutum & substantiuum. Imò stat terminum cōnotatiuum esse substantiuum: vt album. Et hoc sonat relatiuum substantiæ id est referens aliquid per modum substātiæ, vt puta permodum per se stantis. Et relatiuum accidentis: id est referēs aliquid per modum accidentis hoc est denominatiuè.

Secundò relatiuum substātiæ aliud est identitatis & aliud diuersitatis. Relatiuum No.3. substantiæ identitatis est, quod accipitur ꝓ eo pro quo accipitur suum antecedens. Vt homo disputat, & ille optimè loquitur. Et aliud est diuersitati.. puta quod accipitur ꝓ alio quàm suum antecedens. Vt Petrus arguit & alius respondet, Et ob hanc causam Mantuanus opinatus est relatiuum diuersitatis non esse relatiuum: quia non significat rem sui antecedentis, sed aliam pro qua accipitur. Sed respondetur Mantuano, quòd relatiuum diuersitatis optimè refert & significat suum antecedens in obliquo. Vt si dicas Petrus arguit, & alius respondet. Sensus est, alius à Petro respondet. Quare relatiuum idētitatis & diuersitatis non defferunt in formali significatione. Sed ꝙ relatiuum diuersitatis significat aliud de materiali & pro alio accipitur quàm antecedēs: relatiuum verò substantiæ accipitur pro eodem: nisi teneatur in ordine ad aliud verbum: nam tūc stat antecedēns supponere relatiuo non supponente, vt fuit Ilium quod modò non est. & è diuerso, vt nondum est Antichristus qui tamen erit. Et relatiua substantiæ diuersitatis sunt tria, scilicet, alius, reliquus, cætera, quod non reperitur in singulari: nam alter potest esse diuersitatis substantiæ & accidentis, & simili modo alius, & diuersus.

Relatiuū idētitatis & diuersitatis.

*Et pari ratione relatiuum acciden*tis aliud est identitatis, & aliud diuersitatis. No.4.
Relatiuum accidentis identitatis est quod refert suum antecedens consignificando idē accidens, vt qualis, talis. Relatiuum accidentis diuersitatis est, ꝙ refert suum antecedens cōsignificando aliud accidēs, vt alter. Ex quo sequitur differentia inter relatiuum substantiæ identitatis, & relatiuum accidentis idētitatis: ꝙ relatiuum substantiæ accipitur pro eodem supposito: vt homo est doctus & ille disputat, sed relatiuum accidentis licèt accipiatur pro alio supposito à suo antecedenti, cōsignificat tamen idem accidens, vt si dicas, est homo diuinus: qualis fuit Plato. Hieronymus fuit homo doctissimus: & talis fuit Augustinus. Et relatiua accidentis identitatis alia sunt de prædicamento qualitatis: vt talis qualis. Et alia de prædicamento quantitatis: vel continuè vt tantus, quantus: vel discretè, vt quot, quotus, quotuplex, quotennis. Et relatiua diuersitatis eodem modo. Ly, alter, potest esse diuersitatis substantiæ, vt vnus homo arguit & alter respōdet. Er potest esse accidentis solùm vt Augustinus fuit catholicus & alter fuit Manichęus id est, hæreticus. Et aliquando accipitur pro eodem supposito connotando aliud accidens: vt Petrus longè alter est quàm fuit. Imo ly, alius, aliquando est relatiuum accidentis & accipitur pro eodem supposito sicut ly, alter. Dicunt moderni, ly dissimile & ly, inæquale, esse relatiua diuersitatis. Et fortè possunt accipi, vt relatiua: quemadmodum maior & minor fortè accipiūtur relatiuè. Vt Petrus est bicubitus & minor fuit pater eius.

*Quartò, diuiditur relatiuum iden*titatis, in reciprocum & non reciprocum. Reciprocum est quod regressionem quandam in suum antecedens consignificat: vt omnis homo est ipsemet. Et relatiuum identitatis non reciprocum est, quod non significat illā regressionem. Vt qui, ille is: & hic, quandoq; accipitur relatiuè, vt, duo deinceps reges, ille bello, hic verò pace, ciuitatem auxerūt, quod ait Liuius: sicut è conuerso, ille, quāndoq; accipitur demōstratiuè: vt quando ostenso homine No.5.

Relatiuū in reciprocum & nō reciprocū.

mine à longè dicimus, ille est rex: sed relatiuum reciprocum, aliud est primitiuæ speciei, vt ipsemet, idem, sui. Et aliud deriuatiuæ speciei vt meus, tuus, suus, noster, vester. Et certè relatiuum reciprocum primitiuæ speciei, nusquã est congruè in alia categorica q̃ suũ antecedens: & si aliquando reperiatur, accipitur tanq̃ non reciprocum. Non.n. est latinum aliquis est homo doctus, & Petrus est ipsemet, vt referat hominem: Sed latinè dicitur Christus est homo & ipse est deus: vbi ly, ipse, non est reciprocum. Quod si crediderint summulistæ mille barbaras nænias recident.

Argu.1. *Contra definitionem relatiui arguitur.* Hoc relatiuum, qui, solitariè prolatũ, absq; alio antecedente, significat aliquid, & id non significatur per terminum antecedentem: ergo definitio non est bona. Minor nota est ex hypothesi: & maiorem itidem videtur experiẽtia comprobare: nam audita illa voce, qui, & à rustico & à latino, præter conceptum non vltimatum illius scripturæ, quẽ vterq; concipit, aliquem vltimatum format latinus, quem non format rusticus. Ad hoc argumentum respondent ferè summulistæ, relatiuum sic dependere à suo antecedenti in significando, vt nihil aliud significet q̃ illud adæquatè, quod per suum antecedens significatur. Itaq; in hac, homo disputat, qui doctè loquitur, ly, qui, subordinatur cõceptui adæquato hominis: & in hac, equus currit, qui benè volat, subordinatur conceptui adæquato equi: vnde certè subsequitur, relatiuum per se sumptum nulli conceptui vltimato subordinari. Et tunc nituntur ad argumentum nostrum respondere hac distinctione. Relatiuũ accipitur dupliciter: categorematicè, & syncategorematicè. Categorematicè, quãdo per se refert solum antecedẽs: vt Petrus disputat, & ille bene loquitur: subordinatur enim tũc conceptui Petri. Syncategorematicè, quando solùm significat aliqualiter relatiuè. Quod cõtingit dupliciter: primò, quando est per se: vt in casu argumenti: & secundò quando antecedens adiungitur relatiuo: vt, Petrus arguit & ille Petrus benè loquitur: tunc inquiunt, relatiuum non significat aliquid: sed solùm aliqualiter: nam si ly, ille, subordinaretur cõceptui Petri, tunc tantundẽ esset, ille Petrus, sicut Petrus Petrus: quæ est oratio nugatoria.

No.6. *Sed contra istos est conclusio, & opinio nostra:* ꝙ relatiuum non habet significationem dependentem ab antecedenti: sed in dependentem .i. communem ad omnia antecedẽtia quæ referre potest. Et probatur potissimum ex modo concipiendi, qui plurimum valet in dialectica. Primò ly, qui apud omnes latinos idem censetur significare extra propositionem quod in propositione. Et si præceptor grammatices hispanus rogaretur, quid significat, non diceret hominem, aut equum: sed, el qual, & ly ille, aquel. Et re vera sub illa forma fuerunt relatiua imposita ad significandũ, nec impositor recordabatur homnis aut equi: ergo extra propositionem significat aliquid. Secundò, quia extra propositionẽ, est verum nomẽ declinabile, & reddẽs suppositum verbo: vt si dicas, qui disputat: ergo non est syncategorêma, imò significat aliquid. Et re vera est præter opinionem quòd ly, qui, in propositione sit categorêma, & extrà sit syncategorema. Et tertio arguit. Postq in mente concepi, Petrus disputat & ille benè loquitur, possum apponere antecedens ad relatiuum dicendo, ille Petrus (certè nescio quid vetat) ergo relatiuum idem significat quando apponitur antecedens, & quãdo nõ apponitur: & si ita est, non significat adæquatè idem quod suum antecedens: nam aliâs esset negatio, vt dictum est. Et vltimò arguitur, si quis audiat priùs relatiuũ, vt quas credis esse has non sunt veræ nuptiæ: re vera priùs formauit conceptum relatiui, tunc vel adueniente antecedenti corrumpitur conceptus relatiui, quod est ridiculũ: vel si manet, non significat adæquatè, quod suum antecedens sed cõmuniter quod significabat priùs.

Hæc argumenta nos conuincebant olim, & nos modò compellunt in hanc sententiã, ꝙ relatiuum non significat adæquatè illud, quod suum antecedens: sed habet significationem communem, id est, nõ significat nũc homines, postea equos adæquatè: sed vbicunq; significat transcendenter ens relatiuè. Et hoc vocaueram in priori editione, significare absolutè: quod aliqui intellexerunt, quasi non relatiuè, cum tamen ego non intellexeram per absolutè, nisi, non restrictè & non dependenter, id est, ꝙ relatiuum non dependet in significando ab antecedente, sed solùm in acceptione. Itaq; sicut ly, homo, omnes homines significat: sed si dicas, hic homo disputat, solùm accipitur pro hoc: ita ly, qui, significat ens in communi relatiuè: sed si antecedat ly, homo, accipitur pro homine: & si antecedat ly, equus, accipitur pro equo. Ex quo sequitur ꝙ ille conceptus mentalis, qui, idem inuari-

inuariatus refert primò hominem , postea equum,& quicquid antecesserit. Vnde ad argumentũ:concessa maiori,ꝙ ly,qui per se significat aliquid:& minori ꝙ illud actu nõ significatur per antecedens:negatur consequi, definitionẽ non esse bonam. Est enim sensus definitionis,ꝙ relatiuum actu vel aptitudine significat rem antecedentis inadæquatè:nam significat relatiuè omnia entia, virtute cuius accipitur pro significato cuiuscunq; antecedentis. Quòd si arguas contra hoc,si quis audiat hanc orationem,qui disputat,est suspensus intellectu quoadusq; audiat antecedens, & nõ alia de causa,nisi quia non potest aliter formare conceptum vltimatum relatiui:ergo significatio eius est dependens. Respondetur ꝙ suspensio illa intellectus, nõ est quia expectat audire antecedens ad formandum conceptum relatiui:sed quia sine antecedente nõ constat pro quo accipitur.

Argu.2. *Secundò, contra definitionem relatiui* identitatis arguitur. In his propositionibus,per hominem redempti sumus per quẽ eramus captiui,in ligno vicimus in quo peccauimus,illud relatiuum identitatis non accipitur pro illo pro quo suum antecedẽs:ergo definitio non est bona. Ad hoc secundum Alexandrum grammaticum dicendum est, quòd relatiuum aliquando refert simpliciter:& tunc refert pro eadem specie, & non pro eodem indiuiduo: vt in dictis propositionibus vbi antecedens accipitur pro ligno vetito & pro Adam,& relatiuum pro cruce,& pro Christo: & in hac, mulier clausit vitæ portam quæ reserauit, antecedens pro Eua & relatiuum pro virgine. Hoc tamen non est adeo latinè receptum. At quandoque relatiuum non accipitur pro eodem omnino: vt quando antecedens accipitur personaliter, & relatiuum refert ipsum materialiter: vt inuenimus Messiam,quod interpretatur Christus: vel è diuerso: vt Iesus interpretatur saluator, per quem saluus est: vel quando antecedens analogicum accipitur pro significato minùs principali,& relatiuum refert pro principali: vt si ostensa imagine crucifixi, hic est Christus qui est in cœlo.

Argu.3. *Tertiò contra definitionem relatiui* diuersitatis arguitur. In hac propositione, vnus homo arguit & alius respondet, relatiuũ accipitur pro homine,sicut antecedens: quia debet fieri verificatio illius,hoc est ab homine alius,aliàs relatiuum non supponeret pro homine: cuius oppositum denotatur in illa copulatiua. Item in hac propositione symboli:alius pater,alius filius,relatiua supponunt pro eadem essentia:ergo definitio non est bona. Ad primum negatur, quod relatiuũ supponat pro eodem,imo sic debet fieri verificatio relatiui,hoc est homo alius ab illo qui arguit,refert enim relatiuum illic restrictè:vt dicimus in tertio puncto. Item quia facto descẽsu sub antecedenti,hic homo arguit,constat, relatiuum accipi pro alio. Cæterùm relatiuũ, alius,masculini generis,quando non exprimitur substantiuum: dicit aliam personam. Quare conceditur ꝙ filius est alius à patre. Sed in neutro genere vbi nõ exprimitur substantiuum:dicit aliam essentiam. Quare negatur,ꝙ filius sit aliud à patre:sed cõceditur ꝙ sit aliud suppositum.

Lectio secunda.

Post diuisionem relatiui sequũtur quatuor regulæ. Quarum prima est de resolutione relatiui,qui,quod fuit secundum punctum propositum. Vbi notatoꝙ alia relatiua à ly,qui,non indigent resolutione. Nam relatiua accidentis perspicuum habent sensum ex suis definitionibus: vt tale idem est quod eiusdem qualitatis. Et,tantum, idẽ qđ eiusdem quantitatis. De quibus adhuc disputabimus in exponibilibus. Et relatiua alietatis manifesta sunt per hæc quæ modò dicebamus. No.1.

No.2. *Sed ly,qui,in vniuersum vbicunq;* fuerit resoluitur per ly,& ille. Vbi secundò notandum est,ꝙ aliquando constituit vnum extremum cum suo antecedenti,vt tota propositio sit vna categorica. Et aliquando est subiectum alterius categoricæ. v.g. Quando ponitur ante primam copulam,vt si dicas,homo qui loquitur disputat: tunc vniuersaliter est pars subiecti & illa prima copula dicitur implicationis. Sed si ponatur inter duas copulas & referat subiectum,tunc tota propositio est formaliter hypothetica,& virtualiter copulatiua:vt si dicas, homo est animal qui est rationalis. Eodem modo si referat prędicatum:non tamen faciat vnum extremum cum illo sed sint ambæ copulę principales:vt si dicas,homo est animal quod est rationale. Et tunc relatiuum est subiectum secundæ categoricæ, & simul coniunctio categoricarum. Et æquipollet copulatiuæ, mutato solo relatiuo, cæteris inuariatis. Vt prima æquipollet huic, homo est animal,& ille est rationalis,

rationalis: & secunda huic, homo est animal, & illud est rationale. Si autem referat prædicatum & faciat vnum extremum cum illo, ita vt secunda sit copula implicationis, tunc est categorica. Et pro illis est regula. Propositio, vbi ly qui, accipitur cũ copula implicationis tanq̃ pars extremi, resoluitur per copulatiuã in cuius prima categorica prædicatur principale prædicatum de subiecto mediante copula principali, & in secunda prædicatum copulæ implicationis, mediante eâdem de ly ille: vt animal quod est risibile est rationale, animal est rationale & illud est risibile. Nec opus est restringere relatiuum dicendo, illud animal quod est rationale: nam ipsum relatiuũ refert restrictè: vt videbimus in tertio puncto. Et homo est animal quod non est irrationale, resoluitur sic, homo est animal & illud nõ est irrationale. Antichristus erit, qui non est: Antichristus erit. & ille Antichristus qui erit nõ est, vt semper seruetur eadem ampliatio. Et intelligitur regula hęc, quando illud extremũ est immediatè resolubile ratione relatiui: nam si totum complexũ distribuatur, priùs debet fieri descensus: vt omne aĩal quod est risibile est rationale, si resolueretur immediatè ratione relatiui, esset falsa ratione primæ exponentis: sed est descendendũ sub subiecto: puta, hoc animal quod est risibile est rationale: & oẽs singulares sunt veræ, & eodẽ modo sua cõtradictoria, aliquod animal quod est risibile non est rationale, nõ est immediatè exponẽda disiunctiuè ratione relatiui: aliâs prima exponens esset vera, & sic duæ contradictoriæ essent veræ, sed est immediatè descendendũ sub subiecto includente relatiuũ & omnes singulares sunt falsæ. Ex hoc sequitur hãc categoricam esse verã, oĩs propositio cuius cõtradictoria est vera, est falsa: vt patet per descensum sub toto subiecto. Sed si dicas, oĩs propositio est falsa cuius cõtradictoria est vera, hæc est falsa: quia habet multas singulares falsas sub subiecto. Habeto ergò regulam vniuersalẽ, nè te sophismata decipiãt, vt quantum fieri poterit fiat descensus sub cõplexo includente relatiuũ, ante q̃ propositio exponatur ratione relatiui. Item quod quando affirmatiua potest immediatè resolui ratione relatiui, tunc cõtradictoria negatiua potest immediatè resolui per disiunctiuã contradictoriã, Vt quia hæc, aĩal quod est risibile est rõnale, potest resolui immediatè sua contradictoria: nullũ aĩal quod est risibile est rõnale, poterit resolui sic, nullũ aĩal est rõnale: vel nullũ aĩal quod est rõnale est risibile, seruata restrictione relatiui quę erat in cõtradictoria Sed melius est priùs facere descẽsum, & tũc nõ opus est addere restrictionẽ: & eñ quãdo antecedens accipitur singulariter, idẽ est referre restrictè aut non restrictè, tam in copulatiua q̃ in disiunctiua. Idem enim est dicere, Petrus nõ est rationalis, vel ille non est risibilis, ac si dicas, vł ille Petrus qui est rationalis. Et ideo ad tollendas istas tricas restrictionũ: vniuersaliter est priùs descendendũ sub toto complexo. Per hæc quæ dicta sunt patet sensus illius triti sophismatis, Petrus est differens ab animali quod nõ differt ab equo. Nam relatiuo referente ly differens, est falsum: & referente, ly animal, est verum, & in vtroq; sensũ est propositio categorica affirmatiua & in primo sensu tantũ valet sicut, Petrus est differens ab aĩali & illud differẽs ab aĩali, quod est Petrus non differt ab equo: & in secundo tantùm, sicut Petrus est differens ab equo.

Subsequitur in textu secunda re- No.3.
gula circa tertiũ punctũ de restrictione relatiui: videlicet ꝙ relatiuũ in altera categorica Regula.2.
copulatiuè, referẽs antecedẽs in altera, refert restrictè, id est pro eo pro quo verificatur sua categorica: vt, aĩal est rationale & illud est risibile. i. illud aĩal quod est rationale est risibile. Vbi notato quid est relatiuũ referre restrictè, fuit eñ opinio Entisberi ꝙ referre restrictè est referre añs cũ oĩbus t̃ris suæ categoricæ, etiã vniuersalibus, quę quidẽ opinio iure à nullo recipitur: nec deberet in scholas reuocari: nam tunc ista copulatiua esset concedenda, oĩs homo est risibilis & ille non est rationalis: nam subiectũ secundę tantũ valet sicut, ille oĩs homo, quod non supponit. Et eadẽ ratione, oẽs hoĩes sunt mortales, & nullus eorũ potest mori: quia subiectũ secundę nõ supponit si ly omnes, accipiatur distributiuè. Et multę aliæ propositiones essent cõcedendę: pręter cõmunem hominũ sensum. Et ideo dicendũ est ꝙ referre restrictè, est referre suũ antecedẽs pro illo supposito pro quo verificatur sua categorica: vt sensus huius, omnis homo est rationalis & ille est risibilis; est, oĩs homo est rationalis: & ille homo qui est rationalis est risibilis. Nam prima categorica nõ verificatur pro aliquo quod sit oĩs homo: sed pro aliquo hoĩe qui est rationalis. Et hęc, tantũ aĩal est rationale & illud est risibile, æquipollet huic, tantũ aĩal est rationale, & illud aĩal quod est rationale est risibile. Et hæc, aĩal nõ est leo, & illud est rationa-

le, æquipollet huic, aĩal non est leo, & illud aĩal quod nõ est leo est rationale. Et in hac, oẽs Apostoli Dei sunt duodecim, & illi sunt decẽ, vbi signũ accipitur collectiuè, relatiuũ refert pro tota collectione: nã solũ pro illa verificatur propositio antecedentis. Quare illa propositio est falsa. Alii dicunt ꝙ referre restrictè est referre suũ ãs cum oĩbus terminis suæ categoricæ dẽpto signo vniuersali, quod ponitur in principio. Sed hoc pręstat ansam multis argutiis. Et ideo melius est dicere primo modo. Et est hic notandũ, idẽ esse iudiciũ hic de copulatiua formali & virtuali. Et enim in tẽporali, vt si dicas, homo loquitur qñ ille disputat, relatiuũ refert restrictè. Est enim sensus ꝙ homo aliqñ loquitur & tunc ille disputat. Et idem de ablatiuo absoluto, vt hoĩe disputante ille loquitur. Aliter tamen in cõditionali, vt si aliqua propositio est vera sua cõtradictoria est falsa. Vel si ẽ cõuerso relatiuũ situetur in antecedẽti, aliqua propositio est vera si sua cõtradictoria est falsa, vtrobiq;, ly sua, refert absolutè Et nõ solũ relatiuũ idẽtitatis refert restrictè, sed etiã relatiuũ alietatis. Vt paulò antè dicebamus, vnus homo arguit & alius respõdet: Sensus est, alius ab illo qui arguit. Et pari ratione relatiuũ accidẽtis, vt aĩal est politicũ quale est homo. Id est, quale est illud aĩal politicum. Extra istos casus relatiuum nõ refert restrictè. Vt si dicas aĩal est homo vel illud est leo. Sensus est vel aĩal absolutè est leo. Quare licet nullus esset hõ, illa disiũctiua esset vera. Itaq; generaliter omne relatiuũ in copulatiua formali vel virtuali in vniuersum refert restrictè: aliàs non.

Sed cõtra istã secundã regulã est argumentũ. In mẽte vltimata non potest esse diuersus modus referẽdi restrictè vel absolutè, ergò nec in voce. Probatur ãs. Formata hac mentali, aĩal est rationale vel illud est leo, vbi relatiuum referat pro aĩali absolutè, potest ly vel, mutari in ly &, cæteris oĩbus manentibus inuariatis. Tunc arguitur. Illud relatiuũ retinet eandẽ significationẽ, quæ est illi naturalis: ergò vel ĩ copulatiua refert absolutè sicut prius in disiunctiua, vel prius referebat restrictè in disiũctiua, sicut postea in copulatiua. Ad hoc: qui dicũt, relatiuũ significare adæquatè illud, quod suũ ãs, partim cogũtur negare casum: debet enim dicere nõ esse possibile, manẽte eodẽ relatiuo in mẽte, mutari ly vel, in ly &: quia per hoc mutaretur significatio relatiui: nã in illa disiunctiua significat solũ aĩal, & in copulatiua aĩal qđ (Argumentum.) est rationale. Partim admittũt casum: & dicunt argumentũ cõcludere, ꝙ relatiuũ eodẽ modo refert in disiunctiua: sicut in copulatiua. Ita solet paruus error in principio fieri maximus in fine: nã primi negãt experientiã, & secundi negãt verã dialecticã. Nos verò, admisso casu, dicimus ꝙ relatiuũ nõ mutat significationẽ, sed solũ acceptionẽ ꝑpter diuersas cõiunctiones. Nam ly &, coniungit sensus categoricarũ, & ideo denotat prędicatã ambarũ conuenire eidẽ supposito: & ideo facit quod relatiuũ accipiatur pro eodẽ aĩali, quod est rationale, sed ly vel, disiungit sensus: & ideo nõ facit ꝙ accipiatur relatiuũ pro eodẽ: sicut ly, homo, in hac mẽtali, hõ disputat, accipitur pro oĩ hoĩe: & idẽ terminus si addatur ly aliquis, accipitur ꝓ masculis solis.

Lectio tertia.

Circa vltimũ punctum, putà circa modũ supponẽdi relatiuorũ statuuntur duę vltimæ regulæ. Tertia ergò regula in ordine textus est: Relatiuũ reciprocũ primitiuæ speciei supponit eo modo, quo suum ãs sigillatim. Vt oĩs hõ diligit se. Relatiuum supponit distributiuè sygillatim. Et si dicas, homo nõ est ipsemet, prædicatũ supponit determinatè sigillatim. Vnde suppositio sigillata est acceptio termini, cuius resolutio fit per resolutionẽ alterius, à quo dependet. v. g. prædicatũ huius, oĩs hõ est ipsemet. supponit sigillatim: quia descendẽdo sub subiecto, descẽditur sub prædicato: nã Petrus est ipsemet, idẽ est ꝙ Petrus est Petrus. Et si supponeret absolutè distributiuè, illa propositio esset falsa: nã singularis subiecti esset, Petrus oĩs homo est. Nec illud prædicatũ supponit cõfusè, sicut si diceres, oĩs hõ est hõ: nã tũc, hæc esset vera, oĩs hõ odit se, casu quo singuli diligant se, & odio habeãt inimicos: esset. n. sensus singularis subiecti, Petrus odit se, Petrꝰ odit hominẽ: vel singularis illius deberet esse hęc, Petrus odit hominẽ. Sed dubiũ est de relatiuo reciproco deriuatiuę speciei an supponat sicut suũ ãs sigillatim. Et videtur ꝙ nõ. Nam si descẽdas sub subiecto huius, oĩs mater diligit filiũ suũ, dicendo, Maria diligit filiũ suũ, adhuc relatiuũ supponit cõiter pro oĩbus filiis Mariæ. Et cõfir. quia cũ relatiuũ deriuatiuę speciei nõ accipiatur pro illo ꝓ quo suũ ãs, non resoluitur simul qñ resoluitur ãs. Ex alia parte est argumentũ: quia in singulari data particularius supponit relatiuũ, ꝙ in vniuersali: putà pro solis filiis Mariæ: ergò cũ fit descẽsus sub antecedẽte quodã modo fit

No. 1.

Regula. 3.

fit sub relatiuo. Respōdetur q simpliciter relatiuū reciprocū deriuatiuæ speciei non supponit sicut suum añs sigillatim, postq̄ nō accipit pro illo: sed tñ secundū quid, quātum ad formale supponit sigillatim. i. quantū ad cōnotationē, vel quantū ad genitiuū inclusum in illo, scilicet, filiū matris aut filium Mariæ.

No.2. *Vltima regula est. Omne aliud relatiuū nō reciprocū, supponit secundū exigentiā signorum sicut supponeret añs in illo*

Regula.4. situ: vt in hac, oīs homo disputat, & ille doctè loquitur, relatiuum supponit determinatè p hoīe qui disputat: nā signū vnius categoricæ nihil facit in terminos alterius. Et in hac, aliquod aīal est rationale, & oīs homo est illud, relatiuū supponit cōfusè tm̄. Itaq; qñ nō est relatiuū reciprocū cū fit descēsus sub antecedēte, nō fit descēsus sub relatiuo: sed manet cōmune: vt descendendo sub antecedente in hac copulatiua, omne aīal est, & Petrus est illud: dicendū est, hoc aīal est, & Petrus est animal quod est: quare illa copulatiua est vera,

No.3. *Ex illa tertia regula de suppositione* relatiui reciproci inferūt Summulistæ multa corrolaria, videlicet q detur aliqua cōditionalis cōtingens: cum tamē sit regula q oīs cōditionalis si est bona cōsequentia, est necessaria propositio: & si mala, est impossibilis. Probāt in hac copulatiua, aliquod animal est, & si homo est ipsummet, homo est leo: nam rebus vt nūc, demōstrato leone sub ly animal, illa cōditionalis est bona cōsequētia: & si soli hoīes essent in mundo illa esset mala: vt patet descendendo sub ly animal. Sed nos dicimus, casum esse barbarum: nec admittimus quòd relatiuum reciprocū sit in alia categorica, q̄ suum antecedens: nec q detur conditionalis contingens: sed loco de ly ipsummet, dicendum est ipsum vel illud: vt non sit relatiuum reciprocum.

Caput. xij.



INductio, quā dicūt ascensum, est à singularibus sufficiēter enumeratis ad vniuersale progressio: vt, iste ignis calefacit, & iste: & sic singuli: ergò oīs ignis calefacit. Descensus est ab vniuersali ad singularia sufficienter enumerata progressio: vt, quidā ignis calefacit: ergò iste ignis calefacit: vel iste ignis calefacit. &c. Atqui sub termino distributiuè supponēte ascensus descensusq; fit copulatiuus: sub termino verò determinatè supponēte disiunctiuus: sed sub termino supponente cōfusè tantùm, nullus est qui veritatem propositionis manifestet.

Lectio prima.

*HAbita notitia suppositionum: di*cere restat de inductione: quæ diuersis speciebus suppositionū diuersa accōmodatur. De qua meminit Arist. 1. Top. & Petrus Hispanus in quinto tract. Vbi ponit quatuor genera argumentorū, quę sunt sillogismus, inductio, enthymêma, & exēplū. Et inductio inter alia est per quā fit vltima resolutio vsq; ad sensum, Vbi notandū q cū dialectica sit veritatis propositionū indagatrix, tradit diuersos modos probādi propositiones, iuxta cuiusq; naturā. v.g. si quis tibi negasset hāc propositionē, tantū creatura cōtingenter est substātia: quæ signis illis obuoluta est: docet dialectica primò exponere ratione de ly tantùm, mox singulas exponētes ratione de ly cōtingenter, & tandē propositiones de inesse probare per singulare. Itē si quis negasset q ignis rarefacit: quod nō est tā notū ad sensum: id persuaderes per causam à priori, hoc syllogismo, quidquid calefacit rarefacit, oīs ignis calefacit: ergo oīs rarefacit. Quòd si rursus negaretur minor, illa ad sensum manifestaretur inductione, iste ignis calefacit & iste & sic singuli, ergò. Ex quo sequitur quòd inductio solū valet ad probandū propositiones per sensum, sicut probat philosophus naturalis sua principia & medicus: vt q reubarbarū purget cholerā experiētia cognouerūt: qa viderūt hoc purgare & hoc purgare. &c. Sed mathematic⁹ aut metaphysicus nō probāt sua principia per inductionē. Tam ignotū eñ est, hāc substantiā spiritualē esse intelligibilē, sicut quod substantia spiritualis est intelligibilis. Vnde Aris. 1. Top. inductio, inquit, est clarior & notior ad sensum, q̄ syllogismus. Et inductio accipitur secundū Græcam significationem: quæ est, ordinū series in exercitu: vbi alii post alios procedunt. Et inductio est quasi per singula inductio: cum quis ex concessis, sensim irretitur & captatur, vt cogatur concedere vniuersale propter singularia concessa.

No.1.

No. 2. *Est ergo inductio, vt inquit Aristoteles*, à singularibus ad vniuersale accessio vel secundum Petrum Hispanũ à singularibus sufficienter enumeratis ad vniuersale progressio: vt mõstratur in exẽplo textus. At iuniores, & nomen, & diffinitionẽ gratis mutârunt. Inductionẽ enim vocât ascensum: credo vt esset correlatiuũ ad descensum: cuius non est nomẽ apud antiquos. Et dicunt ꝙ ascensus est consequentia formalis à singularibus cum cõstantia, ad terminũ cõmunem. Sed isti nullã rationẽ habent Aristotelis, necdũ Petri Hispani. Sunt enim definitiones Aristotelis, nõ mutãdæ: sed interpretandæ. Igitur si quæratur quid est ascensus, vel descensus, respondendũ est per definitiones textus: quæ sunt claræ. Sed si vis ampliùs explicare: Ascẽsus est argumẽtatio, à singularibus alicuius termini cõmunis ad terminum ipsum cõmunem, vel ab inferioribus ad superiorem. Accipitur ẽm illic, vniuersale, correlatiuè ad singulare, vel ad inferius pro termino cõmuni: etiam si nõ distribuatur. Et descẽsus opposito modo est argumentatio à termino cõmuni ad eius singulares vel inferiores. Dixerim vel inferiores: quia antiqui, sicut sub termino specifico faciebant inductionem per singularia, vt iste ignis calefacit, & iste & singuli: ergò oĩs ignis calefacit: ita sub termino generico faciebant per specificos: vt omnis homo est sensibilis, & omnis equus est sensibilis, & oĩs leo. &c. ergò omne animal est sensibile. Et maximè vbi est distributio pro generibus singulorum: vt aliquis homo fuit ĩ arca Noe, & aliquis leo. &c. ergò omne animal fuit in arca Noe. Et quando dicimus à singularibus. &c. nõ distĩguim⁹ inter singulares in supponẽdo & significãdo nam vt suprà diximus idem est. Quare, etiam in terminis non actu supponentibus potest fieri ascensus: ista chimera est monstrum, & ista. &c. ergò omnis chimera est monstrum. Et est sciendum, ascensum conducere ad manifestandam veritatem propositionis de termino vniuersali: descensum verò ad manifestandũ falsitatẽ eius. Probamus enim ignem calefacere: quia iste calefacit, vel iste. &c. Sed probamus falsum esse, ignẽ frigefacere: quia inde sequeretur, vel istũ frigefacere vel istũ. &c. Quod est falsum. Digladiantur Summulistæ: an ad bonum ascensum requiratur è cõtrario valere descẽsum. Sed disputatio est de nihilo: & credo illud non esse necessarium, quia nihil vetat hunc esse bonum ascensum, omnis homo est hoc animal, vel omnis homo est hoc animal. &c. ergò oĩs homo est animal quanquam è conuerso non valeat descensus.

Sed circa illa, quæ hac tempestate disputãtur in scholis, sunt tria dubia. Primũ. An (vt sit bonus ascẽsus vel descensus) sit necessarium ꝙ sit cõsequentia formalis. Secundum, an debeat addi in descẽdẽtibus illa particula, & sic de singulis. Et tertium, an debeat superaddi constantia. Dubia.

No. 3. *Circa primũ. Notandum hic per*functoriè consequẽtiam esse duplicẽ: materialem & formalem. Materialis est, quæ tenet solum in talibus terminis: & tali materia: vt hõ est animal, ergò oĩs homo est animal: quæ tenet solũ in materia naturali à non distributo ad distributũ, homo nõ est lapis: ergò nullus homo est lapis: quæ tenet solũ in materia remota. Formalis est, quæ tenet in oĩbus terminis similis formæ: vt omne animal est substãtia, omnis homo est animal: ergò oĩs homo est substãtia, quæ tenet in omni materia. Vbi notãdum est obiter: quænam consequentiæ dicantur similis formæ: nam de similitudine formæ in legibus oppositionum, & in syllogismis exactior habebitur sermo. Sed quatenus attinet ad hoc propositum, vt vna consequẽtia sit similis formæ alteri: requiritur antecedens esse simile antecedenti alterius, & consequens cõsequẽti: nempe, vt sint eiusdẽ qualitatis & quantitatis, & seruatur eâdem ampliatio & appellatio. &c. Et deinde ꝙ si qua fuerit synonymitas vel idẽtitas inter terminos antecedentis & terminos consequentis in vna consequentia, eadem synonymitas seruetur in altera consequẽtia. Exẽpli gratia, hæ duæ cõsequentiæ, iste homo disputat, & iste homo disputat. &c. ergò oĩs homo disputat: iste equus currit, & iste equus currit. &c. ergo omnis leo currit, non sunt similis formæ, licet antecedens primæ sit simile antecedenti secundæ, & consequens consequenti quia in prima consequentia subiecta singularium antecedentis, & subiectum consequentis sunt idem, & in secunda non est illa identitas.

Dicunt ergò omnes Summulistæ, tria. Primũ, ꝙ ascensus ac descensus debet esse cõsequentia formalis. Quare ista consequẽtia, iste ignis calefacit, & iste ignis calefacit: ergò omnis calefacit, non est bonus ascensus si nihil addas antecedenti: sed solum numeres duo singularia: nam quanq̃ est bona de materia, non tamen tenet in simili forma, iste homo disputat & iste homo disputat: ergò om-

omnis homo disputat. Et ideo dicunt secundò, ꝙ vel sunt connumeranda omnia singularia illius vniuersalis: vel quando illud non est possibile, addenda est antecedenti illa particula, & sic de singulis, vt teneat formaliter in omnibus. Sed adhuc hoc non sufficit vt sit formalis consequentia: nam si descendas sub vniuersalia affirmatiua: vt puta omnis homo viuit: ergò iste homo viuit, & iste homo viuit, & sic de singulis, consequentia nõ est formalis: nam si demonstraueris in vna singulari Antichristum ad intellectum, consequentia nõ valet. Et ideo dicunt tertiò, ꝙ addenda est constantia antecedenti: puta isti homines sunt omnes homines: nec licet demonstrare in consequenti nisi illa singularia quę demõstrantur in constantia, & sic consequentia est optima. Eodem modo ascendendo sub particulari negatiua, iste homo non viuit, vel iste homo non viuit, vel sic de singulis: ergò aliquis homo non viuit, nisi addas constantiam in antecedente, consequentia non valet, vt patet si demonstres in aliqua singulari Antichristum ad intellectum. Vnde constantia est propositio affirmatiua, vbi prædicatur terminus communis sub quo fit ascensus in plurali numero, cum signo collectiuo de omnibus eius suppositis collectiuè sumptis: vt isti homines sunt omnes homines. Ex his eliciunt definitionem ascensus quòd sit consequentia formalis à singularibus sufficienter enumeratis cum constantia ad terminum communem. Et ita nos diximus in priori ęditione. Sed certè hæc definitio pręterquam quod non est Aristotelis, nec Petri Hispani. inuoluit multas tricas, cùm tamen definitio debet esse perspicua.

Argu. 1. *Primò arguitur inquirendo quid* valeat particula, & sic de singulis: nã vel ęquiualet huic negatiuæ, nullus est aliꝰ ignis quin calefaciat, vel æquiualet omnibus alijs singularibus non enumeratis. Si primum: ergò erit processus in infinitum, quia illa vniuersalis rursùs est probanda per ascensum, imò est obscurior quàm ipsa vniuersalis sub qua ascenditur. Si secundum: ergò sæpisimè non possemus comprehendere significationem illius: vt quando sunt innumera supposita. Ad hoc argumẽtum sunt qui concedant primum inconueniens: alijs qui concedant secundum. Dicunt enim primi quòd ly, & sic de singulis, subordinatur vniuersali negatiuę Sed certè tunc obscurior esset ascensus, & esset processus in infinitum. Alij dicunt quòd subordinatur copulatiuæ ex omnibus partibus non numeratis. Sed re vera esset maxima capacitas intellectus: qui tot propositiones comprehenderet. Dicendum est ergò quòd illa particula nõ subordinatur nisi similibus quatuor notitijs, quales sunt in voce, & sic de singulis: quæ significat ita esse in singulis alijs suppositis sicut in illis, quæ numerata sunt: licet in cõsequẽdo tãtùm valeat sicut si cætera omnia singularia numerarẽtur. Nec ita securè dixeris, & sic de alijs: quia hæc particula non est distributiua sicut alia. Quare si quatuor solùm homines disputassent, alijs non disputantibus: antecedens esset verum & cõsequens falsum, in hac consequentia, iste homo disputat, & iste homo disputat, & sic de alijs: ergò omnis homo disputat. Et notandum hîc primò, ꝙ in descẽsu copulatiuo sub vniuersali negatiua, nec in ascẽsu disiunctiuo sub particulari affirmatiua, non est necessaria illa particula. Item vniuersaliter quando cõnumerãtur omnia supposita: quare si addas in singularibus illam particulam, & non sunt plura, tunc non est necessaria illa particula. Et secundò notato, ꝙ in ascensu copulatiuo debet addi particula mediante ly &, & in disiunctiuo mediãte ly vel, & pariter in descensu vt sub eadem forma intelligantur singulares, quę non numerantur, qua aliæ numeratæ exprimuntur.

*Contra illum modum ponendi con*stantiam, sunt argumenta inextricabilia. Dicam vnum aut duo exempla, vt appareat quàm sit obscurus, ille modus arguendi cum constantia. Primum, vix potest poni constantia ad ascendendum sub hac vniuersali: omnes fratres diligunt se. Ascẽdendum enim est, isti fratres diligunt se, & isti fratres diligunt se, & isti fratres, sunt omnes fratres ergò & cætera. Sed demonstrando filios Petri & filios Pauli, & sic omnes homines qui habent fratres: certè constantia esset falsa. Nam esset sensus quòd illi omnes sunt inter se fratres. Argu. 2.

Respondent quòd ille terminus pluralis constantiæ debet resolui per vnum copulatum, quòd habeat innumeras partes: scilicet isti (demõstrata tota collectione:) sunt omnes isti fratres (demonstrando filios vnius patris:) & isti fratres (demonstrando filios alterius. &c.) Vt ly omnes, feratur in totum copulatum. Et si ascendas sub subiecto huius, omne non album est nigrum, casu quo non sint colorata nisi alba, & nigra: non est ponẽda sic constantia, ista non alba sunt omnia

non alba: quia tunc deberes demonstrare totam collectionem alborum & nigrorũ, quæ omnia simul sunt non alba, vt vidimus in capite vltimo terminorum: sed cõstantia debet accipi in hoc sensu, hæc, non album, & non album, & non album. &c. Sunt omnia, non album, & non album. &c. Vt tam subiectum q̃ prædicatum solùm accipiantur pro nigris. Et tertium argumẽtum est a duersus particulam, & non sunt plura, quam diximus supplere vicem alterius, & sic de singulis: casu quo sint solùm istæ quatuor propositiones in mũdo, Deus est, nullus Deus est, homo est animal, nullus homo est animal, nõ sequitur. Istæ propositiones non sunt veræ (demonstratis primis contradictoriis,) & istę nõ sunt veræ (demõstratis secundis) & non sunt plures propositiones: ergo nullę propositiones sunt veræ: quia antecedens est verum & consequens falsum, pro alijs duabus negatiuis.

Respondetur quòd sensus illius particulæ non est ille, quem facit in rigore: sed debet accipi in hoc sensu: vt sit bona consequentia, non sunt plura supposita illius termini vniuersalis, quàm illa duo demonstrata in singularibus: & tunc constantia est falsa.

Argu. 3. *At suppositis huiusmodi expositio*nibus, arguitur contra illum modum arguẽdi per ascensum vel descensum. Inductio sicut quæuis argumẽtatio dialectica, debet esse probatiua conclusionis: sed modus iste arguendi per inductionem, nullo modo est probatiuus conclusionis: ergò non est dialecticus. Probo minorem: quia vt argumentatio sit probatiua non sufficit vt isti putant, quòd sit bona consequentia: sed potiùs requiritur quòd antecedens sit notius quàm consequens, sed in ista consequentia. v. g. Iste ignis est calefactiuus, & iste est calefactiuus, & sic de singulis, & isti ignes sunt omnes ignes: ergò omnis ignis est calefactiuus, tam dubium est antecedens, sicut consequens: imò longè obscurius, maximè in casibus suprà expressis, & in plurimis aliis, qui solent afferri: ergò illa consequentia non est probatiua nec ostensiua. Imò verò cum Aristoteles dixerit quòd inductio est verisimilior, & manifestior ad sensum quàm syllogismus, fecerunt iam illam Summulistæ non modò obscuriorem: sed prorsus inutilem ad quemuis vsum & scientiam.

No. 4. *Igitur quod manifestum est apud* Aristotelem & Petrum Hispanum, & omnes antiquos non est necesse, vt inductio sit consequẽtia formalis, quinimo secundũ aliquos tãtùm est consequentia topica, & probabilis, & non adeò rigorosa, vt communiter iuniores Summulistæ volunt. Nam officium dialecticæ non solùm est argumentari demõstrando, vt in mathematicis: sed est ars quæ probabiliter disputat. Et ideo sicut aliquando assumit propositiones non necessarias sed probabiles: ita nec semper vtitur consequentiis euidẽtibus: sed sępe vtitur probabilibus: & talis est inductio. Et vis inductionis est hæc, vt ex singularibus omnibus quæ experimur: inferat vniuersalem, tanq̃ sit verisimile & probabile, ꝙ res ita se habet in alijs quæ non experimur. Vt si iste ignis calefacit, & iste, & ita singuli quos experimur, oĩs ignis calefacit: nec opus est addere, & sic de singulis in vniuersum: nec ꝙ isti sunt oẽs ignes: nã tunc nihil esset dicere. Nec opus est addere, vt alij dicunt, & non est maior ratio de istis q̃ de alijs: quia hoc ipsum restaret probandum: sed satis est, ex his quæ cadunt sub experiẽtia inferre vniuersalem. Quo fit, vt inductione non vtantur omnes scientiæ: vt metaphysica non probat ꝙ omnis homo est animal rationale per inductionem: quia nõ probatur illa per sensum. Sed illa est immediata, quia prædicatum explicat naturam subiecti: Physicus autem probat motum esse per inductionem: vt habetur tertio Physicorum. Et medicus probat naturas herbarum per experientiam. Quare perperam isti faciunt confundendo inductionem tot particulis & nęnijs vt faciant illam formalem, nam præter hoc quod sit contra vsum antiquorum reddunt illam penè inintelligibilem & nullius vtilitatis ad probandum aliquid in omnibus alijs scientijs extra suas Summulas. Vtinam hoc recipiant omnes Summulistæ, & non reuertantur ad allia & cępas Aegypti.

Sed concesso illis, inductionem esse No. 5. consequentiam formalem, & adeò rigorosam vt cauillari minimè posit: Dico primò quòd ad hoc quòd sit bona consequentia logica: non requiritur quòd ponatur semper constantia nisi in ascensu negatiuo disiunctiuo, & in descensu copulatiuo affirmatiuo. Et etiam illæ particulæ, sic de singulis, non sunt plura: non est necesse ponantur: in ascensu affirmatiuo disiunctiuo: nec in descensu negatiuo copulatiuo: imò si ponatur constantia non sunt necessariæ in descensu affirmatiuo copulatiuo: nec in ascensu negatiuo disiunctiuo. Ex quo sequitur, quòd

nec

nec de ratione ascensus nec descensus est cōstantia:aut ly: sic de singulis: postquā sępiùs possunt esse optimæ cōsequentiæ sine huius modi particulis.Secūdò dico quòd nec sunt necessariæ constantia & illæ particulæ,sic de singulis,non sunt plura : ad hoc ꝙ inductio sit consequentia formalis: nam in omnibus casibus in quibus inductio est bona consequētia,sine illis est formalis si seruetur illa synonymitas seu habitudo,quæ est inter terminum qui resoluitur & suas singulares: nam si dicas, homo currit:ergò hic homo currit, vel hic homo currit.&c.non est eiusdem formæ cùm ista. homo currit, ergò hic equus currit, vel hic equus currit .&c.imò nec cum ista: homo currit, ergo hic homo currit,vel hic homo currit.&c.per primum pronomen demonstrando hominem,qui nō est : & per secundum demonstrando lapidem si est possibile quòd demonstretur sub illo termino, hic homo.Nam nunquàm seruatur illa synonymitas & habitudo, quæ erat in prima consequentia inter subiectum antecedentis & subiecta consequentis, quæ sunt singulares illius. Tertiò dico ꝙ dato ad hoc quòd inductio sit bona & formalis consequentia sint necessariæ, constantia:& illæ particulæ, sic de singulis, non sunt plura : sunt tamen subintelligendæ, & non exprimendæ, nisi quando vis argumenti hoc exegerit : nè inductio, quæ debet esse argumentum manifestissimum ad sensum, obscurissimum & inintelligibile penè redditur.Dico vltimò esse impertinentissimum ad bonitatem ascensus quòd è contrario sit bonus descensus. Et similiter quòd ad bonitatem descensus è diuerso sit bonus ascensus. Quinimò antiqui tantùm loquebantur de inductione quæ est ascensus & nullo modo descensus. Veruntamen est quòd paucis seruatis, potest fieri (vt iuniores Summulistæ volunt) quod ascēsui respondeat, è diuerso bonus descensus.&c. Plurima adiecimus in priori ędition e ad hoc propositum, quæ iam nobis indigna videntur quibus ingenia iuuenum offendamus. Vnum tamen hoc adnotabunt dialectici : ꝙ in via Aristotelis & naturaliter loquendo. aliqua propositio est necessaria : cuius omnes singulares sunt contingentes. Aristoteles enim censet hanc esse necessariam, homo est, quia in perpetuum erunt homines: & tamen Petrus est, Paulus est.&c.sunt contingentes. Et pari ratione, homo non est, est impossibilis : & suæ singulares sunt contingentes,

Lectio secunda.

TAm *ascensus quàm descensus* iuxta numerum specierū suppositionis quadruplex est, scilicet copulatiu⁹, disiunctiuus, copulatus, & disiunctus. Ascensus aut descensus copulatiuus est, quando singulares numerantur copulatiuè, id est, per hypotheticā copulatiuam. Et disiunctiuus, quando singulares numerantur disiunctiuè: id est, per hypotheticam disiunctiuam : vt superiori lectione exemplis monstratum est. Sed ascensus copulatus est, quando terminus pluralis numeri, resoluitur in copulatum cōplexiuè sumptum suarum singularium:vt si subiectū huius, omnes Apostoli Dei sunt duodecim, sic resoluas, omnes isti Apostoli & isti Apostoli.&c. sunt duodecim. Ascēsus autem aut descensus disiunctus est, quando terminus communis resoluitur in disiunctum suarum singularium : vt si prædicatum huius, omnis homo est animal, resoluas sic, omnis homo est hoc animal vel hoc animal.&c. Vt totum disiunctum sit vnicum prædicatum. No.1.

Tunc sequitur in secunda parte textus regula trimembris. Ascensus descensusq; copulatiuus debetur termino supponenti distributiuè, disiunctiuus verò debetur termino supponenti determinatè. Sed addendum est, quod ascensus descēsusq; copulatus debetur termino sumpto cū signo collectiuo disiunctus autem cuicunq; termino cōmuni potest cōtingere, quomodocunq; supponat, dummodò disiunctum eodem modo supponat, sicut terminus ipse sub quo descēditur. Sub vtroq; enim extremo huius propositionis, omnis homo est animal, potens immediatè ascendere & descēdere disiunctim, dum tamen disiunctum à parte subiecti supponat distributiuè, & à parte prædicati confusè. Sed hoc videtur esse contra regulam vbi habetur ꝙ sub termino confusè tantùm supponente nullus potest fieri aut ascensus aut descensus : Respondetur ꝙ non habetur absolutè ꝙ non potest fieri ascēsus: sed ꝙ non potest fieri aliquis manifestatorius veritatis aut falsitatis. Nam siue descendas per copulatum siue per disiunctum, totum copulatum aut disiūctum supponit eodem modo, sicut ipse terminus communis, imò verò sub termino collectiuè sumpto, non congruè fit resolutio per copulatum, Barbarè enim dicitur, omnes isti Apostoli, & isti Apostoli. &c. Sed fiunt aliquando isti ascensus copulatus aut disiun No.2.

ctus ad demonstrandum pro quibus suppositis accipiuntur illi termini communes: vt quando nullo modo potest fieri alius ascensus sub illo termino: quod contingit in huiusmodi propositionibus, promitto tibi equum, ad equitandum requiritur equus. &c.

Ex his sequitur omnem terminum distributiuum mediatè vel immediatè, tãdem resoluendum esse copulatiuè, & omnem non distributum, tandem resoluendum esse disiunctiuè: nisi supponat confusè tantùm à signo speciali cõfusionis: qualia sunt ly omnes collectiuè ly promitto, ly requiritur. &c. Mediatè inquam vel immediatè: quia ordo resolutionis exigit, nunc inchoãdum esse ab vno & postea ab alio. v.g. licet in hac propositione, omnis homo est animal, non liceat immediatè descendere disiunctiuè sub prædicato, tamen facta resolutione subiecti licebit. Et licet in hac, omne animal quod est homo est rationale, non liceat immeditatè disiunctiuè ascendere sub ly homo, tamen facta resolutione sub toto complexo licebit. Et eodem modo sub ly hominis, in hac, quilibet equus cuiuslibet hominis est animal, facta resolutione sub toto, licebit ascendere & descẽdere copulatiuè. Volo dicere quòd nullus terminus: quãtumcunq; sit determinatio accepta, vnica, supponit adeo immobiliter, quin facta resolutione totius complexi, liceat illum resoluere iuxta naturam sui signi copulatiuè aut disiunctiuè: nisi sint illa signa specialia confusionis.

No.4. *At verò circa ordinem ascenden-*
Regulæ.3. di aut descẽdendi sub terminis vniuscuiusq propositionis, sunt notandę tres regulæ pro terminis absolutis: & duæ pro relatiuis. Prima. Sub termino supponẽte distributiuè in ordine ad terminum supponentem determinatè, vel in ordine ad aliam particularitatem syncategorematicam præcedentem non licet ascensus priusquàm fiat resolutio sub termino supponente determinatè: nam aliâs argueretur à pluribus determinatis ad vnicam determinatam respectu multitudinis, qui est defectus in inductione. Vt non sequitur, homo non est hoc rationale, & homo non est hoc rationale. &c. ergò homo non est rationalis. Vnde arguere à pluribus determinatis. &c. est arguere à termino supponẽte determinatè, copulatiuè accepto in ordine ad singularia termini distributi, ad ipsum determinatè supponentem in ordine ad talem terminum distributum. Denotatur enim tunc in antecedente, singulis suppositis termini distributi aliquod suppositum indefinitè illius particularitatis respondere, & in consequente denotatur respondere vnum singulare illius particularitatis omnibus suppositis termini distributi. Pariter non sequitur, Petrus vel Paulus non est hic homo, & Petrus vel Paulus non est hic homo. &c. ergò Petrus vel Paulus non est homo: sed priùs est resoluenda hæc propositio in disiunctiuam ratione de ly vel, Petrus non est homo, vel Paulus non est homo. Descensus tamen sub tali termino distributo licet quidẽ: quia ascensus huiusmodi ædificat falsitatẽ & descensus ædificat veritatem. Vt benè sequitur è conuerso, homo non est rationalis: ergo homo nõ est hoc rationale, & homo non est hoc rationale. &c. Et eadem est ratio in affirmatiuis, quod valet descensus & non ascensus. Sunt qui excogitent modum ascẽdendi priùs sub termino distributo, addendo relatiuũ identitatis termino supponenti determinatè. v.g. homo non est Petrus & idem homo non est Paulus & sic de singulis: ergò homo non est homo. Nam si nõ sint. v.g. nisi tres homines, vltima singularis est falsa: puta homo quinec est Petrus nec Paulus, non est Plato. Sed certè modus hic ascendendi nõ tenet, nec in affirmatiuis, nec in negatiuis, saltem vbi sunt infinita supposita: vt si imaginemur continuum diuisum per partes proportionales minoribus terminatis versus. b. extremum: non sequitur, aliqua pars nõ est hæc pars (demonstrata prima versus. a.) & eadem non est hæc pars (demonstrata secunda) nam tertia nec est prima nec secunda, & eadem non est hæc pars (demõstrando tertiam) nam sub ly eadem, demonstrando quartam, & sic de singulis: ergò aliqua pars continui (secundũ hanc diuisionem) non est pars continui. Nec sequitur affirmatiuè, aliquampartẽ hęc pars præcedit (demonstrando primam) & eãdem hæc pars præcedit (demõstrando secundam) nam sub ly eandem, demonstrabo tertiam: ergò aliquam partem omnis pars præcedit. Secunda regula. Sub termino supponente confusè tantùm disiunctim, in ordine ad vniuersalitatem non licet descensus disiunctiuus priusquàm illa vniuersalitas resoluatur: nam aliâs argueretur ab vnica distributione ad plures, respectu partium particularitatis: qui est defectus oppositus defectui primæ regulæ: vt non sequitur, omnis homo est rationalis: ergò omnis homo est hoc rationale, vel omnis homo

homo est hoc rationale.&c.Denotatur enim in antecedente, singulis suppositis subiecti aliquod indefinitè suppositū prędicati conuenire, & in consequenti ꝙ vnum prædicati conueniat omnibus subiecti. Dixerim, respectu vniuersalitatis, quia etiam si illa vniuersalitas sit syncategorematica est priùs resoluenda, q̄ descendatur sub termino stante cōfusè: vt non sequitur Petrus & Paulus est homo, diuisiuè: ergo Petrus & Paulus est hic homo, vel Petrus & Paulus est hic homo. &c. Sed priùs est resoluēda hæc propositio in copulatiuā, Petrus est homo, & Paulus est homo. Ascensus tamen sub tali termino confusè tantùm supponente est licitus: vt bene sequitur, omnis homo est hoc animal, vel omnis homo est hoc animal, ergo omnis hō est animal. Nam huiusmodi ascensus ædificat veritatem, & descensus ædificat falsitatē. Tertia regula. Quando omnes termini alicuius propositionis supponunt distributiuè vel omnes supponunt determinatè, vt si dicas, nullus homo disputat, homo disputat, indifferens est, à quocunque incipias, siue à subiecto siue à prædicato, quantum attinet ad suppositionem nisi aliūde proueniat impedimentum: nam in hac, à quolibet homine quilibet homo differens est ens, si incipias resolutionē ab ablatiuo, illa est vera: & si à nominatiuo, est falsa: quod prouenit ratione de ly differens: nam à quolibet homine Petrus differens, non supponit: & ideo inchoandum est à primo termino. Ex his omnibus sequitur ꝙ vniuersaliter incipiendū est à termino supponente determinatè: deinde sub termino supponente distributiuè, & vltimò sub termino qui supponebat cōfusè tantum. Vt si dicas, hominis quilibet equus est animal, priùs ascendendum est. sub genitiuo: & posteà sub ly equus, deinde disiunctiuè sub prædicato, quod tandem restabit determinatè.

Not.5. *Est veruntamen obseruandum in* ascensu & descensu, nè varietur genus suppositionis, vel alia proprietas Logicalis. Quare non sequitur, omnis homo est totum in quātitate: ergo iste homo est totum in quantitate, & iste homo.&c. Nam subiectum antecedentis supponit materialiter & subiectum consequentis supponit personaliter. Nec sequitur, Petrus nō est species, vel Paulus non est species.&c. ergo homo nō est species: quia variatur suppositio personalis in simplicem. Nec sequitur, non cognosco Petrum, & non cognosco Paulum.&c. ergo non cognosco hominem: variatur enim appellatio. Item est obseruādum: vt alij termini sub quibus non fit ascensus, maneant omninò inuariati in sua significatione, & acceptione: vt non sequitur hic homo est animal & è conuerso, & hic homo est animal & è conuerso: ergo omnis homo est animal, & è cōuerso: nam ly è cōuerso mutat acceptionem. At quādo terminus supponebat confusè in ordine ad distributiuam in singularibus illius distributiuè potest manere determinatè: vt sequitur, omnis homo est animal: ergò Petrus est animal & Paulus est animal.&c. Hæ autem regulæ, quæ positæ sunt intelliguntur quantum ad ordinem resolutionis ratione suppositionis terminorū: nam aliundè potest impediri iste ordo: puta ratione restrictionis aut relationis vel alia ratione: aliquando enim terminus quispiam habet tam essentialem depēdentiam à resolutione alterius, ꝙ nullo modo licet ipsum resoluere ante alium, quomodocunq; supponat: si enim dicas, cuiuslibet hominis.b. equus non currit, vt fingamus ly equus, stare determinatè, illa determinata ęquiualet confusè in ordine ad suam determinationē: quia nequaq̄ licet resoluere illud determinabile ante determinationem: sed non ęquiualet confusè in ordine ad prædicatum. Et pari ratione si dicas exēpli gratia, a, hominis quilibet equus est animal, illa confusa determinationis æquiualet determinatè: quia inde est necessariò inchoanda resolutio.

Sed pro relatiuis sunt aliæ duæ re- Not.6. gulæ. Prima. Sub relatiuo reciproco non licet aliquo modo descēdere, priusq̄ sub antecedente: ratio est quia supponit sigillatim vt Regulæ p̄ relatiuis. diximus: ita vt descendendo sub antecedente, simul descenditur sub relatiuo. Et idem est censendum de relatiuo alietatis, licet alia ratione. Nam relatiuum alietatis, nō supponit sigillatim sicut suū antecedens, vt si dicas, vnꝰ homo arguit & alius respondet, ly alius, supponit determinatè, pro homine alio ab arguēte. Sed tamen relatiuum alietatis non refert congruè nisi pro distincto supposito sub eâdem specie, vel pro distincta specie sub eôdem genere. Est enim barbarum dicere, omnis homo disputat, vel homo disputat & alius sedet, sed cōgruè dicitur vnus homo disputat & alius sedet: vt ly vnus homo, accipiatur pro aliquo singulari distincto ab alio. Item congruè dicitur, aliud animal est homo & aliud animal est leo. Quare licet non sit o-

mninò necessariũ priùs resoluere antecedẽs, sicut in relatiuo reciproco: facilior tamen & magis manifesta est resolutio, si incipiamus ab antecedente. Et intelligitur regula quomodocunque supponat antecedens, & quomodocunque supponat relatiuum reciprocum. Et idem dico de termino includente relatiuum. Vt si dicas, videns se omnis homo est, & admittas ly se, referre prædicatum, illa determinata subiecti æquiualet confusę: nam necessario resoluendum est priùs prædicatum. Et eâdem ratione si dicas, omne videns se est homo, confusa antecedentis ęquiualet determinatæ. Secunda regula. Relatiuum non reciprocum qualecunq; sit, non habet necessariam dependentiam à suo antecedente in ascensu & descensu: sed potest priùs resolui q̃ suum antecedens: vt si dicas, omnis homo est animal & illud est rationale, pôt fieri immediatè resolutio sub illo relatiuo, scilicet, omnis homo est animal, & hoc animal quod est homo est rationale &c. Et ita in relatiuis accidentis & in aliis.

Ex his demum sequuntur aliæ tres
Not.7. regulæ quãdo loco relatiui licet ponere suũ antecedens. Prima. Loco relatiui reciproci quod est totale extremum, si distribuatur in
Regulæ.3. affirmatiua, licet ponere suũ antecedens supponẽs confusè tantùm: & in negatiua si aut determinatè, aut distributiuè supponat: licet ponere suũ antecedẽs distributũ. Exempli gratia, omnis homo est ipsemet, ęquipollet huic, omnis homo est homo: & hæc, homo non est ipsemet, æquiualet huic, homo non est homo: & hæc, nullus homo est ipsemet, huic, nullus homô est homo. Secunda. Loco relatiui reciproci, siue primitiui, siue derriuatiui: quod non est totale extremũ: nũquàm licet ponere suum antecedens quoadusq; singularizetur. v.g. non æquiualet, aliquis hõ videt se, aliquis homo videt hominem: aliquis homo est suus filius, aliquis homo est hominis filius, licet ly suus filius, mediante ly hominis filius, debeat verificari, vt cognoscatur pro quo supponit. Non enim satis est ad veritatem illius ꝙ extrema supponant pro eodem: æquiualent tamen, Petrus videt se, & Petrus videt Petrum. Tertia. Loco relatiui identitatis non reciproci semper licet ponere suum antecedens, aut absolutũ aut restrictum, secundùm exigentiam superiorum regularum. Quinimò cauẽdum est, nè cùm descenditur sub antecedẽte relatiui non reciproci, simul descendatur sub relatiuo nõ reciproco. Et vt obuietur huic errori, in singularibus antecedentis exprimendum est cum relatiuo ipsum antecedens communiter supponẽs. v.g. non sequitur, aliquis homo est, & quilibet homo est ille: ergo Petrus est, & quilibet homo est ille: sed debes inferre: ergo Petrus est & quilibet homo est ille homo qui est, vt non referat Petrum singulariter: sed hominem communiter. De ordine ascendendi descẽdẽdiq; sub terminis cõditionaliũ, cæterarũq; hypotheticarũ & exponibilium: suis cuiusq; locis habebitur sermo.

Caput. xiij.



Mpliatio, est extensio termini à minori ad maiorem suppositionem: vt, homo potest esse iustus. Restrictio est coarctatio termini à maiori ad minorem suppositionem: vt, homo qui est iustus est sapiens. Alienatio, est distractio termini à propria ad impropriam suppositionem: vt, homo est animal pictum.

Lectio prima.

*POst tractatũ de suppositione sub*sequitur vt dicamus, de ampliatione, restri- No.1.
ctione, & alienatione. Est ergo ampliatio (vt habetur in textu) extensio termini à minori ad maiorem suppositionem. Et restrictio, coarctatio à maiori ad minorem. Vbi, extensio, & coarctatio, idem est quod acceptio termini pro pluribus suppositis, aut ꝓ paucioribus, aut in ordine ad plures differẽtias temporis, aut in ordine ad pauciores instar ampliationis aut restrictionis realis, vt quando cera rarefit aut condensatur. Vbi notandum ꝙ quãdo terminus accipitur pro suis omnibus significatis, quæ illi respondẽt respectu verbi pręsentis, habet quodammodò statũ, vt nec amplietur, nec restringatur: vt si dicas, homo disputat. Quando verò accipitur non solùm pro præsentibꝰ: sed in ordine ad aliam differentiam temporis, tunc ampliatur: quia extenditur acceptio illius ad plura, vt si dicas homo est vel fuit iustus, ly homo, accipitur nõ solum pro pręsentibus sed etiam pro pręteritis. Sed si accipiatur pro paucioribꝰ, tũc restringitur: vt si dicas, homo qui est iustus est sapiẽs, non accipiatur ly homo, pro omni homine:

hominem:sed solùm pro iusto. Et est secundò notandum, ꝙ terminus ampliatur dupliciter vno modo ad supponendum pro pluribus suppositis, quę appellatur ampliatio suppositorum: & hoc modo solus terminus communis suppositione accidentali, personali, aut fortè materiali, ampliatur. Et hanc solam ampliationem definiuit Petrus Hispanus dicēs. Ampliatio, est extentio termini communis à minori ad maiorem suppositionem. Nā terminus singularis: respectu nullius verbi, potest supponere: nisi pro vnico supposito. Nec terminus supponens naturaliter, potest hoc modo ampliari: vt in hac, homo est animal: nam supponunt illa extrema pro omnibus suis significatis absolutè. Nec terminus supponens simpliciter: vt subiectum huius, homo est species: nam supponit pro suo per se significato: quod non est nisi vnum. Sed alio modo accipitur ampliatio termini: non tam propriè, quādo potest pluribus temporibus supponere, quæ dicitur ampliatio tēporum: & isto modo etiam terminus singularis potest ampliari. Et ideo nos statuimus definitionem, quæ comprehenderet terminum singularem. Sunt qui dicant, terminum nec ampliari nec restringi nisi actu supponat: sed tamen cùm disputatio sit de nomine, melius forsan diceretur ꝙ termini etiam non supponentes ampliantur: dummodò ex parte suæ significationis non repugnet supponere secundùm talem acceptionem.

At verò notandum est rursus: non satis esse, vt terminus amplietur, ꝙ accipiatur in ordine ad differentiam temporis præteriti vel futuri: nisi teneatur disiunctim in ordine ad duas: vt prædicatum huius, homo fuit iustus, quia solum stat pro præterito, non ampliatur: impertinens enim est ꝙ plura fuerint supposita præterita illius termini, quàm modò sint: sed requirit ꝙ accipiatur pro suppositis in ordine ad plures differētias temporis. Nec satis est, ꝙ teneatur in ordine ad plures, sed requiritur ꝙ teneatur disiunctim in ordine ad illas. Nam si dicas, omnis creatura, quæ est & fuit, erit ly creatura, non ampliatur: sed potiùs restringitur: nā pro paucioribus supponit, quàm si diceres, creatura est. Quia in hac, ly creatura, supponit pro instāti præsenti quod non fuit: & in prima non supponit ꝓ illo; imò in primo instanti creationis rerum ly creatura; supponebat in hac, creatura est, & non in illa: quod est signum restrictionis illius. Nec satis est vt terminus amplietur: ꝙ disiunctiuè supponat pro illo quod est: vel pro illo quod fuit: nam tunc subiectum huius, homo est, ampliaret: sed requiritur quòd disiunctim supponat pro omni illo quod est vel fuit: id est, indifferenter pro suppositis præsentibus & pro præteritis, & simili modo dicas respectu de ly erit, aut de ly possibiliter.

No.2.

Igitur, vt præ oculis habeātur omnia ampliationum genera, notandum quòd licet tantùm sint tres differētiæ temporis Physici: scilicet præsens, præteritum, & futurū: nihilominus Dialectici dicunt esse quinq; differentias ampliationum, scilicet, est, fuit, erit, potest, & imaginatur esse: quamuis verbum præsentis, vt diximus, non propriè ampliet nec restringat. Et possunt, ampliare primum verba, vt fuit: & participia, vt futurus: & aduerbia, vt possibiliter: & nomina, vt imaginabile: quorum aliqua ampliant ad duas differentias, aliqua ad tres, vel plures: item alia ampliant: solùm ante se, & alia solùm post se: & alia vtroq; modo: quod his octo regulis subsequentibus manifestum erit. Not. 3.

*Supposito verbum præsentis tem*poris nec ampliare propriè nec restrīgere, sit prima regula. Verbum præteriti temporis ampliat ante se ad illud quod est vel fuit: & post restringit ad illud quod fuit: verbum autem futuri ampliat ante se ad illud quod est vel erit: & post se restrīgit ad illud quod erit, Idem est censensum de participio quod de suo verbo, dummodò sit totale extremū, aut pars principalis aut adiectiuum ipsius extremi: vt homo est præteritus, Antichristus est peccator futurus, equus est futurus Petri: subiectum ampliatur in prima ad illud, quod est vel fuit, & in alijs duabus ad illud, quod est vel erit: sed si dicas Petrus sepelit mortuum, nullus terminus ampliatur. Ex quo sequitur, in his propositionibus, Antichristus fuit futurus, Adam erit præteritus, subiectum vtrobiq; ampliari ad illud quod est vel fuit vel erit. Per hanc primam regulam concedūt Summulistæ mirabiles propositiones, videlicet iuuenis fuit senex: nam Mathusalem fuit senex & ille fuit iuuenis: ergo. Itē aliquis homo in vētre matris fuit maior matre, Sāson in ventre matris occidit Philisteos (determinationibus determinantibus subiectū) Nam hic occidit Philisteos, & hic est vel fuit Samson in ventre matris: ergo. Item carnes comedendę sunt digestæ, homo sine miraculo victurus est mortuus. Et per secundam partem regulę senex erit iuuenis. Aliqua mater sine miraculo Not.4. Regulæ.8.

miraculo erit virgo: nam hæc erit virgo, demonstrata puella, & hæc est vel erit mater: ergo. Item iustus iustè dānabitur in inferno, panis comestus est comedendus, corruptum sine miraculo est generandum. &c. Secunda regula. Terminus significans inceptionem ampliat omnes terminos ad id quod est, vel immeditatè post hoc erit, vt motus incipit esse. Et significans desitionē ad illud quod est vel immeditatè ante hoc fuit: vt mot⁹ desinit esse. Vñ sequitur veritas istarum, incipit esse instās futurū & illud nec est nec fuit nec erit: desinit esse instans præteritum, quod nec est nec fuit nec erit. Nam non potest signari suppositum sub illo relatiuo cùm nullum sit instās immeditatè post hoc vel immeditate ante hoc. Tertia regula. Terminus significans actionem per quā incipit esse aliqua res ampliat terminum rectum ab illo post se ad illud quod est vel erit: & terminus significans corruptionem ampliat ad illud quod est vel fuit. Vt Martinus ędificat basilicam: ille accusatiuus ampliatur ad aliud quod est vel erit. Et si dicas Martinus destruit domum, ampliatur ad illud quod est vel fuit: sed subiectum nullo modo ampliatur. Si verò dicas, Petrus legit librum, nulla est ampliatio, quia per lectionem nō incipit esse liber. Quarta regula. terminus significās prioritatem ampliat terminū rectū ab illo post se ad illud, quod est vel erit: & significās posterioritatē, ad illud quod est vel fuit. Vt si dicas, Adam fuit prior Antichristo, ly Antichristus, stat ꝓ illo quod erit ratione cōparatiui. Et si dicas Antichristus erit posterior q̄ Adā, ly Adā, ampliatur ad præteritū. Quare dictę propositiones sunt veræ. At non diximus, vt dici solet, ꝙ terminus significās prioritatem ampliat ante se ad præteritum, & terminus significans posterioritatem ampliat ante se ad futurum: nam ampliationes sumuntur ex modo concipiendi: & tamen tunc sequeretur esse concedendum ꝙ Adā modò est prior Antichristo: nam ampliaretur ly Adam, ad pręteritum, imò verò ꝙ Adam erit prior Antichristo: quæ propositiones sunt manifestè falsę: & pariter sequeretꝰ ꝙ Antichrist⁹ modò est posterior q̄ Adā quod est manifestè falsum. Quinta regula. Verbum potest, & modus, possibiliter, ampliant omnes terminos tam pręcedētes q̄ sequentes ad supposita, quæ possunt esse. Sed de alijs modis includentibus vniuersalitatem vt contingenter, impossibiliter, & necessariò, certum est ampliare ante se ad possibilia. Sed tamen an eôdem modo amplient post se dubiū est, quod determinabitur in modalibus: dubiū in q̄ est, an in hac, Deus necessariò est creans, prædicatum restringatur solùm pro creante necessariò, an amplietur ad possibile: sed parum refert, quia siue prædicatum supponat, siue non, illa modalis est falsa: vt patet per suam de inesse, quæ non est necessaria. Et intelligitur regula, quando isti modi accipiuntur aduerbialiter, aut nominaliter in modali composita: nam si dicas Deus est ens necessarium, Petrus est homo contingens, non videtur esse aliqua ampliatio. Ex hac quinta regula sequuntur huiusmodi propositiones concedendę, prędestinatus potest esse reprobus, cōdemnatus potest esse beatus, licet in inferno nulla sit redemptio. Sexta regula. Nomina verbalia terminata in bile, vel in tiuum, vel si quę sunt alia aptitudinem significantia, ampliant sua substantiua ad possibilia. Vt Antichristus est generabilis & corruptibilis, domus est ędificabilis. &c. Sed intelligitur, dummodò dicāt aptitudinē quantùm ad existētiam subiecti, vt in exemplis positis. Nam si solum dicant actionem, quæ præsupponit esse subiecti: non ampliant, nisi solum quātum ad formale: vt in hac, Petrus est disputatiuus, non ampliatur subiectū, nec in hac, Petrus est risibilis: sed solùm est ampliatio quoad actum ridendi, imo in rigore nulla est ampliatio: quia illi termini solùm significant potentiam. Et ideo non accipiuntur nisi pro re, quæ actu habet talem potentiam. Quanq̄ illa, homo est risibilis, ratione suppositionis naturalis extremorum est necessaria. Ex hac sexta regula sequūtur istę cōcedendæ quod nec generatum est nec generabitur est generabile, quod nec annihilatum est nec annihilabitur est annihilabile. Septima regula: ly imaginariò, & verbū imaginatur, ampliant terminos tam præcedentes q̄ sequentes: vt sonant ad imaginabilia: vt si dicas, chimęra imaginario peperit sphyngē aut imaginatur peperisse sphyngem, omnes termini ampliatur. Octaua & vltima regula. Terminus denotans actum animi interiorem: vt intelligo, volo, &c. & ly significo, ampliant terminos, qui reguntur ab illis post se vsq; ad imaginabilia: vt si dicas, Petrus intelligit chimęram, accusatiuus ampliatur, sed non nominatiuus quēadmodum si dicas, ly chimęra significat chimęram. Vbi cautè exprimito ampliationem verbi, significat: nam ly homo. v.g. non significat quicquid imaginatur esse homo, quia tunc significaret equos & lapides & omnia entia mundi: quod est manifestè falsum:

falsum: cùm non fuerit impositus ad significandũ nisi hoĩes, nec subordinetur nisi naturali similitudini hominũ: sed ly homo, significat omnes homines qui imaginantur esse.

No. 5. *Istæ omnes regulæ nõ aliter probantur*, q̃ ex modo cõcipiendi, & ex significatione vocum: ad hoc em̃ inuentæ sunt regulæ ampliationum à Dialecticis, vt explicẽtur veritates & falsitates ꝓpositionũ, iuxtà suas proprias significationes. Et quanq̃ fortasse sint alii termini ampliatiui, non tamen oẽs possunt certis regulis perstringi. v. g. ly præscitus, & prædestinatus, non ampliãt solũ sicut cætera participia p̃teriti ad p̃teritum: nam cõcedimus ꝙ Antichristus est præscitus, sed nec ampliãt tam latè sicut ly cognitus, quia non ampliãt nisi ad id quod est vel fuit vel erit: nõ enim prædestinatur, nisi illi qui erunt in aliquo tempore. Itẽ ly promitto, ly requiritur, ampliãt: sed hmõi ampliationes ex ipsis significãtis terminorum debẽt considerari. Sunt qui dicant ly video, audio, & cæteros terminos significantes actum animæ exteriorem perinde ampliare, atquẽ ly cognosco, hoc tñ dependet ex alia quæstione Physica, an notitiæ intuitiuæ possint conseruari à Deo, in absentia rerum: nam illo concesso ampliãt, aliàs non.

Lectio secunda,

Argu. 1. PRo maiori intelligẽtia istarum regularum arguitur: primo, contrã primum fundamentum, si ly est, vniat pro tẽpore totius anni præsentis, tunc extrema huius, album est nigrũ, ampliantur: Et si Petrus vna die sit albus & alia niger, illa conceditur sicut Petrus erit album: ergo verbum præsentis temporis ampliat. Et confir. In Euangelio cõceditur, cæci vident, claudi ambulant &c. quod non potest concedi: nisi illis verbis ampliantibꝰ: puta, qui antè erat cęcus, modò videt: ergo. Ad argumentum, admissa illa significatione verbi, forsan est disputare de nomine, an ampliet: nam solùm intelligimus verbum p̃sentis non ampliare, quando vnit pro instanti pręsenti: sed potest nihilominus responderi ꝙ non ampliat, quia non importat plures differentias temporis, cum totum tẽpus importet per modum præsentis: sed habet amplum modum significãdi. Ad confirmationem dicendum est, illas propositiones in cõmuni vsu loquentium accipi in alio sensu, q̃ faciunt in rigore: nam quãdo iungũtur termini repugnantes pro eodẽ tẽpore: tunc ratione cõnexionis significatur ꝙ id quod erat cæcũ iam videt &c. & qñq; imperceptibilẽ moram tẽporis futuri exprimimus per verbũ pręsentis: vt qñ sol est prope ortum, concedimus ꝙ Sol iam oritur.

An verbũ importãs latũ tẽpus ampliet.

Secundò contra primam regulam arguitur. Verbum p̃teriti non magis importat differentiam temporis præsentis, q̃ verbũ præsentis differentiam temporis præteriti: sed verbũ præsentis non ampliat ante se ad præsens, & maximẽ quia gratis conceditur post se restringere ad præteritum, & ante se ad præsens & præteritum ampliare. Et confir. Sequeretur inde, hanc propositionẽ esse verã, Petrus homo albus fuit, casu quo nunc Petrus incipiat esse per primũ sui esse, & sit albus: nam tantum valeret, sicut Petrus est vel fuit albus: cõsequens est falsum, quia Petrus nunquàm antehac fuit: & proinde nec illa propositio habuit aliquam de inesse verã. Propter hoc argumentum aliqui antiquitùs negârunt verbum præteriti aut futuri aliter ampliare ante se q̃ post se: sed verbũ præteriti vtrinq; ampliare solùm ad præteritum, & verbũ futuri vtrinq; ad futurum Sed tamen hoc est contra modum concipiendi: vnde sumuntur regulæ ampliationum: nam casu quo Petrus fuit niger & modò sit primò albus, concedimus hoc album quandoque fuit nigrum, & similiter hic senex quãdoq; fuit iuuenis, hic infirmus fuit heri sanus, quas tamẽ illi negãt: nam secundùm illos idẽ est, fuit album nigrum, & albũ fuit nigrum. Item quia pari ratione in hac, creans necessariò est Deus, ly necessariò, deberet restringere subiectum sicut prædicatum: & sic illa esset falsa: nam creans necessariò, nõ supponit: Et hæc pariter esset falsa, Deus contingenter est creans: nam ly Deus, staret pro illo quod contingenter est Deus. Item tertiò eâdem ratione istę essent ęquiualentes, Christus incipit esse Deꝰ, & incipit Christus esse Deus: nam ly incipit eôdem modo deberet ampliare à parte antẽ & à parte pòst: & tamen prima est hęretica, & secunda est catholica, vt videbimus in materia de incipit Vnde ad argumentum negatur, ꝙ verbum præteriti non ampliet magis ad præsens, q̃ verbum præsentis ad præteritũ: imò ex sua significatione habet ly fuit, & ly erit, aliter ampliare ante se & aliter post se. Ad confirmationem negatur veritas illius, Petrus homo albꝰ fuit, casu quo nũc primò ĩcipiat esse homo. Nam quanq̃ ly fuit, ampliet ante

Argu. 2.

An verba eadem ampliẽt à parte ãtẽ & à parte post

te se,tamen semper denotat vnionẽ prędicati ad subiectum in præteritũ. Quare semper requirit suam de inesse fuisse veram:& ly erit,suam de inesse fore veram. Sed tamen dicta propositio esset vera casu quo antẽ Petr⁹ fuisset hõ, &nũc primò inciperet esse albus. Nã seqretur,Petrus hoc fuit, & hoc est:vel fuit hòmo albus: ergo &c. Ex quo sequitur in terminis irresolubilibus, idẽ esse prædicatum & subiectum poni ante ly fuit,vel post: æquipollent enim de materia ,Michaël Michaël fuit,Michaël fuit Michaël,fuit Michaël,Michaël. Alii dicũt ꝙ in illa propositiõe, Petrus hõ albus fuit,ꝑdicatum nõ ampliatur quo ad materiale:sed solùm quo ad formale ita ꝙ stat ꝓ illo quod fuit ens vel entia,siue sit,siue fuerit albũ,& est probabile: sed tunc debet cõcedi ista,Adã oĩs hõ fuit, casu quo antehac solus fuisset Adam,& nunc sint alii hoĩes:nam prædicatum non distribuitur,nisi pro homine qui fuit.Et ideo verisimilius est negare istam, & dicere ꝙ prędicatũ etiã ampliatur,iuxta primũ modũ respondendi.

Argu.3. *Tertiò,arguitur contra eandem regulam* de ampliatione participiorũ.Si participium præteriti ampliat sicut verbum præteriti,quæritur ly mortuus,quem sensum facit. Nã vel ista,Petr⁹ est mortuus, facit hunc sensum, Petrus vixit & modò non viuit: & hoc non,quia tũc articulus fidei esset falsus, puta Christus est mortuus:vel facit hunc sensum,Petrus aliqñ vixit,& posteà non vixit, & tunc sequeretur ꝙ viuum & mortuum non opponerẽtur,nam staret simul,aliquid esse modò viuũ & mortuum vt est Christus. Ad argumentum sunt qui dicant ly mortuum,non accipi propriè mediante copula de ꝑsenti nisi pro illo quod non viuit. Vnde inferunt hanc propositionẽ. Christus est mortuus,non esse veram in sensu proprio: sed ꝙ Ecclesia concedens illam vtitur translatione tẽporis.i. ꝙ loquitur ac si essemus in illo triduo quãdo fuit mortuus, vt valeat tantũ sicut Christus in triduo fuit mortuus. Sed tamen maiorem honorẽ debemus deferre articulis fidei:nõ eñ Ecclesia cõcederet ꝙ Christus est mortuus,crucifixus &c.nisi illę duę propõnes essent veræ in sensu proprio. Et ideo notandum hic primò,ꝙ viuẽs,vno modo accipitur pro corpore cõnotãdo extrinsecè habere animam, & alio modo pro toto cõposito:quod intrinsecè includit animã:tã q̃ partem sui.Et his duobus modis etiã accipitur ly mortuum:& pro corpore,& pro toto composito.

Mortuũ qualiter ãpliet.

Et vtroque modo accipitur dupliciter.s.participaliter,& nominaliter. Participaliter tãtum valet ly mortuus, sicut quod obiit,vel quod pro aliquo tẽpore amisit vitam,siue modò viuat, siue nõ(Et in hoc sensu propriissimè cõfitet Ecclesia ꝙ Christus est mortuus)sicut moriẽs est id,quod modò amittit vitam:& moriturus est quod obibit vel amittet vitã.Et hoc modo nõ repugnat ꝙ aliquis sit modò mortu⁹,& simul viuens,sicut Christ⁹: sicut nõ repugnat ꝙ sit moritur⁹ posteà & victurus:sicut re vera homines morituri post hoc,sunt posteà resurrecturi in die iudicii. Alio modo accipit̃ ly mortuũ,noĩaliter:& tũc respectu copulæ de prẽsenti tm̃ valet sicut, quod vixit & modò nõ viuit:& sic mortuum,& viuũ respectu eiusdẽ copulæ repugnãt pro eodem tẽpore. Ex quo sequitur ꝙ sicut nunc Christus est mortuus, ita semper posthac erit mortuus participaliter,sed tamen sicut non est mortuus nominaliter, ita nec erit posthac mortuum nominaliter. Quia nominaliter idem est dicere,erit mortuus:& pro aliquo in stanti futuro, nõ viuet: Sed solum in triduo fuit mortuus nominaliter. Et per hoc responsum est ad argumentum.Ex quo sequitur quòd quando ly mortuum, accipitur nominaliter non ampliat: quia solum est proprium participiorum ampliare. Quare nullo modo ly mortuũ,potest propriè verificari de aliquo animali: quia quãdo viuit non est mortuũ, & quando non viuit iam non est:sed tamen verificatur pro cadauere propriè:vel si verificatur pro animali non viuente, accipitur tunc participaliter: vel si accipitur nominaliter, tunc animal accipitur analogicè pro cadauere:& in isto sensu concedimus ꝙ Christus fuit mortuus in triduo nominaliter.

Sunt qui ex significatione de ly mortuum:vt inferant propositiones mirabiles: inferunt illas, quæ principiis Dialecticis, & omni modo concipiendi repugnant. In ferũt enim ꝙ Petrus existẽs Parisiis est mortuus Romæ: nam Petrus aliquãdo vixit Romæ,& nũc no viuit Romæ:ergo est mortu⁹ Romæ. Itẽ existens nunc in peccato,qui anteâ fuit in gratia est mortuus in gratia: nam aliquando vixit in gratia & nunc non est in gratia,ergo. Item existẽs nunc viginti annorũ mortuus est decimo nono anno: quia vixit in decimonono:& nunc non viuit in decimonono,ergo est mortuus in decimonono Et certè eàdem ratione fierent hæretici con No.1.

cedētes ꝙ Deus est pręteritus tempore. Noe nā fuit in tēpore Noe, & nunc nō est in tempore Noe: ergo fuit præteritus tēpore Noe, imò ꝙ fuit mortuus tēpore Noe. Igit nullo modo sunt cōcedendę hmōi propositiones q̄ sunt falsæ per regulas Dialecticas, Est eñ sciendū ꝙ si aliq̄ determinatio addat illi participio mortu⁹, nō cadit supra ly viuere, inclusum in participio: sed suprà ly obiit, aut desiuit viuere: includit .n. ly mortuū, vtrūq; s. ꝙ vixit & ꝓ alq̄ tēpore desiuit viuere. Vñ ista propositio, Petrus est mortuus Romæ, tantū valet sicut Petrus est mortuus, & qñ obiit aut desiuit viuere erat Romæ. Itaq; sic exponit, Petr⁹ fuit Romę, & dū erat Romæ obiit: Petrus est mortuus in decimo anno, Petrus obiit dum erat in decimo anno: itaq; desiuit viuere in decimo anno. Et pari ratione dicendum est de aliis.

Argum. 4 *Quartò arguitur cōtra modū ampliādi participiorū.* Verbū ꝑsentis in mente vltimata ex natura sua significat essētialiter per modū ꝑsentialitatis: ergo per nullū p̄dicatū pōt impediri, quin vniat in ordine ad pręsens. Vñ sequit, subiectū huius, Adam est ꝑteritus, stare pro Adā pręsenti: ac proinde p̄dicatū nō ampliare subiectū. Et confir. Esto prædicatū ampliet subiectū: tñ p̄dicatū ipsum nō habet vnde amplietr: ergo solū accipitur pro illo quod modò est, & est ꝑteritū. *An verbū amplietur* Circa hoc argumētū antiqui fuerunt sine causa malè vexati: Nō enim poterant intelligere quomodò ly est, vniat pro ꝑsenti, & nihilomin⁹ subiectū amplietr. Et ideo aliqui dixerūt, ꝙ copula istius propositionis, Adam est ꝑterit⁹, nō est ly est, sed ly est ꝑteritus: & tota illa ampliat subiectū & cōcedunt nullū illic esse p̄dicatū. Itē ꝙ verbū pōt esse fœminini gñis, vt si dicas, Eua est ꝑterita. Hoc est tñ ridiculū: nā sicut in hac, Petrus est amās, ly est, solū est copula, & participiū est p̄dicatum: ita in hac, Petr⁹ est amatus. Itē quia eadē est copula si dicas, Petrus est albus, & Petrus est ꝑteritus vel amatus. Sed esto solū ly est, sit copula in illa ꝓpositione, adhuc sunt duo modi dicendi. Primus est Pauli Ve. qui tenet, ly est, in illa propositione distrahi à prędicato, & ideo ly est, adiunctum prędicato ampliat subiectum: vel vt alii dicūt, ly est, ampliatur à prædicato. Sed contra hoc primum est modus concipiendi: qui plurimū valet in Dialectica. Nā, vt arguebamus in argumento principali, illud verbum in mente ex natura sua habet vnire in ordine ad tempus ꝑsens: ergò vbicunq; sit, respectu cuiuscunq; prædicati vnit illo modo. Item quia secundū istos idem esset dicere, Adā est mortuus, & Adam est vel fuit mortuus, & tamē aliter concipimus per vnam q̄ per aliā: nam per illam de præsenti solùm concipimus ꝙ respectu huius istātis solius illud prædicatum cōuenit subiecto, & per illam cōcipimus ꝙ respectu hui⁹ vel respectu alterius pręteriti. Et ideo dicendum est indubiè cū Buridano, licet olim dubitauim⁹ de sua opinione: dicēdū, inq̄, ꝙ in illa ly est, vnit pro instanti præsenti, sicut in hac, Petrus est alb⁹, & prædicatum ampliat solū subiectū: nam verbū nec ampliat illic, nec ampliatr: sed respectu huius instantis verū est dicere ꝙ Adam est præteritus: nā esse præteritum, nō est esse simpliciter, sed fuisse. Ad cōfirmationem respondetur, ꝙ licet ly præteritū, aut ly futurum, non amplietur, nihilomin⁹ ex intrinseco suo modo significādi habet, vt ly præteritū, accipiatur ꝓ illo quod fuit in ordine, ad quodcūq; verbū ponatr: etiam si dicas, Adā erit præteritus: & ly futurum, accipiatur pro futuro etiā si dicas, Antichristus fuit futur⁹: & ideo istæ propositiones sunt veræ. Et hac de causa Dialectici solēt vocare ampliationē intrinsecā, illā, quæ prouenit ratione participii: nam tunc extremū ipsum ex sua intrinseca significatione habet vt amplietur. Et illam quæ venit à verbo vocant extrinsecam.

Quintò, arguitur contra septimam & octauam regulas. Nulla est ampliatio ad qnq; ergo regulæ supponūt falsum. Argum. 5. Probatr. Si esset ponēda illa ampliatio, maximè quia intellectus potest cognoscere impossibilia, puta chimęram, hircoceruū &c. *An sit ampliatio ad quinque.* Sed hoc non, ergo nō est ponēda. Probatur Minor. Ens est obiectum adęquatū intellectus: nam vt author est Auicēna, qui nō intelligit ens nihil intelligit. Quemadmodum enim color est quod primū obiicitur visui: ita ens est quod primò obiicitur intellectui: & entia ficta non sunt entia: ergo non sunt intelligibilia. Et confirmatur. Quia si ly significat, ampliaret ad quinq;, sequeretur ꝙ ly homo, significaret omne quod imaginatur esse homo, & sic significaret lapidem. Propter hæc argumenta, vt existimo, Buridanus & alii antiqui negàrunt ampliationē ad quinque. Sed re vera vix potest huiusmodi ampliatio negari. Primò Aristote. 3. Ethico. dicit quòd voluntas est impossibilium: & cum doctore Augustino, nihil sit volitum

tum nisi præcognitũ,fit vt imposſibile posſim⁹ & intelligere & velle.saltẽ velleitate cõditionali.Itẽ cõcedimus ꝙ chimera imaginatur esse,licet sit imposſibilis,vbi subiectũ accipit pro illo ficto ente,quod respondet illi termino mediãte illa copula: ergo supponit pro illo ac subinde ampliatur.Et ideo ad argumentũ,cõcesso ꝙ ens sit obiectũ adæquatũ intellectus,negat cõsequentia,quia infert, nõ posse intelligi nisi vera entia:sed solũ sequit ꝙ quicquid intellect⁹ cognoscit, cognoscit sub ratione entis.Et ita res habet: quia nõ cognosceremus chimerã, nisi quia fingimus esse quoddã ens,licet illud non sit posſibile.Et ad cõfirmationẽ iam suprâ responsum est,ꝙ ly homo,non significat quicquid imaginat esse homo,vt ampliatio ferat in ly esse homo,sed significat omnẽ hominẽ qui imaginatur esse. Vnde non sequitur ly homo,significat hominem,& lapis imaginariò est homo:ergo ly homo,significat lapidem: nec si inferas,ergo ly homo,lapidem significat:nam medium in maiori nõ tenetur tam amplè sicut in minori.In minori enim ly homo,stat pro illo quod imaginat esse homo: sed in maiori solum pro homine qui imaginatur esse:& ideo in Minori accipitur ꝓ lapide,pro quo non accipitur in Maiori. Sed subsumendo , homo imaginatur esse lapis, optimè sequitur:ergo ly homo,significat aliquid quod imaginatur esse lapis.

No.2. *Sed concesſa iſta ampliatione ad* quinq; eò ꝙ imposſibilia sunt intelligibilia, disputãt Summulistę, an omne imposſibile sit intelligibile.Et videtur ꝙ non , propter illud argumentum quod fecimus in.c. de termino cõnotatiuo: quia nõ intelligibile, non est intelligibile,& tamen illud non intelligibile,est aliquod imposſibile,Et ideo distinguũt ꝙ duplex est imposſibile:scilicet explicans contradictionem,& implicans cõtradictionẽ.Explicans est quando formaliter explicantur duæ contradictoriæ : vt Petrus est & non est:vel qñ ad ipsum non intelligibile esse intelligibile,sequitur nõ esse non intelligibile:vt ipsummet non intelligibile . Cætera sunt imposſibilia implicãtia,vt vacuum, chimera &c.Tũc dicũt,ꝙ imposſibile primi generis nõ est intelligibile sed solũ imposſibile secundi gñis.At certè ista distinctio est voluntaria: Nã imposſibile explicans: puta Petrũ esse & nõ esse ,est intelligibile:qa licet nõ assentiam⁹ illi, intelligimus tñ,qd significat hoc,sicut intelligimus chimeram: & tanta repugnantia est ꝙ sit chimera,sicut ꝙ Petrus sit & non sit.Et ideo nos dicimus quòd omne illud est intelligibile,quod potest cadere sub cõceptu entis tanq̃ obiectũ intellectus,siue verum,siue fictum:siue implicet,siue explicet contradictionem . Sed ad illud argumentum non intelligibile non est intelligibile:non intelligibile est aliquod imposſibile &c.concesſa maiori negatur Minor: nam ille terminus nõ intelligibile , habet nõ suppositionem annexam,nisi forsan respectu copulę de imaginario.Ex hoc enĩ ꝙ ly nõ intelligibile,supponat pro aliquo, sequitur ꝙ verificat de illo:dicẽdo,hoc est nõ intelligibile:& si est non intelligibile,sequitur ꝙ non est intelligibile,ab affirmatiua ad negatiuam variato prædicato, & si nõ est intelligibile nõ est significabile & ideo nõ est significatũ de ly non intelligibile, ac subinde ly nõ intelligibile,nõ supponit pro illo.Sed si quæras quid significat ly nõ intelligibile, Iam respõdimus suprà , ꝙ significat non intelligibile,quod imaginatur esse : nam posſumus nos fingere posse esse aliquã rẽ:q̃ non sit intelligibilis,siue hoc implicet , siue non.

An omne imposſibile sit intelligibile.

No.3. *Supereſt ſtatuere regulas arguẽ*di in ampliationibus, vt puta locos arguẽdi, & defectus. Vbi fundamentum sit ꝙ amplũ respectu minùs ampli se habet sicut superi⁹ ad inferius. Ex quo eliciũtur sex regulę.Prima. Ab amplo ad non amplum affirmatiuè cum distributione ampli ,& posita constantia nõ ampli bene sequitur:vt,omnis homo pōt disputare,& homo est:ergo omnis homo qui est potest disputare . Sed sine constãtia non sequitur:nam si nullus homo esset, antecedens esset verum sine consequente. Regulæ.6.

Secunda.A non amplo ad amplum negatiuè, sine distributione ampli & cum constantia non ampli optimè sequitur:vt homo q̃ est nõ potest disputare,& homo est : ergo aliquis homo nõ potest disputare. Tertia regula.Ab amplo ad non amplum negatiuè cum distributione ampli,etiam sine constãtia bene sequit: vt, nullus homo potest esse lapis , ergo nullus homo est lapis. Quarta. A non amplo ad amplum affirmatiuè:sine distributione ampli, etiam sine constantia, bene sequit: vt,aliquis homo est albus,ergo aliquis hõ potest esse albus. Quinta regula. Ab amplo ad non amplũ sine distributione ampli,nusq̃ sequitur,nec affirmatiuè,nec negatiuè:nec cum constãtia,nec sine illa:vt nõ sequitur,Aliqua substãtia potest esse creatura

ra, aliqua substantia impossibiliter est Deus, substantia est: ergo aliqua substantia quæ est impossibiliter, est Deus: nam ante creationẽ mũdi, ita erat sicut significatur per antecedẽtia, & aliter quàm per consequentia. Et à fortiori non sequitur sine constantia. Sexta. A non amplo ad amplum, cum distributione ampli, nullo modo sequitur: vt non sequitur omnis substantia quæ est impossibiliter est creatura: ergo omnis substantia impossibiliter est creatura, omnis substantia quæ est possibiliter est Deus: ergo omnis substantia possibiliter est Deus: vt patet ante creationem mundi.

Istæ regulæ sunt intelligendæ duabus limitationibus. Prima, quod solùm sunt

Not.4. veræ, quantum attinet ad locum arguendi ab amplo ad non amplum, vel è contrario: nam possunt aliæ consequentiæ tenere per alium locum: vt bene sequitur: homo necessariò disputat: ergo homo disputat sine constantia, contra primam regulam, & sine distributione, cõtra quintam: quia arguitur à modali de signo vniuersali, ad suam de inesse. Secunda, quòd vt istæ regulæ teneant, debet caueri nè committatur alius defectus ex parte aliorum terminorum: vt non sequitur iuxta primam regulam, omnis homo est vel fuit albus, & homo est, ergo omnis homo est albus: quia ex parte prædicati arguitur ab amplo ad nõ amplum sine distributione. Sed de istis plura in modalibus.

Lectio tertia.

Secunda definitio textus fuit restri

Not. 1. ctionis, quæ est coarctatio termini à maiori ad minorem suppositionem, vt iam superiùs expositum est. Et potest pariter esse quantũ ad pauciora supposita, vt in terminis communibus: vel solùm quantum ad tempus: vt in singularibus.

*Notandum est hic primò: vt adno*tauimus circa ampliationem, quot modis cõ-

Not.2. tingat terminum aliquem restringi quos Petrus Hispanus assignat in septimo tractatu. Potest enim restringi quoad tempus per copulam implicationis: vt, nullam instãs quod est, erit: ly, instans, supponit solùm pro præsenti. Secundò potest restringi terminus quoad genus: vt si dicas aliquis homo disputat, ly, aliquis homo supponit pro solis masculis. Et quoad supposita. Quod potest contingere, aut per appositionem inferioris ad superius, vel adiectiui ad substantiuum, vel determinationis ad determinabile: vt si dicas, animal homo est rationale, animal albũ est album, animal hominis est irrationale: in prima non solùm totum subiectum: sed ly, animal, ratione restrictionis solùm supponit pro homine, & in secunda solùm pro animali albo, & in tertia solùm pro animali possessò ab homine. Sed tamen adiectiuum à parte vnius extremi non restringit substantiuum in alio extremo: aliàs hæc esset vera, omnis homo est alb⁹, quæ ęquiualeret huic, omnis homo albus est albus. Et quanquã dicat illic Petrus Hispanus, quòd saltem restringit substantiuum quoad genus pro solis masculis: illud iam nõ recipitur, tametsi valde probabile sit vt adnotauimus in cap. de nomine.

Sed sunt aliqua parua dubia circa istas restrictiones. Et primò circa modum restringendi copulæ implicationis est notandũ Not.3. Dubiũ.1.
quòd illa copula semper restringit terminum ad sola supposita quibus conuenit illa habitudo implicationis. Itaque si est implicatio affirmatiua restringit in ordine ad tempus illius copulæ: vt homo qui est erit, accipitur ly, homo solùm pro homine pręsenti: sed si dicas, Antichristus qui non est, erit: non restringitur Antichristus, ab illo verbo est, pro Antichristo præsenti: nam aliâs illa propositio esset falsa: sed restringitur pro Antichristo qui non est, & non pro pręsenti. Quare non diximus quòd copula implicationis semper restringit in ordine ad suum tempus: sed quòd restringit ad supposita quibus conuenit illa habitudo, siue affirmatiua siue negatiua. Et secundo notandũ quòd quãdo diximus, terminum restringi à copula implicationis, non intelligimus quòd supponit semper pro suppositis quibus conuenit illa copula, sed quòd requiritur vt supponat pro aliquo quòd conueniat illi habitudo illius copulæ: quod tamẽ aliquando non sufficit, vt supponat, vt si dicas, instans quod fuit est, ly, instans, non supponit pro instãti præterito: quia totum complexum tenetur in ordine ad verbum præsentis: & ideo accipitur pro re quæ est, instans quod fuit. Sed in hac, instans quod est fuit, ly, instans, bene supponit pro instanti præsenti: nam stat pro re quæ est vel fuit instans quod est: sed tamen illa propositio est falsa: quia nõ habuit aliquam de præterito veram: sicut hæc est falsa, instans p̃sens fuit, licet subiectum supponat.

Secundum dubium est particulare, Not.4. Dubiũ.2.
vtrum hæc sit concedenda, omne quod fuit

est, vbi notādum est quòd relatiuum cum copula implicationis accipitur dupliciter. Vno modo ꝑticipialiter, & alio modo restrictiuè seu verbaliter. Primo modo, homo q̄ est, tantùm valet, sicut homo existens: homo q̄ fuit, homo præteritus: homo qui erit, homo futurus: nam verbum sum es fui caret participiis. præterito, & futuro: & ideo primum mutuat à verbo prætereo, & secundum à verbo fuo. Et re vera Latinè loquendo, præteritū solùm supponit pro eo quod iam non est: & futurum, pro illo quod nondum est: imò ipsum verbum præteriti, fuit, hoc propriè significat: quòd fuerit & non sit: vt diximus fuit Ilion. fuerunt Troes, id est, iam nō sunt. Sed tamen Dialectici non vsurpant verba in hoc significatione: sed concedunt ꝙ ego fui & ero: licet modò sim. Et eâdem ratione si ly: præteritus, & ly, futurū, sunt participia de ly, fuit, & erit, concedunt ꝙ sum præteritus & sum futurus vt hæc participia nō dicant negationem præsentis. Hoc notato respondetur ad dubium. quòd si subiectū hui⁹, omne quod fuit est accipiatur participialiter, vt æquipolleat huic, omne præteritum est, manifestè est falsa: nam si ly, præteritū accipiatur propriè à prætereo. solū accipitur subiectum pro illis quę iam desierunt esse: nam participium vbicunq; ponatur, habet amplum modum significandi intrinsecè: quare illic supponit pro Adā & pro Noe. &c. Sed non pro aliquo præsenti. Et si sit participium de ly, fuit, etiam est falsa propter distributionem: quia Adā præteritus nō est, licet ego qui sum, præteritus sim: nā distribuitur pro omni illo quod fuit, siue sit, siue non. Sed si illa copula implicationis accipiatur restrictiuè, illa propositio est vera: nā (vt diximus in superiori notabili) subiectū supponit solùm pro re quæ est & fuit. Ex isto notabili sequitur has propositiones esse falsas. omne futurū est, omne possibile est, omne generabile est. &c. Nam subiectum distribuitur pro omni re futura vel possibili. &c. Sed si dicas, omne quod erit est, restrictiuè hæc propositio est vera: nam subiectum nō distribuitur nisi pro rebus quę sunt præsentes & erunt, & pari modo, omne quod potest esse est. &c. Sed tamen communiter negantur, quia absolutè videntur illæ copulæ accipi participialiter. Vnde si accipiantur restrictiuè non sequitur, omne quod erit est, Antichristus erit: ergo Antichristus est. Sed dicēdum est in minori, Antichristus est aliquid quod erit, vt midium teneatur æquè restictè. Alij opinantur quòd subiecta istarum accipiuntur solū pro suppositis respōdentibus in ordine ad copulam implicationis, & non in ordine ad copulam principalem, & tunc oēs illæ propositiones sunt falsæ. Sed certè hoc est falsum, vt patet per resolutionem iuxta regulas relatiuorum: nam, homo qui erit est, resoluitur, homo est, & ille erit: & ideo solùm accipitur subiectum pro illo quod est & erit copulatiuè.

Tertiùm dubium est, an determinabile restringat suam determinationem: sicut restringitur ab illa. No.5. Dubiū.3. Ad quod breuiter respondetur quòd adiectiuū restringitur à suo substantiuo sicut restringit ipsum: vt si dicas, homo albus disputat: sicut ly, homo, solùm supponit pro homine qui est albus, ita ly, albus, solū supponit pro albo quod est homo. Sed tamen indeterminatio est alterius casus à determinabili, non restringitur ab ipso: vt siue dicas, equus hominis est animal, siue hominis equus, vtrobiq; ly, equus: restringitur pro equo hominis: sed in neutra restringitur ly, hominis, pro homine possidente equum. Et hoc non aliter probatur quàm ex ipso nomine determinationis: hoc enim est, determinare nempe restringere, & non restringi: adiectiuū verò non solùm est determinatio: sed quia applicat suum formale ad substantiuum, per hoc etiam determinatur ad supponendum solùm pro illo.

Vltimò tandem adnotādæ sint regulæ arguēdi in restrictionibus. Not.6. Regulę.4 Vbi fundamētum sit idem esse restrictum respectu nō restricti: quod minus amplū respectu magis ampli: quare similes regulæ ponuntur hic, quæ in ampliationibus. Prima. A non restricto ad restrictū affirmatiuè cū distributione nō restricti & cū cōstantia restricti est bona consequētia: vt, omnis homo disputat, homo qui est doctus est, ergo omnis hō doctus disputat. Secūda è cōuerso. A restricto ad nō restrictum negatiuè sine distributione non restricti & cum constantia restricti est bona cōsequentia: vt homo doctus non disputat, & homo doctus est: ergo aliquis homo non disputat. Tertia regula. A non restricto ad restrictum negatiuè cū distributione nōn restricti, etiā sine constantia est bona consequētia: vt null⁹ homo disputabit: ergo nullus hō qui est disputabit. Quarta. A restricto ad non restrictum affiirmatiuè sine distributione non restricti: etiam sine constantia est bona consequentia: vt, aliquis homo qui est disputabit: ergo aliquis homo disputabit. Quinta. Nullo modo sequitur à non restricto ad restrictum

strictum sine distributione non restricti, nec negatiuè, nec affirmatiuè: vt non sequitur, homo est fœmina: ergo aliquis homo est fœmina: nec sequitur, homo non est masculus: ergo aliquis homo non est masculus. Sexta. A restricto ad non restrictum cum distributione non restricti, nullo modo sequitur: vt, nullus homo est fœmina: ergo omnis homo non est fœmina: quilibet homo est mascul⁹, ergo omnis homo est masculus.

Tertia definitio textus fuit alienationis: quę est distractio termini à propria ad impropriam significationē. Vnde quot modis cōtingit aliquē terminum supponere impropriè, alienatur. Et alienatio fit aliquando à prædicato alienante subiectum, vt diximus in regulis analogorū. V.g. homo est pictus, subiectum alienatur à prædicato. Aliquando terminus, siue subiectum siue prædicatū alienatur ratione totius orationis ex vsu loquendi, vt si dicas, Petrus est quidam leo, ly leo, alienatur vt accipiatur pro homine crudeli. Sed est dubium quare adiectiuum positum à parte prædicati potest alienare subiectum & non potest ipsum restringere, & tamen si adiungatur suo substantiuo restringit ipsum. Respondetur causam esse: quia alienatio prouenit ratione significationis. Ex eo enim quod terminus, pictus, significat picturam, alienat subiectum. Sed restrictio prouenit ratione acceptionis. Et ideo adiectiuum non restringit substantiuum nisi quando adiungit illi, & fit vnus terminus cum illo. Quare in hac, homo est hoc animal pictum, licet subiectum alienetur ad stādum pro animali picto, non tamen restringitur vt accipitur solum pro demonstrato.

Not.7.

Præter ista nomina, sunt etiam alia quibus vtuntur dialectici: vt sunt diminutio & remotio. Vnde secundum Petrum Hispanum tracta.7. diminutio est detractio significati, ratione termini adiūcti: vt cùm dicimus, homo est mortuus, domus est destructa, &c. prædicata destruunt rationem subiecti. Et cùm dicimus, Aethiops est albus secundum dentes, illic diminuitur significatum de ly, albus. Remotio est detractio termini vt non supponat ratione alicuius modi repugnātis, vt si dicas, homo irrationalis. Sed hæc & alia (si qua sunt) omnia reducuntur ad genus restrictionis.

Not.8.

Caput vltimum.

Appellatio est applicatio significati formalis vnius termini ad significatum formale alterius. Quę est duplex, realis, & rationis. Appellatio realis, est applicatio accidentis realis: vt, Petrus est magnus logicus. Appellatio rationis, est applicatio accidentis rationis: vt, homo est species. De appellatione reali constituuntur duæ regulæ. Prima. Quando adiectiuū ponitur à parte prędicati: & substantiuum à parte subiecti: adiectiuū nō appellat suprà formale substantiui: sed applicat suū significatū ad suppositum substantiui: vt, Petrus logicus est magnus, magnitudo denotatur conuenire Petro non secūdum Logicam. Secunda. Quando adiectiuum & substantiuū situatur à parte eiusdem extremi: tunc adiectiuū appellat supra formale substātiui: vt, Petrus est magnus Logicus. De appellatione rationis sunt aliæ duæ. Prima. Prædicatum secundæ intētionis, quando illa intentio conuenit rebus, appellat illam supra primarium significatum subiecti: vt, homo est species. Vltima regula. Terminus significās actū animę interiorem, appellat proprium cōceptum termini in quem fertur: vt, cognosco venientem, denotatur q; cognosco eum per conceptum venientis.

Lectio prima.

Cognitio appellationū admodùm est inter cætera dialecticis necessaria: sanè quę omnibus scientiis plurimùm ancillantur. No.1. Quam Petrus Hispanus fateor, nescio quem ad modum definiuit dicēs, appellatio est acceptio termini pro re existenti. Sed non est iam in vsu hæc sua definitio. Quare nos rem totam appellationis tribus membris comprę hendimus. Est enim in textu primo definitio

tio appellationis, mox diuisio, postremò quatuor regulæ. Appellatio, inquit, est applicatio significati formalis vnius termini ad significatum formale alterius: vt cùm dicitur, Petrus est magnus Logicus, denotatur magnitudo adiacere logicæ seu Petro ratione logicę, vt puta, quòd Petrus sit egregiè peritus logicę. Et re vera illa applicatio magnitudinis ad Logicam est appellatio passiua, tametsi Dialectici dicant ly, Logicus, esse appellationem passiuam: quia est terminus super quem fit appellatio: & ly magnus, esse appellationem formalem. Et congruè vocatur huiusmodi applicatio, appellatio: quia, appellare, apud Latinos præter alias significationes idem est, quod appellere seu applicare. Et dicitur in definitione, applicatio significati formalis ad significatum formale: quia quando solùm est applicatio formalis vnius ad materiale vel suppositum alterius, non est appellatio, vt videbimus in expositione primæ regulę. In hac enim propositione, homo est albus, nulla est appellatio. At non diximus significati formalis vnius termini connotatiui ad formale alterius connotatiui: nam appellatio rationis fertur etiam supra formale termini absoluti: vt, homo est species: imò & appellatio realis nonnunquàm: vt si dicas Christus est æternus homo, æternitas denotatur adiacere Christo ratione homanitas, quare illa propositio est falsa. Sed dicitur applicatio significati vnius termini ad significatum alterius, vt distinguéremus inter appellationem termini & connotationem, vel significationem. Nam terminus connotatiuus quando tenetur substantiuè, vt, album, significat quidem suum formale per modum adiacentis suo materiali non tamen appellat: sed connotat. Appellatio enim non est, nisi inter duos terminos. Quæ quidem variat aliquando veritatem propositionis. Enimuero, vt hæc sit vera, Petrus est magnus Logicus, non satis est, Petrũ esse magnum: & esse Logicum: sed requiritur quòd habeat magnitudinem Logicę. Et quemadmodum diximus de ampliatione, ita sentiendum est de appellatione, nempe quòd non requiritur terminos actu supponere: ad hoc vt appellent: sed satis est quòd non repugnet eis supponere ratione suæ significationis.

Subsequitur in textu diuisio appellationis in appellationem realem & rationis. Appellatio realis est applicatio accidentis realis: vt Petrus est magnus Logicus, Petrus est albus monachus. Accidens reale, est illud, quod habet esse præter operationẽ intellectus. Appellatio rationis est applicatio accidentis rationis: vt, homo est species. Accidens rationis est quod habet esse solùm per operationem intellectus: vt ratio speciei, quæ est esse commune pluribus. Nulla enim res est in se communis pluribus, nisi per ordinem ad intellectum. Not.2 Appellatio realis. & rationis

Postremò, statuuntur in textu regulæ quatuor appellationum. Prima. Not.3. Quando adiectiuum ponitur à parte prædicati & substantiuum à parte subiecti tunc adiectiuum non appellat supra formale substantiui: sed solùm applicat suum significatum ad suppositum substantiui: verbi gratia: Regula.1. examinatur. in hac propositione, hic Medicus est magnꝰ: vt ly Medicus sit subiectum non denotatur magnitudo adiacere supposito subiecti ratione Medicinæ, id est, quòd sit valde peritus: sed denotatur quòd sit magnus corpore. Et in hac, hic monachus est albus: non denotatur quòd habeat habitum album: sed quòd sit albus homo. Sed est notandũ quòd quanquam ly Medicus, & ly, monachus, ponantur ante copulam, possunt tamen accipi tanquàm prędicata, vt si dicas, hic Medicus est magnus, vt solùm pronomen sit subiectum & tunc est appellatio magnitudinis ad Medicinam. Moderni tamen Terministę non vtuntur ista prima regula quia putant adiectiuum non posse esse totale prædicatum: sed dicunt antedictas propositiones subordinari his, hic Logicus est Logicus magnus, hic monachꝰ est monachus albus. Et ideo negant, prædicatum applicare suum significatum ad suppositũ subiecti, sed solùm applicat ad suppositum seu materiale supstantiui secum positi. Sed contra istos primum est argumentum, quia merè gratis negant, nos posse concipere adiectiuũ tanquàm totale prædicatum. Nulla enim potest fingi ratio nisi quia adiectiuũ non potest esse subiectum, & per consequens inferunt quòd non potest esse prædicatum. Sed certè nulla est consequentia: Nam ratio quare non potest esse subiectum, vt declarauimus capite de suppositione, est quia nõ habet per se suppositum, sed applicat suum significatum ad substantiuum: sed hoc non obstat quin possit esse prædicatum: nam prædicatum est forma subiecti, & subiectum non est forma prædicati. Quare si dicas, iustus est Petrus, ly, iustus, habet vicem prædicati. Secundò arguitur. Adiectiuũ & prædicatum.

tur. Voces sunt signa cōceptuum: ergo sicut tribus simplicibus vocib⁹ dico, homo est albus, ita tribus simplicibus notitiis concipio illam propositionē. Tertiò, quia si hæc, homo est albus, subordinatur huic, homo est homo albus, eâdem ratione hæc exclusiua, tātùm homo est albus, æquiualeret huic, tātùm homo est homo albus, & tamen in communi modo loquendi prima est falsa, & secunda vera. Quartò. Tunc sequeretur quòd in hac cōsequentia, omne animal est album, omnis homo est animal: ergo omnis homo est albus, & in omnibus huius formæ argueretur in quatuor terminis, nam prædicatum Maioris est animal album, & prædicatum conclusionis, homo albus. Et ideo nos dicimus ꝙ adiectiuum potest esse totale prædicatum, & per consequens quod prædicatum applicat suum significatum, ad suppositum subiecti. Et hæc regula fuit celebris apud antiquos: Quam ponit S. Thomas. 3.p.q.16. articu.7.& arti.9. sub his verbis. Subiectum in propositione stat materialiter, & prædicatum formaliter. Et subiectum stare materialiter, vt antiquorum verbis vtar, est subiicere prædicato solum suum suppositum & non suam formam. Vnde conceditur de Christo, hic homo est etern⁹, sed negatur, hic est æternus homo: quia in prima nō denotatur æternitatem adiacere supposito subiecti ratione humanitatis: & ècōuerso negatur, hic homo est factus, & conceditur, hic est factus homo. Habemus ergo primam regulam ꝙ prædicatum non appellat supra subiectum: sed est tanquàm forma respectu suppositi seu significati materialis subiecti.

*Sed ad maiorem intelligētiam hu-*iús regulæ arguitur. Primò, in hac propositione, albū est disgregatiuū visus, prædicatū appellat supra significatum formale subiecti: nam denotatur ꝙ res alba ratione albedinis disgregat visum. Respōdetur ꝙ quando prædicatum importat definitionem seu passionem accidentis subiecti, tunc posset quis fortè dicere ꝙ prædicatum appellat supra formale subiecti. Sed certè melius est negare in vniuersum, talē appellationem. Sed illa propositio est vera sicut hæc, albū est dulce, quia subiectum & prædicatum supponunt pro eodem: in qua tamen non denotatur, ꝙ album sit dulce inquantùm album. Et hoc confirmatur: quia certè cōceditur ꝙ nix est disgregatiua visus & ꝙ aliqua papyrus est disgregatiua visus, licet non habeat papyrus facere hoc in quātum papyrus, sed inquantū alba. Argum.1.

Secundò arguitur contra eandem regulam. In hac propositione, essentia diuina est generans, prædicatum appellat supra formale subiecti: ergo regula falsa. Probatur antecedens. Si prædicatum solum applicaret actum generandi ad suppositum subiecti, tunc illa propositio esset vera: nam sensus esset, aliqua res quæ est essentia diuina est generans, & tamen est condemnata in de sum. Trin. & fide cath. damnamus. ergo sensus illius est, essentia ratione essentiæ est generans. Ad hoc argumentum moderni Summulistæ distingunt propositionē assumptam, dicentes ꝙ prædicatum potest accipi substantiuè: vt si sensus, essentia est res generans: & tunc illa propositio est vera. Vel potest accipi adiectiuè, vt sit sensus, essentia est essentia generans, & sic illa propositio est falsa. Sed tamen certè sancti patres non distinxerūt illam propositionem: sed absolutè condemnârunt illā tanꝙ hæreticam: & tamē si posset habere sensum verum distinxissent illam. Dicendum ergo ꝙ illud prædicatū in rigore accipitur adiectiuè, æquiualet em̄ huic, essentia generat: quę est de verbo adiectiuo. Sed restat respondere ad argumentum principale: nam quanꝙ accipiatur adiectiuè, sensus illi⁹ est, ꝙ aliquod suppositum de ly, essentia, generat: & hoc est verum, quia pater generat. Respondent moderni ꝙ non est ille sensus, sed iste, essentia est essentia generans, Sed certè non plenè soluūt argumentum. Arguitur enim ꝙ etiam ista sit vera, essentia est essentia generans: nam quādo substantiuum est terminus absolutus: vt videbimus in secunda regula, nulla est appellatio realis: imò secundùm illos, quādo substantiuum prçcedit, etiam si sit cōnotatiuum nulla est appellatio: ergo in hac, essentia est essentia generans, nulla est appellatio, magis ꝙ in ista sua æquiualēti, essentia est generans: ergo solùm denotatur actus generandi adiacere supposito de ly, essentia, siue rōne essentiæ, siue ratione personę, & sic isti nō possunt sustinere quomodo sit falsa. Igitur dicendum ad argumentum, ꝙ illa propositio, essentia est generans, est in mente formaliter, sicut in voce, ex solis tribus notitiis: vbi ly, generans, vt habetur in regula, non appellat supra formale subiecti quia est termin⁹ absolutus: sed solùm applicat actum generandi ad suppositum immediatum subiecti: quod non est nisi solū essentia, & non persona: imò, vt videbimus li.5. personæ nullo modo sunt supposita Argum.2.

de ly, essentia. Sed pro nunc, satis est ꝙ non sunt supposita immediata. Quare non est sensus, ꝙ aliqua res, quæ est essentia, sit generās: sed ꝙ essentia ipsa generet, seu illud pro quo immediatè supponit essentia. Vnde non sequitur hic pater est generans, & hic pater est essentia: ergo essentia generat: nam, vt videbimus li.5. arguit ex puris particularibus, quia ly, pater, non perfectè singularizatur: sed dicendum est in maiori, quicquid est hic pater, est generans: & illa est falsa: quāquam etiam variatur appellatio, vt iamiam videbimus.

Tertiò arguitur contra regulam.

Argum.3. Hęc consequentia non valet, hæc albedo est intensa: & hęc albedo est hęc similitudo: ergo hęc similitudo est intensa, supposito, similitudinem non distingui ab albedine, & supposito ꝙ Petr⁹ sit albus vt sex, & Paulus vt duo, vt sint parum similes, & tamen non potest assignari alius defectus nisi quia variatur appelatio: quia.v.g. in maiori prædicatum, intensa, appellat supra formale de ly, albedo, & in conclusione supra formale de ly, similitudo. Moderni dicunt ꝙ arguitur in quatuor terminis: quia prædicatū Maioris, est in mēte ly, albedo intensa, & in conclusione ly, similitudo intensa. Sed iam illud suprà impugnauimus. Nos ergo respōdemus, ꝙ licet regula nostra sit vera (nempe ꝙ prædicatum nō appellat supra formale subiecti) nihilominus sunt aliquæ consequentiæ peccantes in appellatione: quia variatur suppositū subiecti. Exempli gratia. In dicta consequentia variatur appellatio: quia in Maiori ly, intensa, appellat supra suppositum de ly albedo, & in conclusione supra suppositum de ly, similitudo: & albedo & similitudo licet sint idem re, differunt tamen ratione: sed ad seruandū eādem appellationem concludendum est, hæc similitudo est albedo intensa. Et ꝙ in dicta consequentia non varietur appellatio suprà formale subiecti, sed solùm supra materiale suppositum, est argumētum: quia subiectum est terminus absolutus. Eadem ratione non sequitur, hæc opinio est intensa, & hæc opinio est hæc formido: ergo hæc formido est intensa. Nec sequitur, hæc consequentia est bona, hæc cōsequentia est propositio, ergo propositio est bona. Ex quo sequitur, ꝙ illæ cōsequētiæ non sunt eiusdē formę cum hac, hic homo est albus: hic homo est animal, ergo animal est albū: quia in hac non variatur appellatio, sicut in illis: nam suppositum de ly, homo, & de ly, animal, non differunt ratione.

Istæ defectus appellationis super diuersa supposita differentia ratione, est plurimùm obseruandus, vt videbimus in prædicabilibus & prædicamentis.

Secūda regula. Quando adiectiuū & substantiuum situantur à parte eiusdem extremi, tunc adiectiuum appellat supra formale substātiui.v.g. Petrus est magnus Logicus, denotatur ꝙ Petrus ratione logicę sit magnus, id est egregiè peritus. Hæc regula non aliter comprobatur quam ex communi modo concipiendi: vnde dimānant omnes regulæ, & ampliationis & appellationis. Moderni restringunt hanc regulam, ꝙ intelligatur solùm quando adiectiuum præcedit. Dicunt enim in his, Petrus est Logic⁹ magnus, Petrus est monachus albus, adiectiuum non appellare supra formale substantiui. Sed certè gratis isti deuiant à communi modo concipiendi, quo innituntur regulæ appellationum. Idem enim sonant, Petrus est monachus albus, & Petrus est albus monachus. Et (vt coniector) illud inferunt ex eo quòd putant hanc propositionem, Petrus monachus est albus, subordinari huic Petrus monachus est monachus albus, & ideo non esse in secunda aliam appellationem, q̄ in prima. Sed primo inconuenienti dato, plura cōtingunt. Verum est ꝙ S. Thom.3. sen.d.11.ar.2.ad.3. non idem censet de istis, Christus est factus homo, & Christus est homo factus: nam primam sine distinctione concedit, propter appellationē factionis ad naturam humanam: secundam tamen distinguit, quia factio potest appellare supra naturam, & tunc est vera, sicut prima: vel supra suppositum de ly, homo, & sic est falsa. Sed tamen in.3.p. non est vsus hac distinctione. Ei ideo, licet in istis propositionibus fidei, tutius sit distinguere: tamen in aliis certè idem est, Petrus est monachus albus, & est albus monachus: est Logicus magnus, est magnus Logicus: imò in Symbolo cōceditur ꝙ Christus homo factus est: sicut ista, est factus homo. Not.4. Regula.2. examinatur.

Aliqua sunt notabilia circa istam regulam. Primum ꝙ quando substantiuū est terminus absolutus, non est supra ipsum appellatio realis, nisi solū supra ly homo, quando dicitur de Christo: quod quidem nomen, licet sit absolutum: quando tamen dicitur de Christo habet conditionem connotatiui: de Christo enim concedimus, hic homo est æternus, & negamus, hic est æternus homo, propter appellationem æternitatis secundùm No.5. Tria valde notanda.

naturā humanā. Item negamus, hic homo est factus: & concedimus, hic est factus homo. Sed si dicas, hic est homo æternus, vel negetur absolutè, vel distinguatur sicut illa, Christus est homo factus. Secundò notandum quando substantiuum & adiectiuum ponūtur ambo à parte subiecti licet non sit tā certum appellare sicut à parte prædicati, tamen consulendæ sunt aures. Videtur enim mihi eadem ratio appellādi: vt si dicas monachus albus loquitur. Logicus magnus disputat, certè denotatur magnitudo Logicæ vel candor habitus &c. Sed in materia incarnationis forsan non tam liberè quis diceret, homo factus redemit mūdum, quanquā & illa potest concedi, & hæc negari, hō æternus redemit mundū: videtur enim, ly factus, & ly ętern⁹ appellare supra humanitatem. Tertiò notandum ꝙ quando adiectiuum & substantiuum significant accidentia omninò disparata, quorum vnum non potest inhærere ratione alterius, tunc non denotatur appellatio secundum regulam. Cōcedimus.n. ꝙ Petrus est albus Musicus & ꝙ est niger Logicus: quæ tamē negarentur si albus, appellaret supra Musicum: quia albedo nō potest adiacere ratione Musicæ. Sed tñ in hac, Christus est factus Deus, ly factus, appellat supra naturam diuinam licet non possit Deus esse factus, & ideo negatur. Et in his, Petrus facit domum, facit calceum &c. semper ly facit, appellat supra formale de ly domus, de ly calceus, &c. Et ideo conceduntur istæ copulatiuæ, Petrus facit calceum, qui nihil facit: Petrus destruit domum, qui nihil destruit: & ꝙ Petrus quando facit calceum nihil faciat, probatur: nam maximè hoc faceret demōstrando calceum, sed illud non: nam sequitur bene, Petrus hoc facit, & hoc est corium, ergo corium facit. Et eâdem ratione nec domum destruit: nam domus est lapides & ligna: & illa non destruit. Et è conuerso Deus peccatum facit, & tamen non facit peccatum.

Not.6. *Hęc secunda regula quanquā specialiter* constituatur de appellatione adiectiui supra substantiuum, extenditur tamen ad determinationem respectu determinabilis, quando accipiuntur vnica acceptione, id est, quando determinatio subsequitur determinabile, vel ambo ponuntur à parte prædicati, vt libro.3. amplius explicabitur. Exempli gratia. Si dicas, ego vidi Papam, significas te vidisse illum quando erat Papa, & idem est si dicas, ego fui Papā vidēs. Sed si dicas, ego Papam vidi, significas te vidisse hominē illū, siue cū esset Papa siue priùs. Et si dicas, equus pulcherrimus Regis currebat velociter, denotetur quod equus erat pulcherrimus quando possidebatur à Rege. Et idē denotatur si dicas equus fuit Regis pulcherrimus. Sed si dicas, Regis pulcherrimus equus currebat velociter, denotat ꝙ est vel fuit pulcher, siue quando possidebatur à Rege siue alio tēpore. Vnde nō sequitur, Petrus Papā vidit, ergo vidit Papā, sicut stat ꝙ Petrus carnes crudas comedit, nunq̄ tamen comedit carnes crudas: nam has carnes comedit, quæ fuerunt aliquando crudæ, licet non quando sunt comestæ. Et in hac propositione, Petrus scripsit papyrum albam, denotatur ꝙ quādo cœpit scribere erat alba. Et ita pro qualitate aliorum verborū: vt Petrus construxit domum. &c. Secundò etiā extenditur ista regula ad syncategoremata, quæ sunt modi verborū includentes vniuersalitatem. Exēpli gratia. In hac, Deus necessariò est creans: ly, necessariò, appellat necessitatem supra prædicatum. Et in hac, Deus cōtingenter est creans, ly contingenter, appellat cōtingētiā. Et in hac, Petrus est & fuit albus, etiam est appellatio copulæ supra prædicatum: sed ly possibiliter, & ly est, vel fuit, quæ sunt copulæ particulares, non appellant. Est tamen adnotādum in huiusmodi appellationibus, ꝙ determinatio appellans supra determinabile, non subinde restringit ipsum quoad suppositionem, vt adnotauimus. c. d̄ restrictione: Prędicatum enim huius, Deus necessariò est creans, non est necesse vt restringatur ad supponendum solùm pro creante necessariò: sed satis est ꝙ non prædicaretur de subiecto nisi mediāte ly necessariò. Nam si restringeretur prædicatum, tunc ly creans, non supponeret. Item hæc esset vera, Deus necessariò est omne ens, nam prędicatum solum supponeret pro ente necessario, & ideo illud prędicatū verificatur mediante ly possibiliter, nec est idem appellare & restrīgere. Sed forsan est hæc disputatio de nomine, vt videbim⁹ lib.3.

Contra hanc secundam regulā, vt meliùs intelligatur, arguitur primò, Sequeretur inde, hāc propositionē, Petrus est bonus pater, esse veram, casu q̄ haberet bonos filios ipse tamen esset pessimus: nam denotatur bonitas adiacēre formali de ly pater, quod est filius: sed illa est manifestè falsa, ergo regula non est vera. Sunt qui finistrè intelligētes hāc regulā cōcedunt ī illo casu dictā ꝓpositionē: & cōcedunt ꝙ Petrus est percussus carnifex, Argu.4.

si Petrus à nullo percutiatur sed ipse percutiat alium: itē cōcedunt ꝙ Petr⁹ est coctus pistor, casu quo decoquat panem: imò ꝙ Deus est creator rudibilis, casu quo creet asinum & breuiter concedunt plures alias quas recēcere pudet. Sed tamen manifestū est, quòd secūdùm regulam non sunt illæ cōcedendæ. Nam regula non est ꝙ formale adiectiui adiaceat formali substantiui: sed ꝙ adiaceat supposito substātiui, ratione formalis ipsius substātiui. v.g. in hac, Petrus est bonus pater, denotatur bonitas adiacere non filio, sed patri inquātū pater, id est, quia bene educat filios. Et in hac ineptissima, Petrus est coctus pictor, denotatur ꝙ pictor ipse decoquitur. Et in hac, Deus est creator rudibilis, denotatur rudibilitas adiacere, nō creaturæ sed Deo ratione creationis. Quare omnes sunt falsæ & absurdæ.

Argum. 5. *Secundò arguitur, cōtra regulam* sequeretur ex illa hanc propositionē esse veram, pater & filius &c. sunt tres Dij: quia si ly tres, nō appellat supra formale de ly Dij, postꝗ est terminus absolutus: ergo solum appellat suprà supposita: sed sunt tria supposita diuina, ergo illa est vera. Circa hoc argumētum notato primò terminum numeralem posse accipi aut nominaliter, vt ly duo: aut aduerbialiter, vt ly bis. Et nominalit, aut absolutè: vt ly duo: aut relatiuè, vt ly duplum. Rursus absolutè, aut primitiuæ speciei aut denominatiuæ, vt trinus, triplex. Vnde sunt duæ regulæ.

1. Regula. Prima. Nomen numerale absolutum primitiuæ speciei, adiectum termino substātiali appellat vnitatem, aut pluralitatem suppositorum ratione formæ substantialis substantiui: sed si addatur adiectiuo, tunc non denotat pluralitatem ratione formæ accidentalis. v.g. in hac propositione, Pater Fili⁹ & Spiritus sanctus sunt tres Dij, denotātur tria supposita in tribus naturis subsistentia. Quare illa est hæretica. Nec sunt audiendi quidam Neoterici concedentes illam in hoc sensu, ꝙ sunt tres personæ quarū qualibet est Deus: nam nullo modo potest facere talem sensum. Et propter hos dixit Hyeronimus: Ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæresis. Pari ratione in hac, pater & fili⁹ & spiritussanctus sunt tres æterni, aut tres omnipotētes (vbi ly æterni, & ly omnipotentes, accipiantur substantiuè) denotātur tria supposita subsistentia in tribus æternitatibus aut omnipotētiis. Et in hoc sensu negat eas Athanasius in Symbolo: nam in Deo nō est nisi vna æternitas & vna omnipotentia. Ac si accipiantur adiectiuè, solùm denotantur tria supposita, quorum singula sunt æterna, siue vna æternitate, siue tribus. Et in hoc sensu illę ꝓpositiones sunt veræ. Rationem huius regulæ pulchrè docet S. Thom. 1. p. q. 39. arti. 3. sub hoc tenore: Substantia sicut per se habet subsistere, ita & vnitatem aut pluralitatem: sed accidēs sicut à subiecto habet esse, ita à subiecto suscipit vnitatē aut pluralitatem. Ergo nomen numerale additum substantiuo, numerat (vt sic loquar) formam substantialem, & additū adiectiuo, numerat solùm supposita.

At verò de ly homo, vt dicitur de Christo, est specialis difficultas: nam licet sit termin⁹ absolutus, quia significat suppositū subsistens in humanitate absolutè: habet tamen similitudinem cōnotaui, quia supponit pro supposito cui extrinsecè aduenit humanitas. Et ideo si filius Dei assumeret duas humanitates, nō esset duo homines: sed vnus hō sicut si Petrus haberet duas albedines, esset vnus albus, & nō duo alba, vt docet S. Thom. 3. p. q. 3. ar. 7. licet oppositum dixerat. 3. sen. d. 1. q. 2. ar. 5. Itaq; Christus est vnus homo, denotat ꝙ sit vnum suppositum humanū, siue vna humanitate siue pluribus: & Christus est duo homines, ꝙ sit plura supposita humana. Sed maius dubium est si tres personæ assumerent eādem humanitatē, vtrùm omnes essent tres homines, an vnus homo. Ex vna parte videtur ꝙ essent vnus homo, sicut sunt vn⁹ Deus: nam postꝗ ly, homo, est terminus substantiuus, ly vnus, dicit vnitatem naturæ humanæ, sicut ly Deus, vnitatem naturæ diuinæ. Et ita concedit S. Thom. in ambobus locis citatis, ꝙ tunc tres personæ essent vnus homo. Sed profectò ex alia parte sunt argumēta maiora ꝗ pro captu Summulistarum. Primò Quanꝗ ly homo, sit terminus absolutus, habet tamen similitudinem termini connotaui: sed si tres homines haberent eandem albedinem, essent tria alba, iuxta tenorem regulæ, ergo eādem ratione in illo casu tria supposita erunt tres homines. Secūdò si tria supposita in illo casu sunt vnus homo, quæro descendēdo sub prædicato quid demonstrabitur? In priori æditione diximus ꝙ debent demonstrari omnes tres personæ simul acsi ly vnus homo, sit terminus collectiuus. Et ita videtur insinuare S. Tho. in. 3. p. Sed posteà in lectura sup. 3. par. mutauimus sententiam: quia non solùm omnes tres simul sunt hō in illo casu, sed quilibet per se est homo diuisiuè. Et ideo qui voluerit sustinere opinionem S. Thom. debet omnino Not. 7.

omninò cēsere de illa, tres personæ sunt vnus homo: sicut de hac, tres personæ sunt vnus Deus. Et vt videbimus lib. 5. quicquid demonstres sub prædicato est verum, quod tres personæ sunt hic Deus, etiā si demonstres patrem: imò filius est hic Deus demonstrando patrem, licet non sit pater: quia non est nisi vnicus Deus, licet sint tres personæ relatiuæ. Eodem modo tres personę sunt hic homo, demonstrando patrem. Sed fateor semper mihi restat scrupulus: quia nō eodem modo se habent personę ad naturam humanam sicut ad diuinā, quia omninò quælibet persona identificatur cum natura diuina, & non cum humana. Et ideo est ꝓbabilis opposita opinio, ꝙ in illo casu tres personæ essent tres homines.

No.8. *Secunda regula. Nomen numerale* denominatiuum, siue adiiciatur substantiuo absoluto, siue connotatiuo, appellat numerum, solùm supra concretum sui substantiui. Concedimus enim ꝙ Deus est vnus, quia est vnum concretum de ly Deus, abstrahēs à singulis personis. Item concedimus quòd Deus est trinus: quia est tria supposita personalia. Possent hic multiplicari plures regulę, sed credo quòd appellationes terminorum numeralium faciliùs ex ipsa eorum significatione intelligentur, quàm vt possint certis regulis comprehendi. Dicunt, aduerbium temporale denotare interruptionem temporis: vt Petrus bis cātauit missam, bis comedit: denotat quòd fuit interruptum tempus inter vnam & aliam missam vel comestionem. Sed certè nō est necesse: nam concedimus quòd sol tricies in mense circuit terram, & tamen nulla est interruptio temporis inter vnam circuitionem & aliam: sed satis est ꝙ fuerint triginta circuitiones. Et concedimus ꝙ filius Dei bis natus est: semel in æternitate, & semel ī tempore. Sed verum est quòd nō conceditur Petrum fuisse bis Parisiis, nisi postquā semel inde egressus est, iterum eòdem fuerit regressus. Hæc autē & similia significatio nominum manifestat.

No.9. *Tertiò arguitur contra secundam* regulam principalem, sequeretur inde quod terminus mentalis mutaret suam significationem. Nam si postquàm ego concepi in mente, Petrus est bonus, addatur ad prædicatum ly fur, tunc ly bonus, mutat suam significationem, nam priùs significabat probitatem morum, & posteà appellat astutiam furandi. Et cōfirmatur. Si quis concipiat, Petrus facit lignum, & postea addatur ad prædicatum ly album, priùs ly facit, significat factionem simpliciter & posteà factionem secundùm quid. Respondetur quòd propter huiusmodi appellationes non variatur significatio terminorum: nam ly bonus, vniuocè significat quamcunq; bonitatem, siue sit in bonam, siue in malam partem, & ly factio, quamcūq; factionē, siue simpliciter, siue secundū quid. Quod est mihi manifestum ex hoc ꝙ si successiuè concipio, Petrus est bonus, non mutatur conceptus propterea quòd addas homo, vel musicus, vel latro, & cętera. Significat enim ly bonus, quamcunq; perfectionem, licet quando ponitur absolutè accipiatur pro probitate morum.

Lectio secunda,

PRo appellatione rationis sunt aliæ No.1. duæ regulæ. Prima prædicatum secundæ intentionis (quando illa intentio conuenit rebus) appellat eam supra primarium significatum subiecti. v. g. in hac propositione, homo est species, prædicatū est terminus secundæ intentionis: quia significat intentionem speciei: quæ habet esse solùm per operationem intellectus, & illa conuenit rebus: nam homo ad extrà est species humana. Dicit ergò regula quòd denotatur in illa propositione rationem speciei conuenire primario significato hominis. Id est, homini in communi: abstrahendo à Petro & Paulo. Et quia nullus est homo in rei veritate communis, vt dicebat Plato, vocamus hominem communem, hominem in quantum concipitur per istum conceptum homo, Itaq; homo in quātum sic concipitur est species, quia secūdum talem rationem prædicatur de pluribus differentibus specie: & ideo, vt supra diximus, illud subiectum supponit simpliciter ita ꝙ nō licet descendere ad supposita. Et idem est de hac, animal est genus, & similibus. Sed in his, homo est nomen, amo est verbum, prædicata non appellant supra primarium significatū subiecti, licet sint prædicata secundæ intentionis: quia illa intentio vel ratio nominis vel verbi non conuenit rebus sed terminis ipsis.

Regula. 1.

Secunda regula est. Terminus si- No.2. gnificans actum animæ interiorem appellat proprium conceptum termini in quem fertur. Vt cognosco hominem, denotatur ꝙ cognosco hominem per illum conceptū homo, Hāc regulā posuimus inter regulas appellationis

Regula. 2.


tionis rationis: quia ita loquuntur iam dialectici, & loquendum est vt plures. Quanquam re vera potius hoc pertinet ad appellationem realem. Nam appellatio rationis non est nisi quando est appellatio alicuius proprietatis, quę solū habet esse obiectiuum per operationem intellectus sicut ꝓprietas speciei. Modò ly, cognósco, non est terminus secundæ intentionis: nec cognoscere est ens rationis, licet cognitio producatur à ratione: sed certè est proprietas realis, sicut videre & loqui. Et in hac, cognosco hominem, denotatur ꝙ cognosco hominem sub ratione hominis. Sed quia cognoscere hominem sub ratione hominis, est cognoscere illum per illum conceptum, homo, dicitur ꝙ ly cognosco, appellat propriū conceptum termini sequentis. Et quia in sensibus exterioribus non formantur notitię cōmunes, vt videbitur in libris de anima: non conceditur de terminis significātibus actum animæ exteriorem, ꝙ appellent proprium cōceptum: vt si quis dicat video hominē, ly video, non appellat proprium conceptum cōmun... hominis. Sed certè, vt est mihi in opinione, eodem modo appellat ly cognosco, & ly video, & cæteri termini importantes actum animæ exteriore. Vt cùm dico, video hominem, significo ꝙ per visionē formo iudicium in intellectu ꝙ ille est homo. Et quando dico, audio patrem, significo ꝙ per auditionem formo iudicium ꝙ ille qui loquitur est pater, licet illa iudicia non sint in sensibus: nam sensus exterior solùm format notitias singulares proprij obiecti: vt visus colorati, auditus soni. &c. Quando tamen accusatiuus præcedit, non est appellatio proprij conceptus. Quare non sequitur, venientem cognosco: ergò cognosco venientem: vt patet si videam animal à remotis, quod venit, & tamen non percipiam an moueatur. Et contra hanc regulam peccat fallacia Arist. 1. Elench. cognosco corruscum, corruscus est veniens, ergò cognosco venientem: variatur enim appellatio: sed concludendum est, ergo cognosco corruscū qui venit. Et pariter in hac, scio hominem esse animal, ly scio, appellat proprium assensum illius propositionis euidentem. Et proportionabiliter in his: credo Deū esse trinum, opinor quantitatem distingui à re quanta. &c. Eodem modo ly significo, appellat proprium conceptum termini sequentis, vt si dicas, ly homo, significat hominē, denotatur ꝙ significat hominem mediante illo cōceptu homo. Quare certè in rigore falsum est dicere ꝙ ly homo, significat Petrum: quia primarium eius significatum nō est nisi homo in cōmuni: sed significat Petrum secundariò, vel inadæquate, vel cū simili determinatione. Sed contra hoc est argumentum. Nam tunc sequeretur has propositiones esse falsas, ly hō, significat aliquid: ly homines, significat aliqua: ly omnis, significat aliqualiter: quia, ly homo, non significat mediante illo conceptu aliquid, nec ly omnis, mediante illo conceptu aliqualiter. Respondetur ꝙ in illis propositionibus non exprimitur proprium significatum, sed modus significandi; & ideo, ly significo, non appellat tibi propriū conceptum. Pari modo terminus significans actum voluntatis appellat propriam rationem termini seqētis: falsum enim est quòd peccator vult malum: nam denotatur ꝙ vult malum sub ratione mali: quod est impossibile: sed tamen malum vult, quia hoc vult, demonstrando furtū, & hoc est malum. Et eodem modo concedimus quòd Deus peccatúm vult, sed non vult peccatum.

De appellationibus non possunt No. 3. constitui certæ regulæ, sicut de ampliationibus. Sit nihilominus prima regula. Vbi variatur appellatio realis non valet consequentia, siue arguatur à non appellante ad appellantē, siue è conuerso: vt non sequitur, Petrus est magnus & est logicus, ergo est magnus logicus: nec è conuerso, est magnus logicus, ergò est magnus & est logicus: nisi cōsequentię teneant per alium locum: vt puta à modali de signo vniuersali ad suam subalternatā, vel ad suam de inesse: sequitur enim Deus necessariò est creans, ergo Deus possibiliter est creans: itē Deus necessariò est creās, ergò Deus est creans. Secunda. In appellatione rationis propriæ, vbi est secunda intentio conueniens rebus, quomodocunq; varietur appellatio, non valet consequentia: vt nō sequitur, homo est species, oīs homo est, animal, ergò animal est species. Nec sequitur, homo est species, ergò species est homo, ab appellante ad nō appellantē: quia cum appellatione variatur suppositio. Tertia: in appellatione, quæ prouenit à termino significante actum animæ vel aliam actionem licet nō valet argumentum à non appellante ad appellantem: valet tamen è conuerso ab appellante ad non appellantem. v.g. nō sequitur, venientem cognosco: ergò cognosco venietem. Nec sequitur, Papam vidi: ergò vidi Papam. Valet tamen è conuerso cognosco venientē: ergò venientē cognosco. Vidi Papam: ergò Papam

Regulæ. 3.

Papam vidi. Sed arguitur quòd non valet ab appellantè ad non appellantem. Non enim ſequitur, odio interfectorem patris mei ergò interfectorem patris mei odio. Nam ſi micus meus interfeciſſet patrem meũ, & ego ignoraſſem interfectorem, antecedens eſt verum & conſequens falſum. Reſpondetur ꝙ cõſequens etiam eſt verum: nam hunc amicũ meum odi ſub ratione communi interfectoris, licet in particulari diligo. Sed reſpectu de ly promitto, & de ly teneor alia eſt ratio. Non enim ſequitur ab appellante ad non appellantem: ſequitur tamen à non appellante ad appellantem. Vt non ſequitur promitto tibi equum, ergo equum tibi promitto: ſequitur tamen è conuerſo, equum tibi promitto, ergò promitto tibi equum: quia in prima conſequentia arguitur à confuſa ad determinatam, & in ſecunda à determinata ad cõfuſam. Et hæc de appellationibus, atq; adeo de ſecundo libro.

Figura oppoſitionum



LIBER TERTIVS, DE OPPOSITIONIBVS.



ROPOSITIONUM categoricarum, quędam participãt vtroq; termino, vt homo est animal, homo nõ est animal: aliæ participãt vno tantùm, vt homo est animal, homo non est lapis: aliæ verò nullo, vt homo est animal, equus non est lapis. Item propositionum participantium vtroq; termino, aliæ participãt secundum eundem ordinẽ, vt hõ est animal, homo nõ est animal: aliæ verò ordine conuerso, vt homo est animal, animal est homo. Item propositionum participantium vtroq; termino secundùm eundẽ ordinẽ, alię sunt cõtradictorię, aliæ cõtrariæ, aliæ subcontrariæ, & aliæ subalternæ. Cõtradictoriæ sunt, vniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua: vel vniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua eiusdem subiecti & eiusdem prædicati, vt oĩs homo est animal, quidam homo nõ est animal: nullus homo est animal, quidã homo est aĩal. Cõtrariæ sunt, vniuersalis affirmatiua, & vniuersalis negatiua eiusdẽ subiecti & eiusdem prædicati, vt oĩs homo est aĩal, nullus homo est animal. Subcontrariæ sunt, particularis affirmatiua, & particularis negatiua eiusdẽ subiecti & eiusdẽ prædicati, vt quidã homo est aĩal, quidã homo non est animal. Subalternæ sunt, vniuersalis affirmatiua, & particularis affirmatiua, aut vniuersalis negatiua, & particularis negatiua eiusdẽ subiecti & eiusdẽ prædicati, vt oĩs homo est animal, quidem homo est animal: nullus homo est aĩal, quidam homo non est animal. Et hoc totum patet in figura præcedenti.

Lectio vnica.

*POstquàm in superiori libro tracta*uimus proprietates propositionis, quæ vni per se contingere possunt, subsequitur vt in hoc tertio dicamus de aliis proprietatibus, quæ inter duas propositiones contingunt: quæ sunt oppositio, æquipollentia & conuersio. Vbi præter hæc, de modalibus etiã, & hypotheticis disputabimus quo in libro textũ sequimur Petri Hispani.

In hoc ergò primo textu ad insi- No. 1.
nuandũ tres habitudines duarũ inuicem propositionũ quæ sunt, oppositio, æquipollentia & cõuersio, vtitur Petrus Hispanus huiusmodi diuisione. Propositionũ categoricarũ, quædã participant vtroq; termino, aliæ vno tantùm, aliæ nullo. Et loquitur de propositionibus in numero duali. Et accipit, participare non pro hoc quod est, partem capere: sicut terra participat virtutẽ solis, & filius naturam patris: sed pro hoc ꝙ est cõuenire. Et vocat terminum, extremum propositionis, putà subiectum & prædicatum. At illæ propositiones quæ nullo termino participãt: vt homo est risibilis, equus est hinnibilis, relinquuntur modò, & illæ pariter quæ vno tantum extremo participãt: vt homo est animal, equus est animal. Illæ vero quæ participant vtroq; extremo, aliæ participãt eodẽ ordine, & aliæ ordine conuerso. De illis quæ participant ordine conuerso: vt homo est animal, animal est homo, dicemus in cõuersionibus. Sed illæ quæ participant ordine eodem aliæ sunt cõtradictoriæ, aliæ cõtrariæ, aliæ subcontrariæ, & aliæ subalternæ: quarum definitiones, & exempla sunt in textu perspicua. At verò Summulistæ hoc loco cœperũt per abstracta sophismatũ præcipitari. Inter quos: nos quoq; in priori editione multa tempori dedimus, quæ modò in animo est rescindere.

Petrus Hispanus nõ cõstituit de- No. 2. oppositio
finitionẽ oppositionis in genere, sed singulas per se species. At sequitur in hoc Aristotelem primo Periher. quia nulla est ratio cõmunis oppositionis omnibus speciebus. Nihilominùs possumus definire sub disiũctione: ꝙ

neq; oppositio est affirmatio & negatio eiusdem de eodem, veritate & falsitate, aut sola veritate, aut sola falsitate formaliter repugnantes. Primum pro contradictoriis, secundum pro contrariis, & tertium pro subcontrariis. Sunt enim tres tantùm species oppositionis: nam subalternæ non opponũtur. Et vt duæ propositiones opponantur quacunq; specie oppositionis, requiruntur quinq; conditiones: tres generales quæ in omni oppositione sunt necessariæ, & duæ speciales in quibus differunt inter se species oppositionis

No.3. 1.Cõditio. *Prima conditio generalis est quòd* participent vtroq; extremo ordine eodem, id est, quòd constent ex eodem subiecto & eodem prædicato, vt homo est animal, homo non est animal. Nec sufficit quòd sit idem in voce, sed requiritur vniuocatio rei. Nõ enim opponuntur, canis est latrabilis, omnis canis nõ est latrabilis, si subiectum pro diuersis accipiatur. Nec opponũtur, ego sum Dominicus, ego non sum Dominicus: quarum prima profertur à me, & secunda à Petro. Nec istæ, Petrus est vltra flumen, Petrus non est vltra flumen: quarum vna profertur in vrbe, & altera in sacello diui Lazari, eadem ratione. Dubium fit tamen vtrùm è cõuerso sufficiat eadẽ significatio: licet nõ fit eadem vox, nempe vtrum contradicant, Marcus orat, Tullius non orat: & videtur quòd sic: quia mentales earum contradicunt. Respõdetur quòd non sufficit, sed requiritur idẽtitas vocis, Hoc expresse dicit Aristotel. primo Elencho. capi. quarto. Ait enim, contradictio est vnius & eiusdem non nominis sed rei: non nominis synonymi, sed eiusdem. Et, vt diximus in primo libro, synonyma sunt duo nomina diuersa in voce, & eiusdem significationis. Et ratio huius est, quia oppositio non solùm debet esse in voce: sed etiam in apparentia. Et illæ propositiones non habent apparentiam contradictionis. Quare non sequitur, si mentales contradicunt, quòd ipsæ vocales cõtradicant. Quanquàm possumus dicere quòd illæ sunt oppositæ secundùm rem, & non secundùm apparentiam: qualis requiritur ad
Elenchus. verũ Elenchum. Est enim Elenchus argumentum conuincens, & ad conuincendum requiritur, quòd etiam secundum apparentiam vocis concludamus oppositum. Et pari modo dicendum est, quòd inter mentalem & vocalem est oppositio secundùm rem, licet non secundùm apparentiam. Et requiritur identitas, non solùm quoad synonymitatem essentialem, sed etiam accidentalem. Non enim opponuntur, equus est homo, equus non est hominis. Alij addunt in hac conditione, quòd etiam propositiones participent in copulis: sed hoc in secunda conditione compræhenditur. Nihilominus tamen intelligitur in hac cõditione, quòd etiam participent in modis, si qui sunt determinantes copulam. Nõ enim opponuntur, Petrus tardè currit, Petrus non currit velociter. Et loquitur de modis qui non faciunt propriè modales, nec dicuntur vniuersales, nec particulares: vt velociter, benè, doctè. &c. Nam de his quæ faciunt modales: vt sunt, necessariò, possibiliter. &c. alia est ratio.

Secunda conditio generalis est, quòd extrema eodem modo accipiãtur quoad quatuor, scilicet, genus suppositionis, ampliationem, restrictionem, & appellationem. Et hoc expressit Aristote. dicens primo Periher. quòd oppositio est eiusdem de eodem. non æquiuocè, & quæcunq; cætera determinantur contra sophistas. Et primo Elencho illud explicat, quòd sit affirmatio & negatio eiusdem de eodem similiter, in eodem tempore, & cætera. Quare in his homo est animal, homo est species, non seruatur eadem acceptio subiecti: sed benè seruatur in his: quidã homo disputat, nullus homo disputat. Nam in oppositis non est necessarium: vt seruetur eadem species suppositionis. Nec in his, homo est mortuus, homo non est moriturus, subiectum accipitur eodem modo: nec in his Antichristus erit, Antichristus non est, propter ampliationẽ. Nec in his, quilibet homo est animal, nullus homo est animal, propter restrictionem. Nec in his, vidi Papam, nullũ Papam vidi: propter defectum appellationis. Istæ autẽ optimè contradicunt, omnis homo necessariò est animal, homo possibiliter non est animal: sicut istæ, omnis homo possibiliter est iustus, homo impossibiliter est iustus: nam in istis modis, qui faciunt modales non requiritur participatio: sed satis est quòd nõ varietur ampliatio & appellatio. Hæc secunda conditio examinabitur inferiùs: nõ enim requiritur omninò in contrariis, & in subcontrariis, vt seruetur eadem acceptio terminorum.

No.4. 2.Cõditio

Tertia conditio, quòd sint oppositæ qualitatis. Et intelligitur respectu copulæ prĩcipalis: nam copula implicationis potiùs pertinet ad primam conditionem, quia efficitur pars extremi. De qualitate modorum quæ

No.5. 3.Cõditio.

quæ faciunt modales, nõ potest certa regula cõstitui: nam in cõtradictoriis si manet idem modus, debet negari in vna & affirmari in altera: vt Petrus necessariò disputat, Petrus nõ necessariò disputat. Sed tamen potest dari cõtradictoria per modum particularem affirmatum: vt Petrus possibiliter non disputat. Et in contrariis si modus est vniuersalis, potest vtrobique affirmari, & in subcontrariis vtrobique negari: vt, Petrus necessariò disputat, Petrus necessariò non disputat, sunt contrariæ: & contradictoriæ istarum sunt subcõtrariæ. Et opposito modo se habet modus particularis: nam in subcontrariis potest manere vtrobiq; affirmatus & in cõtrariis vtrobique negatus. Sed de his latiùs in modalibus. Nec sufficit quòd in apparentia sint oppositæ qualitatis: sed requiritur quòd sint tales in virtute. Non enim opponuntur: Petrus contingenter disputat, Petrus contingenter non disputat, imò sunt æquiualentes.

Not. 6. *At conditiones istæ generales non* sufficiunt constituere genus aliquod oppositionis. His enim oppositionib⁹, homo omne animal est, homo non est animal, cõueniunt omnes & tamen nullo modo opponuntur cum sint ambæ falsæ, & in simili istæ sunt veræ: substantia omnis deus est, aliqua substantia non est deus, sed sunt generales: quia requiruntur in omni oppositione. Præter has autem requiruntur aliæ duæ speciales ad contradictionem & duæ ad contrarietatem, & totidem ad subcontrarietatem.

4. Cõditio cõtradictoriarum. *Quarta ergo conditio contradictoriarum est.* Omnis vniuersalitas vnius debet mutari in altera in particularitatem: & omnis particularitas in vniuersalitatem.

5. Cõditio *Quinta deniq; conditio est.* Omnis vniuersalitas vnius in ordine ad terminũ stantem confusè tantùm: debet in altera stare determinatè in ordine ad illum: & omnis vniuersalitas in ordine ad terminum stãtem determinatè, debet in altera stare confusè tantùm in ordine ad illum

4. Cõditio contrariarum. *Quarta conditio cõtrariarum est.* Omnis particularitas vnius debet mutari in altera in vniuersalitatem: debetq; manere eadem vniuersalitas in vtraq; nisi aliunde committatur defectus veritatis.

5. Cõditio. *Quinta. Nulla vniuersalitas vnius* in ordine ad terminum stantem confusè tantùm, debet in altera manere confusè tantùm in ordine ad illum.

Quarta conditio subcõtrariarum. Omnis vniuersalitas vnius debet mutari in altera in particularitatem, debetq; manere eadem particularitas in vtraq; nisi aliunde committatur defectus falsitatis. 4. Cõditio subcõtrariarum.

Quinta. Nulla vniuersalitas vnius in ordine ad terminum stantem determinatè debet in altera manere determinatè in ordine ad illum. 5. Cõditio

Ad subalternas autem, quia non opponuntur: imò subalternans infert subalternatum, non requiritur tertia conditio generalis: imò potiùs quòd sint eiusdem qualitatis quæ sit tertia conditio subalternarum. 3. Cõditio subalternarum.

Quarta conditio est. Nulla particularitas subalternantis debet in subalternata mutari in vniuersalitatem: sed aliqua vniuersalitas debet potiùs mutari in particularitatem. Et cùm natura subalternarum sit, vt subalternans inferat subalternatam, caueantur alij defectus logicales, videlicet ne arguatur à confusa ad terminatam, &c. 4. Cõditio

Pro declaratione harum specialium conditionum notato, quòd in singulis speciebus oppositionum vna specialis conditio designat mutationẽ quantitatis vnius in quantitatem alterius, & altera designat ordinem resolutionis terminorum. v. g. ad cõtradicendum huic propositioni, omnis homo est animal, requiritur primum ꝙ subiectum quod hîc distribuitur, non distribuatur in altera: & prædicatum quod hîc non distribuitur, distribuatur in altera. Et hoc præcipit quarta conditio contradictoriarum. Secundò requiritur quòd sicut in hac affirmatiua priùs resoluitur subiectum quàm prædicatum, ita fiat in negatiua. Quare hęc, a, homo non est animal, non est sua contradictoria: si fingas ly, a, denotare priùs esse resoluendum prædicatum: nã ambæ sunt veræ. Et ideo præcipit quarta conditio cõtradictoriarum, quòd illud subiectum distributum in ordine ad prædicatum, supponẽs confusè, maneat in negatiua determinatè in ordine ad illud: vt priùs descendatur sub ipso subiecto. Itẽ præcipit quòd è cõuerso assignando contradictoriam huic negatiuæ, homo nõ est animal, illud prædicatum distributum, maneat in affirmatiua confusè. Sed dubitas. Nõne facilius esset dicere quòd No. 7.

requi-

requiritur vt termini ambarum eodem ordine resoluantur? Respondetur quòd non: nam tunc quicunque posset pro libito inchoare à quocunque termino vellet: vt proposita ista propositione, omnis homo est animal, posset admittere resolutionem priùs sub prędicato: & contendere eundem ordinem esse seruandum in contradictoria, homo nõ est animal: & sic peruertendo regulas dialecticas, faceret affirmatiuam falsam, & negatiuam veram.

No.8. *Secundò notandum est circa easdem* conditiones: quòd est duplex vniuersalitas: scilicet, categorematica & syncategorematica: & pari modo duplex particularitas. Vniuersalitas categorematica est terminus communis, qui ratione suæ suppositionis est copulatiuè resoluendus: vt subiectum huius, omnis homo est animal. Particularitas categorematica est terminus communis, qui ratione suæ suppositionis est disiunctiuè resoluendus, vel mediatè, vel immediatè: vt prædicatum eiusdem vniuersalis. Vniuersalitas syncategorematica est syncategorêma copulatiuè resoluendum, vel modus faciẽs modalem subalternantem: vt ly tantùm, ly incipit, ly necessariò, ly impossibiliter. Particularitas syncategorematica est syncategorêma disiunctiuè resoluendum, vel modus faciens modalem subalternãtem: vt ly, vel, diuisiuè sumptum: ly, possibiliter. Ex quo sequitur primò quòd aduerbia, quæ non faciunt modales, nec dicuntur vniuersalitas, nec particularitas: vt velociter, subtiliter. &c. imò ista aduerbia potiùs sunt determinationes prædicati, quàm copulæ: nec tã propriè determinant verbum substantiuum quàm adiectiuum. Et tamen modi faciẽtis modales, propriissimè determinant verbum substantiuum. Sequitur secundò quòd termini supponentes immobiliter, nec sunt vniuersalitas, nec particularitas: vt subiectũ huius, homo est species, & ly, equũ, in hoc, promitto tibi equum. Et eadem ratione nec ly, &, nec ly, vel, quando tenentur complexiuè: quia tunc non debent resolui, nec copulatiuè, nec diuisiuè. Sequitur tertiò quòd quando aliqua vniuersalitas efficitur pars extremi, tunc dicitur vniuersalitas, non vniuersaliter tenta: vt, ly, homo, in hac, quicquid est omnis homo, est animal. Quarto sequitur ꝙ quãdo aliquod syncategorema partim resoluitur disiunctiuè, & partim copulatiuè, tunc est vniuersalitas incompleta & particularitas incompleta: vt ly vterq;, ly omne, pro generibus singulorum, ly, contingenter, quod resoluitur per ly, &, per ly possibiliter. Vltimò tandem sequitur quòd conditiones quarta & quinta sunt obseruandæ, tam in vniuersalitatibus categorematicis, quàm in syncategorematicis. Et ideo in conditionibus non diximus, terminus vniuersaliter supponens, in ordine ad terminum confusè supponentem, debet ĩ altera supponere determinatè sed vsi sumus verbo stare, vt comprehenderemus etiã vniuersalitates & particularitates syncategorematicas.

Tertiò notandũ est specialiter circa No.9. conditiones contrariarum & subcontrariarum, oppositiones contrariarum & subcontrariarum esse oppositiones defectiuas deficientes à ratione contradictionis. Nam in cõtradictoriis ex veritate vnius sequitur falsitas alterius, & ex falsitate vnius sequitur veritas alterius: sed tamen in contrariis ex veritate vnius sequitur falsitas alteri⁹: sed ex falsitate vnius non sequitur veritas alterius: quia possunt ambæ esse falsæ. Et in subcontrariis ex falsitate vnius sequitur veritas alterius: sed tamen ex veritate vnius non sequitur falsitas alterius: quia possunt ambæ esse veræ. Et quia argumentatio perspicacior est in affirmatiuis, quàm in negatiuis: vtendum est his duabus regulis ad cognoscẽdum propositiones contrarias & subcontrarias. Prima. Propositis duabus propositionibus oppositæ Regula. 1. qualitatis, participãtibus in extremis, ordine eodem, si affirmatiua inferat cõtradictoriam negatiuè, & non inferatur ex illa, illæ sunt cõtrariæ. v.g. Omnis homo disputat, omnis homo non disputat, cognoscuntur esse contrariæ: quia affirmatiua infert contradictoriam negatiuè, & non infertur ex illa. Probatur regula si affirmatiua infert cõtradictoriã negatiuè, sequitur quòd si affirmatiua est vera, contradictoria negatiuè est vera, per regulam bonæ consequentiæ, & per consequens negatiua est falsa: quare de primo ad vltimum, ex veritate affirmatiuæ sequitur falsitas negatiuę: & per consequens non possunt simul esse veræ. Item si ex contradictoria negatiuę non sequitur affirmatiua, tunc contradictoria negatiuę potest esse vera, affirmatiua existente falsa: per legem malæ cõsequẽtię & tunc pariter negatiua erit falsa: quia sua contradictoria est vera: ergò stant ambæ simul falsæ: & per consequens habent legem contrariarum. Regula. 2.
Secunda regula. Propositis duabus propositionibus oppositę qualitatis, participãtibus in extremis ordine eodẽ, si ex contradictoria negatiuę

negatiuè inferatur affirmatiua, sed si ex affirmatiua non inferatur contradictoria negatiue, tales propositiones sunt subcontrariæ. Exempli gratia. Homo disputat, homo non disputat cognoscuntur esse subcontrariæ, in hoc, quòd ex contradictoria negatiuè infertur affirmatiua, & tamen ex affirmatiua non infertur cōtradictoria negatiuè. Et probatur regula. Si ex contradictoria negatiuè infertur affirmatiua: sequitur quòd si affirmatiua est falsa, cōtradictoria negatiuè est falsa. Nam in bona consequentia si consequens est falsum, antecedens est falsum: & si contradictoria negatiuè est falsa, negatiua erit vera: quare, de primo ad vltimum, ex falsitate affirmatiuæ sequitur veritas negatiuæ: per cōsequens non possunt simul esse falsæ. Item si ex affirmatiua non infertur contradictoria negatiuè Sequitur per legem malæ cōsequentiæ, quòd potest affirmatiua esse vera, cōtradictoria negatiuè existente falsa: & eodem casu negatiua erit vera: ergò ambæ possunt esse simul veræ, & per consequens participant legem sub cōtrariarum. Ex quo sequitur quod si affirmatiua inferat contradictoriam negatiuè & inferatur ex illa, sunt contradictoriæ: vt omnis homo est animal, homo non est animal. Sed si nec affirmatiua inferat cōtradictoriam negatiuè, nec inferatur ex illa, tunc nullam legē participant: vt, homo omne album est, homo non est albus.

No.9. *Per has regulas intelliguntur con*ditiones contrariarum, subcontrariarum & subalternarum. Et primùm quo ad secūdam conditionem generalem, licitum est in cōtrariis, terminum distributum in negatiua pro pluribus accipi quàm in affirmatiua. Exempli gratia. Admisso, ista signa, quidem, quilibet, nullus, restrīgere pro solis masculis (licet Latini non vtātur illis tanquàm restrictiuis) tunc istæ sunt cōtrariæ, quilibet homo disputat, omnis homo non disputat, vbi subiectum negatiuè stat minùs restrictè: quia affirmatiua infert contradictoriam negatiuè arguēdo à restricto ad non restrictum, sine distributione non restricti, & tamen è contrario non sequitur. Eadem ratione in subcontrariis licitū est, terminum non distributum in affirmatiua ꝓ pluribus accipi quàm in negatiua. v. g. Istæ sunt subcontrariæ, homo disputat, quidam homo non disputat: quia ex cōtradictoria negatiuè infertur affirmatiua, arguendo eodem modo, à restricto ad non restrictum sine distributione nō restristi: & non sequitur è conuerso. Pari modo in subalternis affirmatiuis licitum est terminū nō distributū in subalternata pro pluribus accipi, quā in subalternāte. Extra hos casus debet seruari eadē ampliatio & restrictio ī aliis speciebus oppositionis: sicut in contradictoriis.

*Per easdem regulas elucescit pri*ma conditio contrariarum, & prima subcontrariarum quæ est quarta in ordine. Habetur enim primo in quarta conditione contrariarum, quòd omnis particularitas vnius mutetur in alia in vniuersalitatem: aliàs manente eadē particularitate, essent veræ. Quare istæ non sunt contrariæ, aliqua substantia omnis Deus est, aliqua substantia nō est Deus: vbi manet eadem particularitas categorematica. Nec istæ sunt contrariæ. Omnis homo possibiliter est albus: omnis homo possibiliter nō est albus: vbi manet eadē particularitas syncategorematica. Secundum membrum illius conditionis est, quòd maneat eadem vniuersalitas in vtraq;: vt, omnis homo est iustus, omnis homo nō est iustus: vt ratione illius possint esse falsæ. Sed fit inde exceptio ꝙ quando committitur aliunde defectus veritatis, nō est necesse manere eandem vniuersalitatem. Vocamus defectum veritatis, illum ratione cuius dātur falsæ. Et est quando ratione talis defectus ex contradictoria negatiuè non infertur affirmatiua. v. g. istæ sunt contrariæ, aliquis homo disputat, omnis homo non disputat: vbi terminus non distributus in affirmatiua, magis restringitur: quia affirmatiua infert contradictoriam negatiuè, à restricto ad non restrictum sine distributione, & econtrariò non sequitur. Quare ambæ sunt falsæ si solæ mulieres disputent. No.10.

Pari ratione intelligitur quarta conditio subcōtrariarum. Habetur enim primò, ꝙ omnis vniuersalitas mutetur ī particularitatem aliâs manēte eadem vniuersalitate possent esse falsæ. Quare istæ nō sunt subcōtrariæ, omnis substantia est deus, omnis substantia deus non est, vbi manet eadem vniuersalitas categorematica: nec istæ, omnis homo necessariò est iustus, aliquis homo impossibiliter est iustus, vbi manet eadem vniuersalitas syncategorematica. Secundum membrū est, quòd maneat eadem particularitas in vtraq;, vt ratione illius ambæ possint esse veræ. Sed fit inde exceptio, ꝙ quādo cōmittitur aliunde defectus falsitatis non est necesse manere eandē particularitatē. Et vocamus defectum falsitatis ratione cuius ambæ sunt veræ. Et est No.11.

quando

quando ratione illius affirmatiua non infert contradictoriam negatiuè. v. g. Istæ sunt subcontrariæ, homo disputat, nullus homo disputat, dãtur enim veræ si solæ mulieres disputent, & non possunt esse falsæ.

Not.12 *Ex his sequitur ꝙ quando est aliquod* signum includens particularitatem & vniuersalitatẽ, si vtrobiq; affirmetur vel vtrobiq; negetur. tales propositiones nullã legẽ participant, Vt istæ, omnis homo contingenter est iustus, aliquis homo contingenter nõ est iustus, nullam legem participant: quia ly, cõtingenter includit ly, &, quod est vniuersalitas: & ly, possibiliter, qđ est particularitas, imò sunt æquiualentes. Intelligitur hoc cõrolarium, quando non includunt exponentes participantes, aliquam legem. Nam, vt dicturi sumus in exponibilibus, istæ sunt cõtrariæ, tantum homo est animal, tantum homo non est animal, ratione secundarum exponentium, dato, ratione primarum maneat eadem particularitas subiecti.

Not.13. *Pari ratione exponuntur quintę cõ*ditiones. Habetur enim in quinta conditione cõtrarium ꝙ nulla vniuersalitas in ordine ad terminum stantẽ cõfusè tãtũ, põt manere in altera cõfusè in ordine ad illũ: Nam aliàs ratione illius darẽtur verę, sed debet manere determinatè, aut distributiuè. Quare istę nõ sũt contrarię, cuiuslibet hominis quibet ocul⁹ videt, cuiuslibet hoĩs. a. oculus nõ videt, vt fingamus ly. a, cõfũdere in ordinc ad prędicatũ.

Not.14. *Et in quinta sub contrariarum ha*detur quòd nulla vniuersalitas vnius in ordine ad terminum stantem determinatè, potest in alia manere determinatè in ordine ad illum: aliâs darentur falsæ. Quare essę nõ sũt subcontrariæ, hominis oculus non videt, hominis quilibet oculus. b. videns est, vt fingas ly. b. facere determinatũ: Si tamen in negatiua diceres, hominis oculus videns non est, optimè essent subcontrariæ: quia determinata prędicati nõ tenetur in ordine ad terminũ distributum qui in alia stabat determinatè.

Not.15. *Ex quo sequitur ꝙ propositiones in* quibus nullus alius defectus cõmittitur ad cõtradictionẽ, nisi quod terminus qui deberet stare confusè in ordine ad vniuersalitatem stat determinatè, efficiũtur cõtrariæ. Et propositiones in quibus terminus qui deberet stare determinate stat cõfuse, efficiuntur sub contrariæ. v. g. istæ sunt contrarię, omnis hõ b. animal est, hõ nõ est animal: & istæ subcõtrariæ, omnis hõ ẽ animal, a. hõ non ẽ animal

Not.16. *Verùm tamẽ distingui solet duplex* oppositio, scilicet, qđ aliquando propositiones opponuntur de modo enunciandi, & de lege simul, & aliquãdo opponuntur de lege tantùm. v. g. quãdo vna est vniuersalis & alia particularis ex parte subiecti: aut ex parte termini qui ponitur in fronte propositionis, & habet cæteras conditiones tunc sunt contrariæ de modo enunciandi & de lege. Si autem ambę sint vniuersales: sunt cõtrarię, & si particulares, subcõtrariæ, dummodò habeãt cæteras conditiones, Et dicuntur de modo enũtiãdi opponi, id est, ex forma enũtiandi quo ad quantitatem & qualitatẽ, Vt istæ sunt cõtradictorię de modo enuntiandi & de lege, omnis homo est animal, homo nõ est animal. & istæ contrarię, cuiuslibet hominis oculus videt, nullius hominis ocul⁹ videt: & istæ sub contrarię. alicuius hominis oculus videt, alicuius hominis nullus oculus videt. At quando propositiones participant aliquã legẽ, nõ ratione quantitatis subiecti, sed ratione altetius defectus iuxta regulas iã expositas, tunc dicuntur opponi de lege tantùm. Vt illæ supra positæ, aliquis homo disputat, omnis hõ non disputat, sunt contrariæ solùm de lege, quia opponuntur solùm ratione maioris restrictionis affirmatiuæ, Et istæ sunt solũ sub contrarię, de lege, omnis homo est animal, a. hõ nõ est animal. Et placet nobis iste mod⁹ loquẽdi: Sed tamen sit infallibilis regula qđ omnes propositiones quibus cõueniunt conditiones nostre participant legem talis oppositionis, & solũ illæ: Itaq; sit bona consequentia. Istę propositiones habent omnes cõditiones cõtrariarũ: ergo habent legem contrariarũ: & ẽ conuerso, habent legẽ, ergo habent cõditiones: vt conditiones & lex se habeãt tanꝗ causa & effectus, aliâs frustrà essent conditiones: & pariter in cæteris speciebus.

Not.17. *Omnes istæ conditiones intelligun*tur cõditionaliter. Vt quãdo dicitur ꝙ in cõtradictoriis vniuersalitas debet mutari in particularitatẽ & ẽ conuerso, intelligitur, nisi omnes sint termini singulares: vt Petr⁹ est Paulus, Petrus nõ est Paulus. Et pari modo in cæteris. Et in contrariis possunt omnes termini vniuersaliter supponere: imò tunc maximè sunt contrariæ: vt omnis hõ ẽ animal est, omnis hõ nõ ẽ animal. Et in subcõtrariis possũt

manere omnes particulariter: vt: hō est animal, homo animal nō est. Circa subalternas nihil est adnotandum. Est enim lex subalter naturā, vt videbimus: ꝙ subalternans inferat subalternatam. Quare omnis defectus consequentiæ est defectus subalternarum.

Not.18. *Ex his quæ dicta sunt elicitur primò*: omnem propositionem in qua est aliqua vniuersalitas vniuersaliter tenta, posse habere contrariam, per hoc solùm ꝙ maneat illa vniuersalitas, cæteris omnibus obseruatis ad oppositionem. Imo verò si sit aliqua appellatio aut restrictio in propositione affirmatiua, ratione illius potest habere contrarium sine aliqua vniuersaletate: vt noui Paulum pōtificem, Paulum pontificem non noui. Eadem ratione omnis propositio in qua est aliqua particularitas potest habere subcontrariam, vel vbi in affirmatiua sit minor appellatio: vt Paulum pōtificem vidi, nō vidi Paulum pontificem.

Not.19. *Solent hic multiplicari aliæ conditiones*. Et illa potissimùm quæ tangit suppositionē mixtam: sed infra nos apertè mōstrabimus, hanc esse merū cōmentum atq; adeo nullam aliam esse necessariam, quæ nō comprehendatur his quas assignauimus.

Caput secundum.

PRopositionum triplex est materia: naturalis, contingens, & remota. Naturalis est illa in qua prædicatum est de essentia subiecti vel propriū eius. vt, homo est animal, homo est rationalis, homo est risibilis. Cōtingens est illa in qua prædicatum potest adesse: & abesse subiecto pręter subiecti corruptionem, vt homo est iustus. Remota est illa in qua pędicatum non potest cōuenire subiecto: vt homo est lapis.

Lectio vnica,

Not.1. *Disputatio hæc de materia propositionū* nō est in sūmulis exactè tradenda sanè quæ pertinet ad exordiū prædicabiliū: vbi illam explicabimus. At verò Petrus hispanus eò hic inseruit: vt planè cōstitueret leges oppositionum, Nam oppositiones, saltē contrariæ & subcontrariæ, aliam legem seruant in materia naturali aut remota, & aliam in materia contingenti: Igitur pro captu summulistarum notandum primò quòd materia propositionis est habitudo prędicati ad subiectum. Cum enim prædicatum sit vt forma subiecti, potest triplicitur se habere respectu illius. Aut enim est de eius essentia, & tunc constituit materiam naturalem: aut est accidens eius, & tunc constituit materiam contingentem: aut est illi repugnans, & tūc constituit materiam remotā: vt in exemplis textus dilucidum est. Materia ꝓpositionis

Notandum est secundò ꝗ; duplex est predicatio: alia identica, in qua idem de eodem prædicatur, vel synonimum de synonymo: vt homo est homo, Marcus est Tullius. alia disparara in qua prædicatur vnum disparatū de alio: vt, homo est lapis: alia est nec idētica nec disparata: vt, homo est animal. In primo libro expositum habes, qui termini sunt identici, quiue sinonymi, & qui dicantur disparati. Prædicatio identica aut disparata non dicitur propriè directa, nec indirecta: quia in illis neutrum extremum se habet propriè vt forma alterius. Etenim nec idem propriè est forma suiipsius, nec quod repugnat alicui potest se habere vt forma illius. At predicatio, quę nec est identica nec despa rata: secatur in predicationem directam, & indirectam. Prædicatio directa est, quando prædicatur definitio aut pars definitionis de definito, vel accidens de subiecto, vt homo est animal rationale, homo est animal, homo est risibilis, homo est iustus: album est coloratum: nam coloratum, est genus ad album, Prędicatio indirecta est, in qua ecōuerso prędicatur definitum de definitione, vel parte ipsius, aut subiectum de accidente: vt animal est homo, album est homo, & similes. Dicitur prædicatio directa, quia predicatum verè significat formā subiecti: & indirecta, quia econuerso subiectum significat formam prædicati. Directus enim modus prædicandi est, quòd forma prædicetur de supposito aut de subiecto. Alii definiunt prædicationem directam quòd sit illa in qua prædicatur superius de inferiori, vel connotatiuum de absoluto. Sed vt videbitur loco citato, nostræ definitiones sunt perspicatiores, & quę significantiùs explicant naturam rei. Ex quo sequitur hanc propositionem, comedēs est cœnans, esse directā: quia prædicatū est accidens subiecti, nā cęnare ĩcludit comedere: & addit aliquid

Not.2. Predicatio idētica & nō idētica

Prędicatio directa & indirecta.

aliquid aliud, puta ꝙ fiat tali tēpore: sed ē cō uerso, cœnās est comedens, est indirecta quia comedere non accidit cœnāti. Forsan posset censeri directa, alia ratione, scilicet, quia prædicatur genus de specie. Sed de hoc videbim⁹ loco citatio: quātū ad terministas parū refert

Nota. 3. prędicatio essentialis, & accidentalis. *Notandum est tertiò quòd prædi*cationis indirectæ propriè nec dicūtur essentiales, nec accidentales: quia in illis prædicatum non significat formā subiecti. Sed prędicatio directa diuiditur in essentialē & accidētalem. Vnde in textu Petrus Hispanus cōsultò, nō dixit ꝙ prædicatio naturalis est, in qua vnum extremum est de essentia alterius, sed in qua prædicatum est de essentia subiecti: & contingens, in qua prædicatum est accidens subiecti. Quare iste animal rationale est homo, coloratum est album: nō dicuntur essentiales: nec ista album est homo, est contingēs seu accidentalis, deficit enim genus definiti, quia non sunt directę. Et prædicatio proprij cōnumeratur à Petro hispano in materia naturali: quia licèt prædicatum non significet essentiam subiecti, significat tamen accidens inseperabile. Vnde naturam accidētis expressit per hoc qđ possit adesse & abesse pter subiecti corruptionē. Quod pōt exponi quantū ad res: videlicet qđ re existēte pōt modò inhærere, modò non inhęrere, sicut albū respectu hominis. Sed secūdę intentionaliter, est, ꝙ prędicatū possit, affirmari & negari de subiecto supponente med iāte copula de pręsenti seclusa ampliatione, quod est accidentaliter & trāsmutabiliter prędicari, vt hō ē albus

Nota. 4. *At verò notandū est quartò, quod* quanq̄ modo prædicto loquendū est de prędicatione naturali, tamē quantum attinet ad summulistas, & ad leges oppositionum: connumerabimus in materia naturali omnes ꝓpositiones ex terminis synonymis, aut idēticis: imò aliquas indirectas. Breuiter omnes, quæ constant ex terminis conuertibilibus, aut in quibus prædicatur superius de inferiori: vt homo est hō, Marcus est Cicero, rationale est homo: risibile est hō, homo est animal: sed tamē, animal est homo, nō cēsetur in materia naturali: quia prædicatū non ꝑdicatur verè de subiecto distributo per verbū pręsentis temporis. Item omnes propositiones extremorum impertinentium, puta, quæ nec se inferunt nec inter se repugnāt, censebuntur in materia contingenti, siue fuerint directæ, siue indirectę: vt albū est dulce, comedēs est cœnans, cœnans est comedēs: coloratū est album, quanq̄ illa, albū est coloratū, sit in materia naturali: imo animal est homo, censebitur in materia contingenti: nam satis est qđ prædicato nō repugnat abesse subiecto præter subiecti corruptionē: vt si null⁹ sit homo sint tamen animalia bruta. Item omnes propositiones. quæ constat extremis repugnantibus, sunt in materia remota: vt homo est lapis, lapis est homo.

*Ex dictis subsequitur, ꝙ omnes pro*positiones quæ constant ex eodem subiecto & eodem prædicato, sūt in eadē materia, quomodocūq; varientur ratione quantitatis, aut qualitatis, etiam si vna sit exponibilis, & non alia: siue vna sit vera & alia falsa, aut vna necessaria & alia impossibilis, aut contingens, siue termini supponant siue non. Exempli gratia. Omnes istæ sunt in materia naturali, homo est animal, nullus homo est animal, tantùm homo est animal, chimęra est animal si est homo, &c. nam materia propositionis est habitudo sola extremorū, quomodocūq; varietur qualitas aut quantitas. Item hæc sunt in materia cōtingenti, homo est albus, hō necessariò est abus, homo impossibiliter est abbus, homo possibiliter est albus: quanq̄ prima sit contingēs, &.2.&.3. impossibilis, &.4. necessaria. Item omnes istę sunt in materia remota, homo est lapis, homo impossibilit̄ est lapis, hō imaginariò est lapis, albū erit nigrū, prædestinatus potest esse reprobus. Ex quo sequitur hāc propositionē. Petrus omnis hō est, esse in materia naturali: vbi ly, omnis, nō est pars prædicati. Hæc verò, Petrus est omnis homo, in materia contingenti, vbi ly, omnis, est pars: nam totum prædicatum nō est genus subiecti: sed potest adesse & abesse. sed hæc petrus & Paulus est omnis homo, est in materia remota: nam subiecto supponente, prædicatum non potest conuenire subiecto. De hac autem propositione, hæc est falsa, ꝓblema est in qua materia sit: nam si teneas qđ prædicatum adesse subiecto est ita esse sicut significatur per propositionem, illa est in materia naturali: sed si teneas quòd est prædicari in ꝓpositione vera: illa est in materia remota. Et pari ratione dicendū est de hac, omnis propositio est particularis: nam si prędicatū, ad esse, est prędicari in propositione vera, illa est in materia remota: si autem sit ita esse, illa est in materia cōtingenti: nam potest ita esse & aliter esse q̄ per illā modò significatur. Sed de ista, hæc propositio est in materia remota Nota. 5.

dicendum est quod est in materia remota, quanquam non posit esse falsa, nam ex hoc quòd non sit in materia remota, sequitur illam esse in materia remota. Si enim est in materia naturali: ergo est vera: & significat, se esse in materia remota, ergo ita est. Et si est in materia contingenti: ergo potest esse vera: detur ergo quod sit vera, & sequitur idem. Sed de his satis.

Argu. 1. *Contra hec autem arguitur facillimè.* Nulla materia est triplex: ergo diuisio supponit falsum. Probatur antecedẽs per descensum sub subiecto: quia nec hæc materia est triplex, nec hęc. &c. Respõdetur concesso antecedente, negando consequentiã. Et hoc dupliciter. Vno modo: tenendo quòd ly triplex, facit suppositionem simplicem, concedimus hanc propositionem, materia propositionum est triplex, & sub subiecto non licet descendere, sicut nec sub subiecto huius, homo est species: Sed in hac, nulla materia est triplex, ly nulla, facit suppositionem personalem: quare non est contradictoria alterius: sed ambæ sunt veræ, sicut illæ, homo est species, nullus homo est species. Secundo modo etiam negamus consequentiã (& fere redit in idem) tenendo quod ly, triplex, facit terminum post se supponere immobiliter: tunc enim hæc est vera, triplex est materia propositionum: & in illo sensu accipitur diuisio. Sed hæc est falsa materia propositionum est triplex. Sed melior est prima solutio: nam communiter conceditur quod materia propositionum est triplex, sicut quòd triplex est materia. Et hoc generaliter adnotandum est in omnibus diuisionibus similibus.

Argu. 2. *Secundò arguitur: Si definitio materię cõtingentis esset bona,* sequeretur, hanc non esse in materia contingenti, homo est mortuus: consequens est falsum: ergo nõ est bona. Maior probatur, quia prædicatum nõ potest adesse subiecto supponenti: repugnat enim quòd homo sit & sit mortuus. Sed minor probatur, quia stat hominem eundem nunc non esse mortuum & postea esse mortuum: ergo illa est in materia contingenti. Nonnulli cõcedunt, illam esse in materia cõtingenti: propter hanc probationem minoris. Et ad rationem maioris respondent, satis esse quod prædicatum potest adesse subiecto mediante copula de præsenti, seclusa ampliatione extrinseca: in hac enim, homo est mortuus, solùm est ampliatio intrinseca prædicati. Alij dicunt ꝙ est in materia remota, propter probationem Maioris. Et hoc est mihi verisimilius postq̃ illa duo extrema non possunt eidem existenti conuenire sine ampliatione: nihil enim refert, qđ illa ampliatio sit intrinseca vel extrinseca. Et cõfirmatur: quia certè illi duo termini sunt disparati: nam habent significationes repugnantes. Quare ad argumentum concessa maiori negatur minor: & solùm illic probatur quod illa propositio, homo est mortuus, est contingens: Vnde non sequitur quod sit in materia cõtingẽti. Et instantia est in ista, album fuit nigrum.

Tertiò arguitur contra tertiam definitionem, hæc propositio. Angelus est homo, est in materia remota: quia componitur ex extremis disparatis & tamen prædicatum potest conuenire subiecto seclusa ampliatione: ergo difinitio nulla. Probatur minor: nam si Christus nunc assumeret naturam angelicam, illa esset vera. Ad argumentum omnes moderni respondent, quod si extrema illius propositionis accipiuntur absolutè, illa est in materia remota & illo modo non prædicantur de Christo in illo casu. Si autem accipiantur connotatiuè, tunc illa est in materia contingenti. Non est præsentis speculationis disputare an ly, homo, dictus de Christo sit absolutus vel connotatiuus. Credo tamen, quod est absolutus: nam vniuocè dicitur de nobis & de Christo. Sed quomodocũq; dicatur: respondetur ad argumentum simpliciter quòd illa est in materia remota, nam sufficit quòd naturaliter non possunt illa extrema eidem conuenire. Sed si Christus assumeret naturam angelicam, illa mutaretur in materiam naturalem. Nec inconuenit quod supranaturaliter vna propositio transeat de materia in materiam. Nam ante incarnationem hæc erat in materia remota, deus est homo, & nũc est in materia naturali ratione suppositi subiecti, sed hoc nihil attinet ad summulistas. Argu. 3.

Caput Tertium.

Lex siue natura cõtradictoriarum talis est, ꝙ si vna est vera reliqua est falsa, & è cõtrario. In nulla enĩ materia possunt esse simul veræ, aut simul falsæ: vt omnis hõ est animal, quidã hõ nõ est animal

mal. Lex siue natura cõtrariarũ talis est, quod si vna est vera, reliqua est falsa, & nõ ècõtrario. Possunt enim ambę simul esse falsæ in cõtingẽti materia: vt omnis homo est albus, nullus homo est albus: omnis homo disputat, nullus homo disputat. In naturali verò materia & remota, sẽp vna est vera & reliqua falsa, Vt oĩs hõ est animal, nullus hõ est aĩal: oĩs hõ est lapis, nullus hõ est lapis. Et in materia cõtĩgẽti de accidẽti inseparabili: vt quilibet coruus est nigre, nullus coruus est niger. Sed illę q̃ sũt de accidente separabili possunt ambæ esse falsæ: vt oĩs hõ est iustus, nullus hõ est iustus. lex siue natura subcõtrariarũ talis est, quod si vna est falsa, reliqua est vera, & nõ è cõtrario: possũt eñ ambæ simul eẽ verę in cõtingẽti materia: vt quidã hõ est iustus quidã hõ nõ est iustus: vnde lex subcõtrariarũ cõtrario mõ se habet legi cõtrariarũ. Lex siue natura subalternarũ talis est: quod si vniuersalis est vera, particularis erit vera, & nõ è contrario. Pot enĩ particularis esse vera vniuersali existẽte falsa. Sed si particularis est falsa, vniuersalis est falsa: vt oĩs homo est iustus, quidã hõ est iustus.

Lectio prima.

*Post cõditiões quę ad singulas op*positionis species requirũtur, subsequuntur leges ipsarum: quæ in textu manifestæ sunt cum suis exemplis. Est enim lex siue natura contradictoriarum, quod si vna est vera, reliqua sit falsa, & è contrario, id est, si vna est falsa altera est vera. Hoc enim sonat nomen, contra dicere, quod quicquid vna affirmet, altera neget, & quicquid vna neget altera affirmet. Lex vero contrariarum est. vt si vna sit vera, altera sit falsa: sed non è contrario. id est, non si vna est falsa, altera est vera: quia possunt esse ambæ falsæ in materia contingenti. Lex subcontrariarum est quod si vna sit falsa, altera est vera: sed non è contrario, id est non si vna est vera, altera est falsa: nam possunt ambę simul esse veræ in materia contingenti. Sed in materia naturali nec remota non possunt esse veræ, nec contrariæ falsæ: quia in illis materiis particularis, & vniuersalis conuertuntu. Quare si istę essent veræ, quidam homo est animal, quidam homo non est animal tũc contradictoriæ essent veræ. Et eadem ratione si contrariæ essent falsę: contradictoriæ essent falsæ. Lex subalternarum est, quod si vniuersalis est vera, particularis est vera, & non è contrario: nam licet in materia naturali & remota æquiualeant subalternans & subalternata, tamen in materia contingenti potest subalternata esse vera, subalternante existente falsa: exempla omnium sunt in textu. Aliis verbis constituuntur istæ legis (& redit eõdem) videlicet lex contradictoriarum est, vt repugnet illis formaliter simul esse veras, & simul esse falsas. Lex contrariarum est, vt repugnet illis formaliter, simul esse veras. non tamen simul esse falsas. Lex subcontrariarum est, vt repugnet illis formaliter simul esse falsas.

Vbi exponendus est terminus ille formaliter. Est enim sensus quod propositiones cõtradictoriæ nec ipsæ, nec alię similis formę possunt esse veræ nec falsæ: cõtrariæ verò aut ipsæ aut aliæ similis formæ possunt esse falsę & subcõtrariæ verę. v. g. istę. omnis homo est animal, nullus homo est animal, habent legem cõtrariarum: nam licet ipsę non possint esse falsæ; tamen in simili forma, istæ sunt simul falsæ, omnis homo est iustus, nullus homo est iustus. Et eadem ratione istæ, quidam homo est animal, quidã homo nõ est animal habẽt legẽ subcõtrariarum: quia licet ipsę nõ possint esse veræ, possunt tamen est in simili forma, quidam hõ est iustus, quidã homo nõ est iustus. Videndum ergo est, quid requiratur: vt aliquæ propositiones sint similis formæ. Et primò est notãdum, quod similitudo formæ põt dupliciter cõsiderari. Vno modo inter vnã categoricã & alterã categoricã. Alio mõ inter duas aut plures ex vna parte. & duas aut plures ex altera. Si comparetur vna categorica ad alterã categoricã, ad similitudinẽ formæ requirũtur quatuor: scilicet, quod sint similis qualitatis, similis quantitatis, & similis situs & acceptionis terminorũ: vt sunt istę duæ, omnis hõ liberè agit, oĩs leo velociter currit,

No. 2. (margin, beside "Vbi exponendus est terminus ille")

Similitudo formæ (margin)

currit. Similis inq̃ qualitatis quo ad copulas principales: nam quo ad copulas implicationis id nō requiritur: vt homo qui est doctus disputat, homo qui non est doctus tacet, eiusdem formę sunt: quia totum subiectum reputatur vnicus terminus ac si esset simplex. Sed quantum ad modos copularum statim videbitur. Similis quantitas, Hoc nomine intellige omnes suppositiones omnium terminorum, tam subiecti q̃ prædicati. Quare hę non sunt eiusdem formæ, homo est species, homo currit: quia subiectū vnius supponit simpliciter, & alteri⁹ personaliter. Neq; istæ animal quod est homo currit animal, quod est Petrus currit: quia subiectum vnius suppponit communiter, & alterius discretè. Nec istæ, incipit motus esse, motus incipit esse, nec istæ, omnis homo est animal, homo omne animal est. Requiritur enim, ꝙ in eodē situ quo distribuitur terminus in vna distribuatur in alia, siue sit à parte subiecti, siue à parte prędicati. Similis situs, intelligitur quātum ad numerum terminorum siue categorematici, siue syncategorematici, saltim illi qui variant proprietates dialecticas. Quare istæ nō sunt eiusdem formæ, homo disputat, hominis equus currit. quia plures termini ponūtur in secunda. Sed tamen quādo est complexum acceptum vnica acceptiōe, reputatur vnicus terminus. Quare istæ, homo disputat, equus hominis currit, animal quod est homo est rationale: sunt eiusdem formę: sed si accipiatur pluribus, etiam si sint termini identicij, reputantur vt plures: vt istæ nō sunt eiusdem formæ, hō disputat, hominis hō disputat. Et istę sunt eiusdē formæ, homo est animal, homo est homo. Sed quantùm ad copulas requiritur similitudo. Item quantū ad illos modos facientes modales requiritur quòd sint similes, vel equiualētes, vt istę nō sunt eiusdē formæ homo possibiliter est animal, homo necessariò est animal: sed istæ reputantur eiusdem formæ, homo necessariò nō est animal, homo impossibiliter est animal, hō nō possibiliter est animal. Et per hoc intelligitur qualiter debet seruari eadem qualitas modi. Nā quando vnus modus negatus æquiualet alteri affirmato, non requiritur. In illis syncategorematibus variātibus proprietatem dialecticam, requiritur omnimoda idētitas. Quare istæ nō sunt eiusdem formę: homo est animal, tantùm homo est animal, homo incipit esse animal: nec istę, homo & equus currit (diuersiuè) homo vel equus currit: si tamē acciperentur illæ cōiunctiones cōplexiuè, essent similis formæ: quia totum complexum reputatur vnicus simplex terminus. Imò nec istæ sunt eiusdem formæ, homo & equus currit homo & equus currunt, in prima diuisiuè. & in secūda complexiue: Sed in aliis aduerbiis quæ nec faciūt modales, nec variant proprietates dialecticas, non est necesse seruare similitudinem. Sicut enim istæ similis formæ, homo disputat, ceru⁹ velociter currit, homo tarde mouetur: nam illa aduerbia reputantur facere vnicum terminum cum prędicato. Tā dē quartò requiritur similis acceptio terminorum, id est, similis ampliatio, appellatio & restrictio: & in hoc etiam includitur similitudo copularum, vt istæ non sunt eiusdem formæ, homo disputat, homo disputauit, homo disputauit: vidi Papam, papam vidi. &c. Ecce quid requiritur ad similitudinē formæ inter vnā categoricā & alteram categoricam.

*Ad verò ad considerandum similitudinē formę inter duas categoricas, aut tres ex vna parte & totidem ex altera distinguendum est: quia aut solùm considerātur in quātū sunt hypotheticæ, & tūc nihil aliud requiritur: nisi quod quęlibet categorica vnius sit similis formę cū categorica alterius & ꝙ coniunctiones sint similes. Quare hæc copulatiua, hō disputat, & homo non disputat, est ei⁹dem formę cum hac, equus currit & leo non dormit. Si autē considerentur primę categoricę in quantum inter se habent aliquā habitudinē, puta ꝙ sint oppositę aut dispositę in aliquo mō arguēdi: tūc reqritur ꝙ singulę categoricę vni⁹ binarij aut ternarii sīt similes categoricis alteri⁹: & vltra hoc ꝙ synonymitas vel habitudo intrinseca inter primas categoricas seruetur inter alias. Voco synonymitatem intrinsecam illam quę exprimitur in definitione illius materiæ. Exempli gratia. Si cōsideres has duas propositiones, omnis homo est homo, nullus homo est homo, vt oppositas, tunc quia in definitione & conditionibus oppositionis præcipitur, quòd participent subiectis prædicatis & copulis, sed non præcipitur, quòd subiecta sint synonyma cum prædicatis, illa identitas quæ est inter subiectum vnius & subiectum alterius, & inter copulam, & copulam, & inter prædicatum est intrinseca: sed synonymitas subiectorum cum prædicatis nō est intrinseca, sed extrinseca. Quare secūdum hanc consideratio nem hæ sunt similis formæ cum illis, omnis homo est iustus, nullus hōest iustus: sed non istæ, omnis hō est equus, nullus hō est lapis. No. 3.

Verū

Verum est quod moderni summulistę distin gunt inter similitudinem formæ, & similitu dinē formæ acceptionis terminorum. Et dicūt, ꝗ ad similitudinē formę requiritur, vt seruetur vtraq; synonymitas intrinseca & extrīseca. Sed ad similitudinem formę acceptionis terminorū sufficit, vt seruetur synonymitas intrinseca, Sed tamē hęc distinctio ad nihil cōducit. Et ideo quam ipsi vocant similitudinē formę acceptionis terminorum nos absolute vocabimus similitudinem formæ. Si verò cōsiderentur tanq̄ secūda sit cōtradictoria conuertentis primę, tūc istæ sunt similis formæ cū illis, omnis homo est animal, nullum animal est homo: quia synonymitas intrinseca solùm est inter subiectum vnius & prædicatum alterius. Rursus si cōsideretur tanq̄ dispositæ in prima figura, tunc synonymitas intrinseca solùm est inter subiectum primę, & predicatum secundę: Quare istæ sunt eiusdē formę, omnis homo est animal, nullus lapis est homo. Et ita siinngulis figuris & modis, secundum variam cuiusq; dispositionem: vt videbimus in quinto libro: vbi tractabimus particulariores difficultates spectantes ad illum locū. Videlicet an terminus in diuinis sit eiusdem formę cum terminis in creaturis: & relatiuum cum absoluto. &c.

Sed contra leges contrariarum arguitur, hæ ꝓpositiones, omnis homo est vel non est animal, nullus homo est, vel nō est animal sunt cōtrariæ, vt patet per omnes cōditiones: & tamen nullo modo possunt esse falsæ, nec in se, nec in simili forma, quia in quibuscunq; terminis prima est necessaria & secunda impossibilis: ergo male dictum est qd' omnes propositiones habentes conditiones alicuius oppositionis participant subinde legem illius. Respondetur, Concedimus illas esse cōtrarias, dato quod illis repugnet simul esse falsas: quia nō repugnat intrinsecè ratione cōtrarietatis: sed extrinsecè propter necessitatem affirmatiuæ. Quare licet non participassent, in extremis etiam repugnassent in falsitate & veritate. Vt omnis homo est vel non est animal, nullus equus est vel non est lapis. Eadem ratione istæ sunt subcontrariæ quidam homo est ipsemet, quidā homo nō est ipsemet: licèt repugnet illis esse simul veras: quia repugnantia non est habitudine oppositionis: sed quia negatiua est impossibilis subiecto supponente: quanquam virtualiter sunt contradictorię, quia particularis cōuertitur cum vniuersali. Argu. 1.

Secūdò & principaliter arguitur E contrario hæ propositiones, tantùm homo est animal, tātùm homo non est animal habent legem contrariarum, & tamē non habent conditiones: ergo malè dictum est ꝙ solæ illæ quæ habent conditiones habēt legē. Maior est nota, quia sunt ambæ falsæ & non possunt ambæ simul esse veræ. Et minor itidem est manifesta, quia subiectum vtriusque non distribuitur: vt patet in primis exponētibus. Notandum est hic, aliquas propositiones dupliciter opponi aliqua specie oppositionis: vno modo formaliter, de quibus iā dictum est, & alio modo virtualiter. Vnde sunt duæ regulæ: Prima, Omnes propositiones quæ inferunt formaliter duas contrarias, sūt virtualiter contrariæ: vt dictę exclusiuæ sunt cōtrarię, quia inferunt secundas exponentes contrarias: puta, nihil non homo est animal omne non homo est animal. Et probatur regula. Nam si iste propositiones inferūt duas contrarias, ergo per regulam bonæ cōsequētiæ, si istę sunt veræ, contrarię sunt vere, & eadem ratione si contraræ sunt falsæ, iste sunt falsę: nam in bona cōsequentia si cōsequens est falsum, antecedens est falsum. Secunda regula. Omnes ꝓpositiōes q̄ inferūtur ex duabus sub contraris sunt subcontrariæ: vt contradictorie illarum exclusiuarum, non tantū homo est animal, non tantū homo nō est animal, sunt sub cōtrarię: nam cùm exponātur disiūctiuè inferuntur ex secundis exponentibus, quæ sunt sub contrariæ, putà aliquod non homo est animal, aliquod non homo non est animal. Et probatur regula. Nam si istæ inferuntur ex duabus subcōtrariis, sequitur quòd si sub contrarię sunt veræ, istæ sunt veræ: nam in bona cōsequentia si antecedēs est verum, consequens est verum: & si consequens est falsum, antecedens est falsum. Argu. 2 Regulæ. 2.

Lectio secunda.

Constitutis iā cōditionibus & legibus oppositionum, superest vt cuncta quę dicta sunt nonnullis argumētis aperiamus. Nec circa singulas seorsum species disputabimus: sed per mixtim: nā qui vnā speciē intellexerit, facilè alias poterit cognoscere. Est enim notāda regula: qđ si aliquę propositiones sunt contradictoriæ, tunc subalternās respectu particularis, est contraria ad vniuersalem: & subalternata respectu vniuersalis est subcontraria ad particularem. Ex qua sequitur quòd si aliquę propositiones sunt cō- Not. 1. Regula.

trariæ, contradictoriæ illarum sunt subcõtrariæ, & si aliquæ sunt subcontrariæ. & contradictoriæ illarũ sunt cõtrariæ: vt facilè quisq; exemplo experiri potest Sequitur secundò quòd propositis duabus contradictoriis facilè quis potest constituere cõtrarias, faciendo quòd maneat eadem vniuersalitas in vtraq;: & subcontrarias, faciendo quòd maneat eadem particularitas, in vtraq;. Nec multiplicabimus argumenta nisi singula circa singulas difficultates formabimus, Nec præposterè disputabimus quæ ex subsequentibus dependent. Quare de copulatis, disiũctis, & cõditionatis, dicemus suis cuiusq; locis: nunc autem solùm disputabimus de tribus. Nempe in hac lectione, de signis incompletis: in sequenti de signis specialis confusionis, & in vltima de obliquis.

Argu. 1. *Sed primò arguitur contra conditiones* suprà propositas, ꝙ non sint sufficientes. In hac propositione, equum omnis homo habet, ly, homo distribuitur in ordine ad ly, habens, stans confusè tantùm: & tamen in sua contradictoria non habet supponere determinatè. ergo vltima conditio contradictoriarum nõ rectè posita est. Probatur minor. Si contradictoria eius esset hæc, omnẽ equũ b. homo nõ habet, ambę essent falsę, si singuli homines, singulos equos possiderent. Item ly, homo in eadem propositiõe distribuitur in ordine ad accusatiuum supponẽtem determinatè: & tamen in sua contradictoria nõ habet supponere confusè, ergo dicta cõditio est malè posita. Probatur minor. Si contradictoria eius esset hęc omnẽ equũ homo nõ habet ambę essent verę, si omnes homines eundem equũ possiderẽt: nam affirmatiua clara est, & negatiua probatur per ascensum: quia hunc equũ. a. homo non habet, vt patet ascendẽdo priùs sub ly, habens distributè, & postea demonstrãdo alium hominẽ: restabit nãq; hęc vera, hunc equum Petrus nõ est hoc habẽs, demonstrando Paulum: quia sensus est, ꝙ Petrus habens hunc equum, non est Paulus habens eundem. Hoc fuit initium summulistis erroris atq; turbarum: cùm non intelligerẽt, quid est signum vniuersale confundere terminum distãtem, seu mediatum. V. g. In hac propositione omnem equum homo non habet, ly, homo, confunditur à signo vniuersali existimant ergo moderni summulistæ, ꝙ confunditur etiam in ordine ad prędicatum: Vnde inferũt quod quãdo fit descensus sub prima distributione, debet manere ly, homo confusè, scilicet, istum equum. a. homo nõ habet: vt qriùs descẽdatur sub prædicato. Apertius mõstratur in hac, cuiuslibet hominis oculus non est oculus, Dicunt enim quòd in singularibus sub prima distributione dicẽdum est, istius hominis. a. oculus non est oculus, vt priùs descẽdatur sub prędicato, Quare casu quo quilibet homo habeat duos oculos, concedunt illam propositionem. Er hoc inferunt has propositiones non esse contradictorias. Equũ omnis homo habet, omnẽ equũ homo nõ habet: nam sunt simul verę vt probatum est in argumento. Nec istæ pari ratione, hominis quilibet oculus est oculus, cuiuslibet hominis oculus non est oculus: nã sunt ambæ veræ casu, quo quilibet homo habeat duos oculos. Propter ergo has & similes propositiones, addunt isti duas nouas conditiones ad contradictionem. Prima. Quando aliquis terminus distribuitur in ordine ad duos terminos, quorum primus supponit determinatè, & secundus confusè: ille distributus debet in altera supponere mixtim, cõfusè in ordine ad primũ, & determinatè in ordine ad secundum: quæ quidem suppositio designatur per ly. c. Secundò quando aliquis terminus distribuitur in ordine ad duos terminos quorum primus stat confusè & secundus determinatè: ille distributus debet in altera supponere mixtim: determinatè in ordine ad primum, & confusè in ordine ad secũdum: quæ quidẽ suppositio designatur per ly. d. Quòd si distribuatur in ordine ad tres vel quatuor &c. diuersimodè supponẽtes, talis terminus in sua contradictoria debet supponere mixtim, alia & alia specie suppositionis: q̃ suppositiones designantur per literas. e. f. &c. Quocirca dicũt contradictoriam huius propositionis, equũ quilibet homo habet, esse hanc, omnem equum, c. homo non habet, & denotat ly. c. quòd facto descẽsu sub prima distributione, maneat ly, hõ, determinatè: puta istũ equũ homo non habet. Et contradictoria huius, hominis quilibet oculus est oculus, hæc, cuiuslibet hominis. c. oculus non est oculus.

Alij existimãt & quidem optimè huiusmodi mixtas supositiones esse vera figmẽta. At verò dicũt ꝙ quãdo in aliqua propositione aliquis terminus distributus in ordine ad duos, quorũ vnus stat determinate & alter confuse, tunc illa propositio nõ potest habere cõtradictoriam, nisi solùm per prępositionẽ negationis: vt cõtradictoria huius hominis quilibet equus est animal, non potest Not. 1.

esse

esse nisi hæc, non hominis quilibet equus est animal. Et cum queritur, quomodo supponit ly, equus. respondẽt ꝙ distributiuè, sicut in prima: taliter tamen quod facto descensu sub genitiuo manet determinatè. Sed tamen isti gratis negant posse dari contradictoriam alia via quã per præpositionem negationis, & gratis asserunt quod ille terminus maneat distributiuè in vtraq; contradictoriarũ, postquam facto descẽsu sub determinatione, manet determinatè.

No. 4. Notandũ. *Igitur ad rescindẽdum cætera sexcenta sophismata* & hæc figmenta modernorum, quæ antiquis nunq̃ fuerũt in opinione, notandum est ꝙ nunquã signum vniuersale cõfundit aliquẽ terminum, nisi in ordine ad terminum quem distribuit, vel in ordine ad se. V.g. In hac propositione, cuiuslibet hominis equus non est animal, ly equus, solùm cõfunditur in ordine ad genitiuum, & non in ordine ad prædicatum: & in hac, Petrus & Paulus est homo, prædicatum confunditur in ordine ad ly, &. Probatur: quia signum cõfundere aliquem terminum, nihil aliud est quã denotare ꝙ talis terminus dependeat à termino quem distribuit, quãtum ad resolutionem. Vt in hac cuiuslibet hominis equus nõ est animal, solũ ly cuiuslibet, exigit ordinem inter ly, hominis, & ly, equus: nõ tamen inter ly, equus, & prædicatũ: quia ly, cuiuslibet, nullũ denotat ordinem respectu prædicati. Quare dempta prima distributione ly, equus, non debet manere confusè, sed determinatè: puta istius hominis equus nõ est animal. Ex hoc fundamento colligitur prima conclusio. Ad assignandum quoduis genus oppositionis cuicunq; proprositioni de modo loquẽdi consueto, id est, in qua non ponitur. a. vel. b. quanquã ex mille terminis constet, nõ opus est mixta suppositione, neq; literis. a. &. b. V.g. cõtradictoria predictę propositionis, equũ omnis homo habet, est hæc omnem equum homo nõ habet, Et casu quo omnes homines eundem equum possideant est falsa: vt patet per suas singulares, istum equum homo non habet. Et eadem ratione, contradictoria huius hominis quilibet oculus est oculus, est hęc, cuiuslibet hominis oculus non est oculus. Et casu quo quilibet homo habeat duos oculos, est falsa, vt patet per hanc singularem, Petri oculus non est oculus, Et certè ridiculum est concedere quod quilibet oculus est oculus, & cum hoc concedere ꝙ cuiuslibet hominis oculus non est oculus: quare non licet descendere priùs sub prædicato quã sub subiecto. Et eadem ratiõe cõtradictoria huius, homo & quilibet equus sunt animalia, est hæc, omnis homo & equus non sunt animalia. Et est falsa, rebus vt nunc. Et breuiter, in vniuersum habet verum cõclusio. Secunda est, ꝙ ad missis in aliqua propositione. a. vel. b. necesse est aliquando ad assignandum contradictoriã vel contrariam, vti suppositione mixta. v. g, si barbarè dicas, homo &. a. equus nõ sunt animalia, necesse est contradicere per hãc, omnis homo & omnis equus. c. animalia sunt: & denotetur quod resoluta prima distributione, restat prædicatũ determinate in ordine ad secundam. Nam si contradiceres per hãc omnis homo & omnis equus sunt animalia, ambę essent verę, rebus vt nunc: & si contradiceres per hanc, omnis homo & omnis equus. b. animalia sunt, ambæ essent falsæ, si esset duntaxat vnus equus cum multis hominibus. Eadem ratione huic a. homo & equus non sunt animalia, contradicendũ est per hanc, omnis homo & omnis equus. d. animalia sunt. Sequitur ex his conclusionibus, quòd huiusmodi suppositiones mixtæ, sunt commentitiæ, & sine aliqua necessitate introductę: & pullulârum ex duobus erroribus. Primô ex illo, quòd in hac, cuiuslibet hominis equus non est animal, putârunt ly equus, supponere confusè in ordine ad prædicatum: vnde intulerunt, non esse cõtradictoriam huius, hominis quilibet equus est animal. Et secundò ex hoc, quia præter artem omnium antiquorum voluerunt cõuertere vniuersalem affirmatiuam & particularem negatiuam conuersione mutua Et ideo ad primam conuersionem finxerunt ly. a, & ad secundam confinxerunt ly. b. Cõuertuntur enim mutuo, omnis homo est animal. a. animal omnis homo est: homo nõ est animal omne animal. b. homo nõ est. Hæc dicta sint, vt ostẽdamus barbarum vsum harum literarum, tametsi quandoq; nos vsi fuerimus eò solùm vt exempla ponamus ad declarãdum aliquas regulas. At exempla ponimus, non vt ita sint.

Conclu. 2.

1. Conclu.

Secundò principaliter arguitur.

Argu. 2. Hæ propositiones, Petrus disputat, Paulus non disputat, sunt contradictoriæ, & tamen neq; in veritate repugnãt neq; in falsitate. Probatur maior: quia sunt cõtradictorię istarum, Petrus nõ disputat, Paulus disputat: sicut Petrus & Paulus dicũtur vidẽtes, licèt nõ videant se inuicem sed alios. Notandum est

hic quod isti termini cõtradictoriç,cõtrariç, &c:sunt relatiui,sicut ly,fratres:& ideo cũ asseritur aliquas propositiones esse cõtradictorias,intelligitur ꝙ inuicem cõtradicãt.Aliud est de ly,vidẽtes,aut ꝑcutiẽtes, q nõ denotãt relationẽ mutuã,& ideo maior est falsa. Sed cõtra,saltem istæ,Petrus disputat, Petrus nõ disputat,sunt cõtradictoriç,& tamẽ possunt simul esse veræ:ergo lex nulla.Probatur minor.Prima nũc põt esse vera,&secunda nunc põt esse vera,ergo vtraq; habet nuncpotestatẽ vt sit vera & ꝑ cõsequens possunt simul esse veræ. Respondetur ad minorẽ:si ly,simul determinet verbũ potest,cõceditur quod simul possunt,id est simul habent potestatem vt sint veræ:sed si determinet verbũ,esse, illa est falsa:est enim sensus qd' possunt esse pro eodem instanti verç.Et quanquã sit communis solutio,absolutè tamen potestnegari qd' illæ propositiones simul possint esse veræ, quicquid determinet ly,simul: nam sine illo aduerbio ista modalis est falsa, istæ possunt este verç,vt patet per suam de inesse, scilicet istæ sunt veræ.Et ideo illa cõsequentia non valet,ista potest esse nunc vera.& ista potest esse nunc vera:ergo simul possunt esse veræ: sed solùm seqtur quod simul habẽt potestatem vt vtraq; per se sit vera. Lex ergo contradictoriarum debet accipi in hoc sensu.Si aliqua contradictoriarum pro aliquo instãti sit vera:repugnat vtaltera pro eodem instãti sit vera secundum sensum quosunt contradictoriæ.Et pari ratione intelligitur lex contrariarum & subcontrariarum.

Argu.3. *Tertio principaliter arguitur istæ* sunt cõtradictoriç,in Sequana sunt pisces,in Sequana nõ sunt pisces,& tamen sunt veræ. Maior nota est:quia omnes termini affirmati in vna,negãtur in alia præter ly,Sequana, qui est terminus singularis fluuij. Parisiensis.Et probatur minor,affirmatiua enim nota est:&ꝓbatur negatiua,In sequana aliqua entia non sunt pisces:vtputa lapides:ergo in Sequana nõ sunt pisces.Respondet ferè sum mulistç huius temporis negãdo has propositiones esse contradictorias,& concedendo illas esse veras.Sed re vera nihil deest,quomin⁹ sint cõtradictoriæ:nã istç sunt contradictoriç,in Sequana sũt pisces:nõ in Sequana sũt pisces:& nihil refert,negationẽ ãteponi termino singulari aut postponi.Et ideo negam⁹ illas esse veras.Nec valet illa cõsequẽtia,ĩ sequana aliqua entia nõ sũt pisces,ergo ĩ Sequana nõ sunt pisces,arguitur enim à non distributo ad distributum ex parte de ly,entia:nam participium,entia,non includitur vt ipsi putãt,in determinatõe,Sequana:sed includitur in verbo,sunt:quod negatur in consequenti & affirmatur in antecedenti. Et ideo tantũ valet.in Sequana non sunt pisces,sicut in Sequana nulla entia sunt pisces. Et eadem ratione ista consequentia non valet insequana sunt non pisces:ergo in sequana nonsunt pisces: nec ista consequentia valet, Isti lapides non sunt pisces & isti lapides sunt in sequana,ergo insequana non sunt pisces:nã ly entia inclusum in ly, sunt,nõ distribuiẽ in ꝓdicato minoris & distribuiẽ incõclusiõe.Sed contra saltem hæc consequentia esset bona: in his animalibus non sunt pisces (demonstro pisces ipsos)& hçc animalia sunt natantia in sequana:ergo natãtia in sequana nõ sũt pisces: tunc enim non arguitur à non distributo ad distributum,& tamen antecedẽs est verum & cõsequẽs falsum,si nulla animalia natẽt in sequana nisi pisces.Respondetur ꝙ committitur ibi alius defectus: nam minor extremitas debet concludi in eodem casu in quo assumitur medium in maiori, quare cõcludendum est,in natantibus in sequana nõ sunt pisces·Sed de hoc in syllogismis. Eadẽ ratione respondendum est adhoc sophisma, inter hanc & hanc diem erit Petrus: inter hanc & hanc diem non erit Petrus (primo pro nomine demõstrante diem Dominicam & secundo diem Mercurij) Sunt enim contradictoriæ:& incasu quo Petrus erit die Lunç& nõ die Martis,negatiua est falsa. Nec sequitur, aliquo tempore inter hanc & hanc diem non erit Petrus:ergo inter hanc & hãc diem non erit Petrus,arguitur enim à nõ distributo ad distributum ex parte de ly,tempore:nam in consequẽte determinatio,tempore, non includitur in ly, inter (vt isti putãt)sed in verbo,erit,quod negatur. Nec sequitur inter cœlum & terram aliquod ens non est aer:ergo inter cœlum & terram, nõ est aer. Imò sunt contradictoriç,inter cœlum & terram est aer,inter cœlum & terram non est aer:Et hçc dicta sunt si ly, inter, accipiatur prç positionaliter vt accipitur in rigore. Nã si accipiatur(quod aliqui sinistrè putant)aduerbialiter.vt ly,inter,includat in aliquo loco,tuncnon essent cõtradictoriæ:nam çquiualerent istis,in aliquo loco inter cœlum & terram est aer,in aliquo loco inter cœlum & terram non est aer. Idem dicendum de istis. vltra pontem est Petrus,vltra pontem nõ est Petrus: Sunt enim omnes in rigore contradicto-

dictoriæ.

Argu.4. *Quartò, principaliter arguitur.* Istæ propositiones, omnis homo est animal, non omnis homo est animal, sunt contradictoriæ, tamen sunt ambæ veræ, ergo lex nulla. Maior est nota. Et minor probatur, Affirmatiua manifesta est, & negatiua sequitur per couersionem simplicem, nullum animal omnis homo est, ergo non omnis homo est animal. Et veritas antecedẽtis constat per ascensum sub subiecto & per falsitatem suæ cõtradictoriæ. Hic notandum est primò, pro uerbium illud dialecticum, nõ est verius con tradicere quàm toti propositioni negationẽ præponere, solent excipere duos casus. Primus est quando sunt infinitæ negationes. Sed iste casus est impossibilis. Alter est quãdo relatiuum reciprocum vni' categoricæ refert antecedens in alia, vt istæ non sunt contradictoriæ, aliquis homo est ipsummet, non aliquis est homo ipsummet, si relatiuum referat subiectum huius, aliquod animal est. Sed tamen hoc est barbarum & ineptum, vt diximus in capi. de relatiuis, ꝙ relatiuum in vna categorica referat antecedens in altera. Notandum est secũdò, quòd ad cognoscendum suppositionem terminorum vbi præponitur negatio in fronte propositionis, consyderandum est quomodo supponunt, dempta illa prima negatione & cõtradictorio modo supponunt cum illa negatione: verbi gratia. Subiectum huius, non omnis homo est animal, supponit determinatè: quia dempta negatione distribuitur in ordine ad terminum stantem confusè. Quare ad argumentum, concessa maiore, negatur veritas negatiuæ. Et in illa conuersione arguitur à confusa ad determinatam ex parte de ly, homo: nam in antecedenti, nullum animal omnis homo est, prædicatum supponit confusè: quia dempta negatione distribuitur in ordine ad terminum stantem determinatè: & in consequenti, non omnis homo est animal, supponit determinatè. Eadem ratione in hac, non homo omne animal est, prædicatum supponit confusè, quia dempta negatione, distribuitur ordine ad terminum stãtem determinatè. Et secũda pars subiecti huius, nullus homo & omnis homo sunt animalia, supponit cõfusè: in ordine ad primã partem, & determinatè in ordine ad prædicatum. Et prædicatũ huius, hominis null' equus nõ est animal, supponit cõfusè: qa dẽpta negatione in hac, hominis equus non est animal, distribuitur in ordine ad terminũ stantem determinatè. Itaq; non est accipienda cõtradictoria ne petatur principium sed solùm demenda prima negatio.

Argu.5. Omne. *Quintò, principaliter arguitur. Istę* sunt cõtradictoriæ, omne animal fuit in arca Noe, aliquod animal nõ fuit in arca Noe. Et tamen sunt simul verę, ergo lex nulla. Maior videtur nota ex forma terminorum. Et ꝓbatur Mi. Nam casu quo cuiuslibet speciei animalis aliquod animal fuisset in arca Noe, affirmatiua est vera, & negatiua sequitur expositoriè hoc modo. Aristoteles nõ fuit in arca Noe, & Aristoteles est v' fuit aliquod animal ergo aliquod animal nõ fuit in arca Noe. Prima difficultas in oppositionib' est circa signa incompletè distribuentia. Et primum est ly, omne, quod dupliciter distribuit, scilicet pro singulis generum, & pro generib' singulorũ. Prima distributio est completa: & secũda incompleta. Distributio pro singulis generũ, est distributio pro singulis indiuiduis cuiuscũq; speciei: vt omnis homo est animal Distributio pro generibus singulorum, est distributio pro specieb' tm̃, id est, pro cuiuscũq; speciei aliquo indiuiduo, vt omne animal fuit in arca Noe. Opposito modo ly, aliqd', potest dupliciter particularizare aut cõpletè, id est, ꝓ aliquo indiuiduo: vt, alicui' speciei: aut incõpletè solũ ꝓ specie. i. ꝓ alicui' speciei q̃cũq; indiuiduo: vt, aliquod animal non fuit in arca Noe. Et fortè ly, omne, æquiuocè accipitur quando distribuit primo modo & qñ distribuit secũdo modo: licèt oppositũ sit probabile. Ex quo sequitur ꝙ ly, omne, non distribuit pro generib' singulorũ, nisi termi nũ genericũ, q potest habere plures species.

Distributio pro generib' singulorum.

Not.4. *Secundò notandum est: propositio*nem de ly, omne, incompletè distribuẽte, dupliciter posse resolui: aut per exponentem, aut per ascensum immediatum. Exponẽs est illa categorica quæ explicat sensum distributionis, vt illa vniuersalis exponitur per hanc cuiuscunq; speciei animalis aliquod animal fuit in arca Noe. Nec te sollicitet an sit consequentia formalis ab exponibili ad exponẽtem. Satis est enim quòd materialiter exponit sensum illius. Et exponens illius particularis negatiuæ est, alicuius speciei animalis nullũ animal fuit in arca Noe. Istæ exponentes non aliter probantur: quàm ex significatione ipsarum propositionum. Nam omne animal fuit in arca Noe, tãtundem sonat, ac si dicas, omnes species fuerunt illic.

Et aliquod animal non fuit in arca Noe, per inde valet, ac si dicas, aliqua species non fuit illic.

Nota. 5. *Sed est argumentum contra istas* expositiones. Ex ista collectione quæ modò est, nullũ animal fuit in arca Noe, & hæc collectio est aliqua species: ergo alicuius speciei nullum animal fuit illic, & tamen falsum est dicere, ꝙ aliquod animal nõ fuit in arca Noe: loquimur enim de animalibus perfectis quæ omnia fuerunt in arca Noe: ergo hæc nõ est bona expositio. Nominales vix constituunt pro quo supponat species humana. Alij dicũt quòd supponit pro tota collectione quæ fuit à principio vsq; ad finem mundi. Alij quod nunc supponit pro collectione hominũ præsentium: & tẽpore Noe pro collectione hominum, qui tunc erãt. Et ita erunt multæ species humanæ. Et secundum istos in rigore illa est falsa, omne animal fuit in arca Noe, vt ꝓbatum est modò. His tamen omissis secundum nominales qui tenẽt ꝙ species humana supponit pro illo termino, homo, sensus huius cuiuslibet speciei animalis aliquod animal fuit in arca Noe, est iste, cuiuscunq; termini specifici aliquod suppositum fuit in arcã Noe. Sed secundum rei veritatem, vt diximus. 2. lib. in de suppositione simplici, ly, species animalis, supponit ꝓ homine, pro equo. &c. secundum rationem communem qua cõueniũt omnia indiuidua: & sic sub ly, speciei, licet demõstrare quodcunq; indiuiduum. Et me demonstrato, verum est dicere, huius speciei animalis aliqđ animal fuit in arca Noe: Et huius (demonstrando istum equum) aliquod fuit in arca Noe &c. & sic ad argumentũ distinguitur maior, ex illa collectione nullum animal fuit in arca Noe. Nã si sit sensus ꝙ ex specie huius collectionis nullum suppositum fuit illic, illa est falsa: si autem sit sensus qđ ex materiali collectione nullum indiuiduum fuit illic, maior est vera, sed minor in illo sensu est falsa. Quia ista collectio non est vna species distincta à collectione quę fuit in arca Noe. Et si minor accipiatur in hoc sensu ꝙ ista collectio est species, quæ tunc fuit, tũc minor etiam est vera & illa consequentia nihil valet, nam licèt de ista collectione nullum animal fuit illic, tamen de ista specie fuit aliquod.

Species humana.

Not. 6. *Secundo modo potest resolui illa* ꝓpositio, omne animal fuit in arca Noe, per ascensum immediatum. Et solet assignari triplex modus ascendendi & descendendi sub termino distributo pro generib⁹ singulorũ.

Triplex inductiõ sub ly oĩs.

Primus est communis, copulatiuè sub disiunctione, vt omnia indiuidua eiusdem speciei demonstrentur disiunctiuè: & cum transitur ad indiuiduum alterius speciei transeatur copulatiuè. v. g. Hoc animal fuit in arca Noe (demonstratis hominib⁹) & hoc animal fuit in arca Noe (demonstrando equum) & sic de singulis: ergo omne animal fuit in arca Noe. Nec requiritur ꝙ ascensus sit cõsequẽtia formalis, vt diximus. c. de inductione. Vñ si demonstrares indiuidua diuersarum specierum sub disiunctione, & indiuidua eiusdem speciei sub copulatione, consequentia esset eiusdem formæ, & nihil valeret. Secundus modus ascendendi est purè, copulatiuè per terminos specificos illius termini distributi: vt homo fuit in arca Noe, & sic singulæ species, ergo omne animal fuit ĩ arca Noe. Et iste modus fuit in vsu apud antiquos & est accõmodatus naturæ illius distributionis. Et moderni sine causa abijciunt illum, eò ꝙ non sit cõsequentia formalis. Dicunt enim hanc consequentiam, album fuit in arca Noe, & nigrum fuit in arca Noe: & istæ sũt omnes qualitates animalis: ergo omne animal fuit in arca Noe esse eiusdem formæ cum prima, quæ tñ nihil valet, nam si cuiuslibet speciei colorati aliquod coloratũ fuisset in arca Noe, & aliqua species animalis non fuisset illic: antecedens esset verum & consequens falsum. Respondetur nihilominus primò quod nõ requiritur inductionem esse consequentiam formalem vt suo loco monstrauimus. Secundò, ꝙ fortè ille primus ascensus est consequentia formalis, nec iste secundus est eiusdem formæ cum illo. Nam illa habitudo generis ad species est intrinseca, & seruanda ad similitudinem formæ. Et ideò iste secundus modus ascendendi est sufficientissimus. Nihilominus est alius tertius modus ascendendi purè, copulatiuè per singularia singularizãtia incompletè pro specie, & non pro indiuiduo: putà hoc animal fuit in arca Noe: & hoc animal &c. (demonstrando singularia indiuidua cuiuscunque speciei) ergo omne animal fuit in arca Noe. Sed sensus cuiuscunq; singularis est, huius speciei animalis aliquod animal fuit in arca Noe. Et hic modus est formalis, & qui optmè explicat naturam illius distributionis.

Habita ergo natura distributionis pro generibus singulorum, facilè quis poterit omnem speciem oppositionis inter huius-

Nota.

iusmodi propositiones constituere. Exempli gratia: Subiectum huius, omne animal fuit in arca Noe, includit vniuersalitatem & particularitatẽ: & pariter subiectũ illius aliquod animal non fuit in arca Noe. Et ideo hæc, omne animal fuit in arca Noe, subiecto completè distributo est subalternans ipsiusmet, subiecto incõpletè distributo: & est cõtradictoria illius negatiuę, subiecto incõpletè distributo: & est contraria illius negatiuę, subiecto incõpletè particularizato: & hæc, aliquod aĩal fuit in arca Noe, subiecto completè particularizato est subalternata illius vniuersalis de subiecto incõpletè distributo & subcontraria illius negatiuæ, de subiecto incompletè particularizato. Vnde ad argumentum principale respondetur ꝙ si subiectum affirmatiuę distribuatur cõpletè, & subiectũ negatiuę particularizetur cõpletè, aut subiectũ affirmatiuę distribuatur incõpletè & subiectũ negatiuę particularizetur incõpletè, vtroq; modo sunt cõtradictoriæ: at si subiectũ affirmatiuæ distribuatur cõpletè & subiectũ negatiuæ particularizet incõpletè, tunc sunt cõtrariæ: quia manet eadem vniuersalitas. Sed si subiectum affirmatiuæ distribuatur incõpletè, & subiectum negatiuæ particularizetur completè, tunc sunt subcontrarię: quia manet eadem particularitas. Ex quo sequitur quod istæ propositiones, omne animal fuit in arca Noe: omne animal non fuit in arca Noe: vtrobiq; subiecto incõpletè distributo nullam legẽ participãt: quia manet eadem vniuersalitas & eadẽ particularitas: & casu principalis argumẽti sunt verę: & casu quo omnia indiuidua vnius speciei fuissent in arca Noe, & omnia alterius non fuissent, ambæ essent falsæ. Et eadem ratione istæ nullam legem participant, aliquod animal fuit in arca Noę, aliquod animal non fuit in arca Noe: vtrobique subiecto incompletè particularizato.

Argu.6. *Contra hæc autem quę dicta sunt* arguitur. Concessum est, has esse contrarias, omne animal est coloratũ, omne animal nõ est coloratũ, subiecto affirmatiuę distributo cõpletè, & subiecto negatiuæ incompletè. sed probatur ꝙ sint veræ, rebus vt nunc, supposito qđ sint de q̃libet specie animalis multa supposita & omnia colorata. Affirmatiua enim nota est, & probatur negatiua per suã exponentem, cuiuslibet speciei animalis aliquod animal nõ est coloratũ, vbi ly, animal à parte subiecti supponit cõfuse, & per consequens descendendum est prius sub prędicato cuius omnes singulares sunt veræ: vt facilè potest constare. Hoc argumentum nõ est contra nos: cõcedimus enim illas esse cõtrarias: & negamus negatiuã in illo casu. Nã in illa exponente, cuiuslibet speciei animalis aliquod animal nõ est coloratũ, ly animal, supponit determinatè: in ordine ad prædicatum. Quare prius est descendendũ sub determinatiõe & determinabili, ꝙ sub prędicato. Sed fecimus argumentum ad ostendẽdum ꝙ in omni opinione debet obseruari ꝙ illud determinabile in exponẽte supponat determinatè in ordine ad prædicatum si prædicatum distribuitur. Quare secundũ vulgarem opinionem, exponens illius negatiuæ est cuiuslibet speciei animalis.c. animal nõ est coloratum. Et hoc est maximum argumẽtum contra illos, qui non possunt exponere propositionem consuetissimã, nisi per.c. literam ignotam antiquis. Ex hoc sequitur hanc cõsequentiam non valere, omne animal omne coloratum est, ergo omne coloratum omne animal est: neq; ècõuerso vtrobiq; extremo incompletè distributo: nam vtrobiq; arguitur à cõfusa ad determinatam, quia signum positum à patre subiecti confundit particularitatem, quæ includitur in prædicato.

Nota.8. Qualislibet *Per hęc quę dicta sunt de ly, omne* intelligitur natura horum signorũ, qualislibet, quãtuslibet. Enimuerò quemadmodũ ly, omne, distribuit pro generibus singulorum, ita & hæc signa suo modo. v. g. ly, omne, si addatur termino absoluto, distribuit pro speciebus substantialibus: vt omne animal fuit in arca Noe. Sed si addatur termino cõnotatiuo, distribuit pro speciebus significati formalis: vt omne coloratum est corpus, distribuit pro speciebus coloris. Sed ly qualislibet, distribuit semper ꝓ speciebus qualitatis: & ly quantuslibet pro speciebus quantitatis. Et ita resoluuntur per exponentem & per ascensum quemadmodum ly, omne, pro generibus singulorum. Vt sensus huius, qualislibet homo disputat, est cuiuslibet speciei qualitatis, aliquis homo qualificatus disputat. Et sensus huius, quantuslibet hõ disputat, est cuiuslibet speciei quantitatis, aliquis homo quantificatus disputat. Et ita descendendũ est per terminos specificos: vt homo albus disputat, homo niger disputat &c. ergo qualislibet homo disputat. Itẽ homo bicubitus disputat, & hõ tricubitus disputat ergo quantuslibet hõ disputat. Et

opposita

opposita signa, aliqualis, aliquantum: opposito modo exponuntur & resoluuntur: vt aliqualis homo disputat, facit hunc sensum, alicuius speciei qualitatis quilibet homo disputat, & sic exponitur alia. Et ideo eodem modo constituuntur omnes species oppositionis inter huiusmodi propositiões, sicut dictũ est de ly, omne. Vt si ly, qualislibet, accipiatur complete loco huius quilibet homo qualis disputat, tunc illa vniuersalis est subalternãs ipsiusmet vbi ly, qualislibet, distribuit incomplete. Et est contraria huius negatiuę aliqualis homo non disputat: vbi ly, aliquale, particularizat incomp. etè. Et hæc, aliqualis homo disputat, vbi signũ particularizat complete est sub contraria eiusdem negatiuæ & per hanc partem poteris cętera inuestigare.

Argu,7, Quasi quilibet.

Tertium signum in conpletum est quasi quilibet. Arguitur ergo istę propositiones quasi quilibet homo disputat, quasi quilibet homo non disputat, sunt subcontrarię: & tñ sunt simul falsæ, casu quo medietas hominũ disputaret: & medietas non disputaret, ergo lex subcontrariarum nulla. Maior videtur nota: quia cùm ly quilibet, sit signum vniuersale, ly, quasi quilibet videtur particulare: & sic manet eadem particularitas in vtraq;. Ad hoc argumentum negatur illas esse subcontrarias: imò sunt contrariæ: quia sunt falsæ in casu argumenti, & nullo modo possunt esse veræ. Vbi notãdum ꝙ ly, quasi quilibet, nõ distribuit pro omnibus suppositis nec pro certo numero illorũ, sed distribuit quasi ꝓ omnibus vltra medietatem vt nomen sonat secundum iudicium sapiẽtum. Itaque si sint duodecim sufficiunt decem singulares, & si sunt triginta sufficiunt viginti quinq;. Sed sunt tercentum nõ sufficiũt biscentum. Et ideò descendẽdum est sub illo signo purè, copulatiuè proponendo ly, quasi ante omnes singulares: Vt quasi iste homo disputat, & iste homo disputat. &c. vbi ly quasi, denotat quòd requiritur veritas ferè omnium singularium. Sed magis nota est eniuersalis ꝙ̃ illa copulatiua ex singularibꝰ. Vnde licet ly, quasi quilibet: non sit tam vniuersale signum sicut l y, quilibet est tamen sufficiens ad cõstituendum contrarias si maneat in vtraq;.

Argu.8.

Sextò probabiliter arguitur. Istę propositiones, vterq; homo disputat, alter homo non disputat, sunt cõtradictorię: & tamen non repugnãt in veritate, ergo lex nulla. Maior videtur vera ex forma terminorũ, & probatur minor. Si duo tantum homines disputarent, alijs nõ disputantibus, affirmatiua esset vera vt notum est, quia aliquorum duorum hominum quilibet homo disputaret. Et eadem ratione negatiua videtur tunc vera, quia aliquorum duorum hominum aliquis homo non disputaret. Quartum signũ incompletum est ly vterq; cum suis circunstantibus, alter, neuter. Vbi notandum primò aliquos antiquos nõ admittere qđ hęc signa possent congrue accipi, nisi cum genitiuo plurali duorum expresso: vt, vterq; duorum disputat, vterq; oculorum videt, &c. Verum tamen vsus iam dialecticorũ oppositũ recipit, admittẽdo hanc, vterq; homo disputat, & similes: nihilominus dicunt talia signa restringere pro supposito duorum: ita vt si non esset nisi vnus homo, hæc esset falsa, vterq; homo viuit. Secundò notãdum qđ hęc signa dupliciter accipiuntur: sic complete & incomplete. Complete ly, vterq;, tantum valet sicut, quilibet duorũ. Et ly neuter, sicut, nullus duorum. Et ly alter sicut, aliquis duorũ. Itaq; nullo modo differunt ab his signis; quilibet, nullus, aliquis, nisi qđ restringunt pro supposito duorum. Virtute cuius non valet illa consequentia, quilibet homo disputat, ergo vterq; homo disputat quia arguitur à nõ restricto an restrictum affirmatiuè, & casu quo ex hominibus solus Petrus esset in mundo & disputaret, antecedens esset verum & consequens falsum.

*Tertiò notandũ quòd ly, vterq; in com*plete sumptum, potest manifestari sicut cætera signa incompleta, & per categoricam exponetem, & per inductionem. v.g. ly vterq;, exponitur per hanc categoricam, aliquorum duorum quilibet: & ly, alter, opposito modo omnium duorũ aliquis, & ly, neuter aliquorum duorum nullus: nã idem est, neuter homo disputat, & vterq; homo nõ disputat. At verò iam summulistę fecerunt exponentes obscuriores ipsa vniuersali. Fingunt enim nescio quos monstruosos casus, scilicet qđ Petrus & Paulus disputẽt, & ex materia vnius & forma alterius fiat Cicero nõ disputans, & ex alia forma vnius & materia alterius fiat Ioannes itidem nõ disputãs: & supposito qđ totum sit suæ partes: tunc illa est vera, vterq; homo disputat, & exponens est falsa, quia non quilibet illorum duorum disputat. Quare dicunt exponentem debere esse hanc, aliquorum duorũ hominum vnus disputat & alius disputat, vt verificetur pro Not.6.

duobus

duodus solum suppositis. Nec ad huc hęc sufficiunt, nam si Petrus & Paulus sint in illo casu nigri, & alii duo albi, hęc est vera, vtrũque non album disputat, & hæc est falsa, aliquorum duorum non alborum vnum non album &c. nam duo non alba, non supponit pro Petro & Paulo licet quilibet sit nõ albus quia ambo simul sunt albi. His tamen figmẽtis abiectis, dicendum ꝙ illa expositio est sufficiens, si accipiatur ad bonum sensum. Vel fortè melius est dicere ꝙ non indiget expositione: nam clarus est sensus huius, vterq; homo disputat, scilicet, ex duobus hominibus vterq; disputat.

Quartò notandũ: est quod propositiones istorum signorum possunt secũdò resolui p inductionem. Vnde sub termino distributo incompletè à ly, vterque ascendẽdũ & descendendum est disiunctiuè sub copulatione id est, per vnam disiunctiuam compositã ex pluribꝰ copulatiuis vbi singulæ copulatiuę habeãt tãtũ duas partes. v.g. vterq; homo disputat, ergo iste homo disputat & iste homo disputat: vel iste homo disputat, & iste homo disputat: vel iste homo &c. Et dicitur descẽsꝰ disiunctiuꝰ sub copulatione: qa ly, vel est copula principalis, & sufficit ad eiꝰ veritatem quòd vna pars, id est vna copulatiua sit vera: & eodem modo descendendum est sub ista, neuter homo disputat, præter quam qđ in negatiuis necesse est in descensu addere in singularibus restrictionem duorum, aliâs casu quo solus esset vnus homo, vniuersalis esset vera, neuter homo viuit: & consequens esset falsum, iste homo non viuit. Sed si in consequenti diceres, iste homo duorum non viuit, esset consequens verum: quia subiectum non supponeret. Et in affirmatiuis de extrinseco tempore dicunt nonnulli itidem esse necessarium vt addatur eadem restrictio in singularibus: quia aliâs non sequitur, Petrus fuit & Paulus fuit, ergo vterque homo fuit nam si Petrus & paulus duntaxat fuissent, in diuersis tamen temporibus, antecedens dicunt esset verum & consequens falsum: quia nullus, illorum fuit homo duorum. Credo tamen esse bonam consequentiam sine restrictione & consequens esse verum in illo casu: quia subiectum huius, vterq; homo fuit, non restringitur pro supposito duorum: ad hunc sensum, vt requiratur simul ambo supposita fuisse. Et sub termino particularizato incompletè à ly, alter, opposito modo ascendendũ est copulatiuè sub disiunctione, id est per vnã copulatiuam compositam ex pluribus disiũctiuis, vbi quælibet disiunctiua habeat tãtũ duas partes. Verbi gratia Petrus disputat vel Paulus disputat, & Cicero disputat, vel Ioannes disputat, & Plato. &c. ergo alter homo disputat: & pariter est descendendum. Et ad veritatem illius copulatiuæ requirirur ꝙ quælibet pars, id est quælibet disiũctiua sit vera. Not.12.

Nõt.11. *Ex his quæ dicta sunt subsequitur* ad veritatem propositionis de ly, vterq;, incõpletè, sufficere, duas singulares esse veras. Et idem etiam requiritur nisi fuerit negatiua quæ verificatur per hoc quòd subiectum nõ supponat: & ad veritatem propositionis de ly alter, incompletè, sufficit & requiritur ꝙ omnes singulares sint verę, aut omnes dempta vna. Sequitur secundò quòd termino habente tria tantùm supposita, idem est, ipsum distribui à ly, vterq;, vel à ly, alter ęquiualent enim tũc, vterq; homo disputat, alter homo disputat, Tertiò sequitur ꝙ omnis propositio affirmatiua de totali extremo distributo à ly, vterq;, vltimo probabili, est impossibilis in creaturis: Et omnis propositio negatiua de ly alter, ꝓportionabiliter, se hñs est necessaria v.g. hæs est impossibilis formaliter, hõ vtrunq; animal est: & hęc necessaria, hõ alterũ animal non est. In diuinis tamen hæc est vera, essentia diuina vtraq; persona est Quòd si arguas, hanc esse veram, Petrus vterq; numerus est: si totum sit suę partes: quia Petrus est binarius suarum medietatũ, & ternarius suarum tertiarum. Respondetur in primis ꝙ petrus nec est binarius nec ternarius, quia numerus non supponit nisi pro pluribus vnitatibus, quæ non faciunt vnum. Et secundo illo dato, tunc prædicatum nõ verificatur pro distinctis suppositis: nã tunc binarius & ternarius sunt in re idem suppositum.

Per hæc facile quis potest omnem speciem oppositiõis inter huiusmodi propositiones constituere, eadẽ arte qua in superioribus signis incompletis. Nam ly, vterq;, includit vniuersalitatẽ & particularitatem similiter ly, alter. Vñ ista vniuersalis, vterq; homo disputat, signo completè distribuẽte, est subalternans ipsiusmet, vbi signum incompletè distribuit: & per cõsequens est contraria illius, neuter homo disputat, quomodocunq; signũ distribuat: & pariter est cõtraria illius alter homo non disputat, vbi ly alter, particularizet Not.13.

larizet incompletè. Et hæc particularis, alter homo disputat, vbi signũ particularizat completè, est subcontraria illius, alter homo non disputat: quomodocunq; particularicet & pariter subcontraria illius, neuter homo disputat, si ly neuter, distribuat incōpletè: sed est contradictoria illius. si distribuat completè: Ex his sequitur primò solutio argumenti principalis. Nam si in illis propositionib⁹, vterq; homo disputat, alter homo non disputat, ambo signa accipiãtur completè: aut ambo incompletè, sunt contradictoriæ. Si verò subiectum affirmatiuæ distribuatur completè, & subiectum negatiuę particularicetur incompletè, sunt contrariæ: quia manet eadem vniuersalitas, quòd si subiectum affirmatiuę distribuatur incōpletè, & subiectũ negatiuæ particularizetur completè, sunt subcontrariæ: quia manet eadem particularitas. Sequitur secundò qđ propositiones vbi manet in vtraq; ly, vterque: aut in vtraq; ly, alter incōpletè, nullam legem participant: quia manet eadem vniuersalitas & eadem particularitas. Vt istæ nullam legem participant, vterq; homo disputat, vterq; homo non disputat, aut (qđ idē est) neuter hō disputat. Et casu quo duo disputarent & duo nō disputarēt, ambæ essent verę. Et casu quo solũ essēt duo hoīes & vn⁹ disputaret & alter nō, ambæ essent falsæ. Nec iste participãt aliquã legem, alter homo disputat, alter homo non disputat. Et in hoc vltimo casu ambæ sunt veræ: & in priori ambæ sunt falsæ.

Not. 14. *Atqui quemadmodum adnotauimus* do ly, omne, ita obseruandum est in proposito. Videlicet ꝙ in exponente huius, alter homo non disputet, debet ly, homo supponere determinatè in ordine ad prędicatũ, scilicet, omnium duorum hominum aliquis homo non disputat. Quare ista consequētia non valet, alterum animal alter homo est: ergo alter homo alterum animal est. Et si sint ex animalibus solùm duo homines cum vno bruto, antecedens est verum & consequens falsum. Et in eodem casu antecedēs est verũ & consequens falsum in hac consequentia, ab vtroq; homine vtrunq; animal differt: ergo vtrunq; animal ab vtroq; hominę differt. Nec sequitur, vterq; polus alter polus est: ergo alter polus vterq; polus est: nam arguitur in omnibus his consequentiis à confusa ad determinatam. Est enim notanda regula qđ signum positum à parte subiecti confundit particularitatem inclusam à parte prædicati, in ordine ad se. Et per has regulas quæ positę sunt, facile cui libuerit non nihil ingenium exercere, poterit argumenta multiplicari.

Lectio tertia.

Septimò particulariter arguitur hæ duæ ꝓpositiones, omnes apostoli dei sũt duodecim, aliqui apostoli dei non sunt duodecim (signo collectiuè tento) sunt contradictoriæ, vt apparet ex forma terminorum, & tamē sunt veræ: ergo lex nulla. Probatur minor. Existentibus nunc omnibus apostolis affirmatiua esset vera, & in eodem casu probatur negatiua. Petrus & Ioanes non sunt duodecim, & sunt apostoli: ergo aliqui apostoli non sunt duodecim. Secunda difficultas post signa incompleta est de signis specialibus confusionis. Dicuntur signa specialia confusionis. ad differentiam signorum vniuersalium: nam signa vniuersalia distribuendo terminum proximum confundunt distātem, hæc verò non distribuunt sed solùm cōfundunt. Vel fortè dicenda sunt signa specialis confusionis: quia sub terminis confusis ab illis nunquam licet descēdere disiũctiuè, nec mediatè nec immediatè: cùm tamen sub termido confuso à signo vniuirsali licet descendere disiunctiuè, postq̃ resoluta est distributio. Et sunt in duplici differentia. Nã ly, omnes facit terminum supponere confusè tantũ copulatim. Sed ly, requiritur, & alia quæ tractabimus argumento sequenti faciunt supponere confuse tantùm disiunctim. Not. 1.

Igitur notandum est primo qđ ly omnes accipitur dupliciter. Vno modo distributiuè: de quo hactenus dictũ est: & alio modo collectiuè: quod est facere, terminum cui additur. teneri pro tota collectione suppositorum, vt illic, omnes apostoli dei sunt duodecim. Quare maior apparentia est, ꝙ ly omnes distributiuè, & collectiuè accipiatur, æquiuocè, q̃ cùm distribuit pro singulis generũ & pro generibus singulorum. Nam distribuere pro generibus singulorum, est verè distribuere. Et non solùm in plurali, sed in singulari numero, post aliquando teneri collectiuè, vt si dicas, omnis populus Salmantinus est in concione: Verum est quod, significātiùs accipitur collectiuè ly, cunctus aut ly, vniuersus, quã ly, omnis, Secundò notandum, ꝙ propositio de ly, omnes, collectiuè, potest sicut aliæ manifestari per categoriam exponentem vel per inductionem. Vnde propositio Not. 2. Omnes collectiuè, & distributiuæ.

de propositio argumẽti facit hunc sensum, tota collectio: aut totus numerus Apostolorũ est duodecim. Quanq̃ fateor tam lucidam esse vniuersalem, q̃ exponentem: saltem si dicas, omnes simul Apostoli sunt duodecim. Secundò resoluitur per ascẽsum, aut descensum copulatũ: vt omnes isti Apostoli & isti Apostoli &c. sunt duodecim, vt ly omnes, feratur in totum copulatum. Sed, vt diximus in secundo libro, iste non est propriè ascensus, licet sit consequentia formalis: quia manet signum ipsum collectiuum in singularibus, sicut in vniuersali: imò obscurior est propositio per quam ascenditur: sed solùm valet huiusmodi ascẽsus contra proteruum, ad manifestandum supposita illius termini. Sunt qui ascendant disiunctiuè, sub toto cõplexo includente signum collectiuum, scilicet, isti omnes Apostoli sunt duodecim. vel isti omnes Apostoli sunt duodecim &c. Sed ascensus iste nihil ad rem: nam quærimus ascẽsum qui ratione illius signi debetur termino supra quem fertur.

No. 3. *Vnde ad argumentum negatur*, illas propositiones esse contradictorias. Ratio est quia ly omnes: collectiuè nec est vniuersalitas nec particularitas. Imò potiùs terminus supra quem fertur reputatur terminus singularis. Quare subiectũ quod in negatiua est particulare non plenè distribuitur in affirmatiua. Ex quo sequitur primò quòd contradictoria illius affirmatiuę non potest constitui nisi per idem signum collectiuũ, scilicet: omnes Apostoli Dei non sunt duodecim. Vt vtrobique subiectum gerat vicem termini singularis. Sequitur secundo quòd ratione subiecti nõ potest illa propositio, oẽs Apostoli Dei sunt duodecim, habere cõtrariam, nec subcontrariam: verbi gratia illa propositio potest habere subcontrariã ratione p̃dicati, vt omnes Apostoli Dei aliqua duodecim non sunt, & sunt ambæ veræ. Et hæc, oẽs Apostoli Dei omnia duodecim sunt, potest habere contrariam ratione p̃dicati distributi, puta, oẽs Apostoli Dei nõ sunt duodecim, & sunt ambæ falsæ. Sed si prædicatum in vna distribuatur & nõ in alia tunc illa affirmatiua ratione subiecti nõ potest habere contrariam nec subcontrariam. Nam in cõtraria, vel subiectũ accipitur cum signo collectiuo, & hoc non, quia erunt cõtradictoriæ: vel cum signo distributo, scilicet nulli Apostoli Dei sunt duodecim, & hoc nõ, quia sunt ambæ veræ in simili: oẽs duo Apostoli Dei sunt duodecim, nulli duo Apostoli Dei sunt duodecim. Eâdem ratione non potest illa affirmatiua habere subcõtrariam: quia maximè illam negatiuam argumenti principalis. Sed illæ sunt simul falsæ, in simili omnes duo Apostoli sunt duo, aliqua duo Apostoli non sunt duo.

*Sed contra hęc que dicta sunt ar*guitur. Istæ propositiones sunt cõtrarię, oẽs duo Apostoli sunt duodecim. oẽs duo Apostoli nõ sunt duodecĩ, vtrobiq; signo collectiuo: ergo male dictũ est ꝙ sunt cõtradictoriæ. Probat̃ antecedẽs. Illæ nõ possunt simul esse veræ & ꝙ sint simul falsę probat̃. Negatiua enim est falsa. s. tota collectio duorũ Apostolorũ non est duodecim. Et ꝙ affirmatiua sit falsa probatur. Sequit̃ bene, omnes duo Apostoli sunt duodecim: ergo duo Apostoli sunt duodecim, ab vniuersali ad suam præiacentem cõsequẽs est falsum: ergo & antecedens. Respondetur ꝙ sunt contradictorię & affirmatiua est vera. Nã sensus est ꝙ tota collectio suppositorũ illius termini duo Apostoli est duodecim. Et patet etiã per ascẽsum omnes isti duo: & isti duo &c. sunt duodecim. Sed negat̃ consequentia ab illa de signo collectiuo ad suam præiacẽtem, nõ enim est eadem ratio signi collectiui & destributiui. Et eôdem defectu nõ sequitur, omnes Apostoli pauciores duodecim sunt duodecim: ergo Apostoli pauciores duodecim sunt duodecim. Nec sequitur. oẽs partes minores toto sunt totũ: ergo partes minores toto sunt totũ, admisso ꝙ totum non distingatur à suis partibus. Antecedens eñ est verũ, quia tota collectio suppositorum illius termini, partes minores toto adęquat totum, sed tamen partes minores toto non sunt totum. Nec sequitur omnia compossibilia sunt quatuor. ergo compossibilia sunt quatuor. Casu eñ, quo sint tantùm istæ quatuor propositiones, Petrus disputat, Paulus disputat. Petrus non disputat, Paulus nõ disputat, cõsequẽs est manifestè falsum, & antecedens est verũ quia tota collectio suppositorum illius termini, compossibilia. est quatuor.

Argu. 1.

Dubium est in ista materia de ista propositione omnes oculi hoĩs sunt quatuor. Casu quo sint tantũ duo homines quorũ qlibet habeat duos oculos. Et videt̃ ꝙ sit falsa: Nam primò præiacẽs est falsa oculi hominis sunt q̃tuor: quia illi quatuor nõ sunt hominis, sed hominũ. Itẽ quia singulares vident̃ falsæ: puta omnes isti oculi & isti ocu- No. 4.

li hominis (vt determinatio feratur in totũ) sunt quatuor. Respõdetur nihilominus illã esse veram, quãq̃ præiacens sit falsa. vt dictũ est in superioribus. Quòd præiacẽs sit falsa nõ est dubium: nam dictum est libro. 1. cap. vltimo, ꝙ si determinatio ferat in terminũ pluralis numeri, debet pariter ferri vnica acceptione in copulatũ illic inclusum. s. iste oculus & iste oculus &c. quare oculi hoĩs nõ supponũt pro omnibus quatuor: sed solùm pro duob⁹ vnius, & pro aliis duob⁹ alterius. Et ideo ille termin⁹, oculi hoĩs, habet tantũ duo supposita. Et ꝙ propositio de signo collectiuo sit vera, scilicet, omnes oculi hominis sunt quatuor, patet per exponentem, scilicet, tata collectio suppositorum huius termini: oculi hominis sunt quatuor quia ambo binarij simul sunt quatuor. Quare ita est descendendum, omnes isti oculi hominis, & isti oculi hominis &c. sunt quatuor, vt determinatio resumatur cum quolibet supposito termini pluralis, & non feratur in totum

No. 5. *Aliud dubium est: si in vno tẽpore* omnes Apostoli Dei fuissent solũ sex, & in alio tempore fuissent alij sex, qui tũc fuissent omnes, vtrũ hæc sit vera, omnes Apostoli Dei fuerũt duodecim. Et videt ꝙ nõ: quia tota collectio Apostolorũ non fuit duodecim: patet per suam de inesse, tota collectio. Apostolorũ est duodecim: quæ nũq̃ fuit vera. Item patet ex modo loquendi: quia in tali casu cõcederemus ꝙ Christus nũq̃ habuit nisi sex Apostolos: quia in nullo instãti habuit nisi sex. De hoc latiùs dicem⁹ in modalib⁹. Sed pro nũc credo ꝙ in illo casu verum est dicere. oẽs Apostoli fuerunt duodecim. Et tota collectio Apostolotum fuit duodecim. Nec denotatur ꝙ omnia supposita fuerint in eòdem instãti, quãdo subiectum est terminus pluralis numeri vel collectiuus. Concedimus enim ꝙ omnes Patriarchæ genealogiæ Christi fuerunt quatuo decim, & omnes Reges fuerũt quatuordecim licet nõ in eodem instanti. Quare verbum in sua de inesse non debet vnire pro vno solo instãti, sed pro pluribus.

Octauò principaliter arguitur Hæ duæ propositiones, ad videndũ requirit oculus, nullus ocul⁹ requirit ad videndum, sunt cõtradictoriæ & tamen sunt ambæ veræ: ergo lex nulla. Maior patet per illam regulam non est verius contradicere q̃ negationem, propositioni præponere. Et minor probat. Affirmatiua in primis nota est: a uisio fieri non potest sine oculo: & negatiua infertur per inductionem: quia nec iste oculus requiritur ad videndum, nec iste oculus re quiritur, &c: ergo nullus ocul⁹ requiritur ad videndum. Idem argumentum potest fieri de istis, promitto tibi librum, nullũ librũ tibi promitto: biscantaui missam, nullam missam bis cantaui. Secundum genus signorum specialis confusionis est ly requiritur, indigeo, promitto, teneor, & alia id genus atq; adeo aduerbia numeralia. Itẽ ly &, diuisiuè sumptum, ly incipit &c. Et signa dicuntur specialis confusionis ratione iam dicta: quia non distribuunt, sed solum confundũt taliter quod nec mediatè nec immediatè licet ascẽdere disiũctiuè sub tali termino. Hęc tamẽ differunt à ly omnes, collectiuè, quia faciunt terminum supponere cõfuse tãtum disiũctim: terminum inq̃, aut illum qui reddit suppositũ verbo: aut qui regitur ab illo.

*Igitur in propositione de ly requi*rit, sunt tres termini notãdi. s. verbũ ipsum, & nominatiuus reddens illi suppositum, & gerundium. Et quãtum ad verbum notandum primò quòd licet fortè faciat perspicaciorem sensum, quàm vt indigeat expositione, nihilominus solet exponi per huiusmodi conditionalem, id est, si visio fit, oculo fit. Et requiritur ꝙ cõsequẽtia teneat per modum intrinsecum. Nam falsum est dicere, vt homo fiat equus, requiritur oculus licet conditionalis hęc, si homo sit equus, oculo fit: sit bona cõsequẽtia per modũ extrinsecum Hęc tamẽ est vera, vt chimera videat requiritur oculus: quanq̃ olim negauerimus illam. No. 6.

Opinabamur enim ad veritatem huiusmodi propositionum requiri veritatem antecedentis illius conditionalis: puta posibile esse chimæram videre, & id non posse fieri sine oculo. Sed iam nunc censeo iuxta significationem vocum, illud non esse necessarium. Sed omnes istæ sunt vęre: vt homo volet indiget alis, vt lapis videat requiritur oculus, & similes. Sed hæc est falsa, vt homo volet indiget auribus. Quantum ad terminum qui reddit suppositum verbo, vel regitur ab illo, notandum est secundò quòd si præponatur verbo: tunc supponit secundum exigentiam signorum: vt in hac, oculus requiritur ad videndum, supponit determinatè: & in hac, nullus oculus requiritur ad videndum supponit distributiuè. Sed tamen si post ponatur verbo, tunc supponit

ponit confusè tantùm: vt in his, ad videndū requirit oculus lapis ad ambulādum requirit pedes. Vnde sub illo termino nunquam valet ascensus negatiuus, nec descensus affirmatiuus, nisi solùm disiunctus, puta, ad videndum requiritur iste oculus vel iste oculus &c. Sed iste non est propriè descensus: quia totum disiunctum etiam supponit confusè, sed valet ad manifestandum supposita illius termini. Hanc suppositionem vocant antiqui, indeterminatam. Et re vera ita loquimur. Dicimus enim quòd ad equitādum indeterminatè requiritur equus, & non determinatè iste vel ille. Et Buridanus existimat esse appellationem. Putat enim ꝙ sicut in hac, cognosco hominem, ly cognosco, appellat proprium conceptū hominis: quia denotatur me cognoscere hominē sub cōceptu communi: ita in hac, ad videndum requiritur oculus, denotatur quòd requiritur oculus in communi, nec iste, nec ille: Et in re omnes sentiūt idem. Et placet etiā modus loquēdi Buridani. Sed quātum ad gerūdium notādum est tertiò quòd illud gerundium, verbi gratia, vidēdum, includit nomē verbale. s. visio. Tātundem enim est, ad vidēdum requiritur oculus, ac si dicas, ad visionem requiritur oculus. Omnes ergo cōueniūt, quod quādo gerūdium postponitur verbo, requiritur: tunc nomē verbale distribuitur virtualiter: ęquipollent enim istę, requiritur ad vidēdum oculus, & requiritur ad omnem visionem oculus. Sed tamē quādo gerūdium præcedit dicunt quòd supponit determinatè: ita vt istę ęquipolleant, ad vidēdum requiritur oculus: ad aliquam visionem requiritur oculus. Sed tamen contra hoc secundum arguitur primò. Sine ratione conceditur verbum requiritur, distribuere gerūdium sequēs. Ergo si gerūdium sequēs includit distributionem, non est ratione de ly requiritur, prçcedentis, sed hoc habet ex se: & percōsequēs quanǭ præcedat, virtualiter includit distributionem. Secundò arguitur, si in hac, ad videndum requiritur oculus, nomen inclusum in gerundio supponit determinatè: tunc istæ oēs propositiones essent cōcedēdæ, ad vidēdū requiritur iste oculus: qa ad hanc visionē ꝗ fit isto oculo, requiritur iste oculus: itē ad equitādum requiritur iste equus, & inde sequeretur ꝙ liceret ascēdere & descendere immediatè disiūctiuè sub termino confuso à ly requirit. Et (quod est inopinabile) istæ essent cōcedendæ, ad sentiēdum requiritur oculus, ad operandum requiritur calamus, ad bibendū requiritur potio amara, quia ad hāc sensationem, puta visionem, requiritur oculus, & ad hanc operationem, puta scriptionem, requiritur calamus, & ad hanc potationem potionis requiritur: &c. quæ omnia malè conceduntur. Igitur vt mea saltem fert opinio, idem est dictū, ad videndum requiritur oculus, & requiritur ad videndum oculus. Et certè idem prorsus cōcipiūt quotquot audiunt ambas propositiones. Nec est idem dicere, ad cognoscēdum requiritur oculus, & ad aliquam cognitionem requiritur oculus. Sed dicēdum est altero illorum modorū: primo vt dicunt antiqui, quod ista gerūdia faciūt suppositionē simplicem: nec licet sub illis quoquo modo descendere, vel, vt dicunt Moderni (& in re idem est prorsus) quod illud gerūdiū, accipitur in rigore syncategorematice & exponibiliter: itaque non licet illud resoluere per inductionem: sed immediate per expositionem, siue ponatur in principio siue post verbum. Verum est quòd in affirmatiuis virtualiter æquipollet distributioni, siue præponatur verbo, siue postponatur. Idem enim est dicere, ad sentiendum requiritur oculus (si immediate exponatur) & ad omnem sensationem requiritur oculus.

Per notabilia respondetur ad argumentum principale. Negatur enim illas esse contradictorias; imò sunt ambæ veræ. No.7. Defectus solet assignari: quia terminus confusus post signum specialis confusionis debet eōdem modo confundi in vtraque cōtradictoriarum. Sed ne multiplicentur tot conditiones dicimus quodammodò deficere vltimam conditionem: quia ly requiritur, includēs vniuersalitatem in affirmatiua in ordine ad ly oculus, stans confuse, quodammodò manet confuse in negatiua: quia non potest resolui antequàm resoluatur ly oculus, & ly requiritur, censetur includere vniuersalitatem: quia exponitur conditionaliter. Vel dicito cū Buridano, quòd variatur appellatio. Quare illi affirmatiuę, ad videndum requiritur oculus, nō potest assignari cōtradictoria, nisi per præpositionem negationis: vel saltem vbi ly oculus, semper postponatur verbo: vt nō requiritur oculus ad vidēdum, vel ad videndum non requiritur oculus. Credo enim facere sensum contradictorium, ad vidēdum requiritur oculus, ad vidēdum non requiritur oculus. Nam vtrobiq; gerūdium accipitur exponibiliter &

syncategorematicè. Quòd si contra arguas has esse simul falsas, ad sentiendum requiritur oculus: ad sentiendum non requiritur oculus: nam affirmatiuam iam supra negauimus, scilicet; si sensatio fit, oculo fit: & negatiua æquiualet huic, ad nullam sensationem requiritur oculus: quæ est manifestè falsa: & quòd æquiualet huic probatur, quia affirmatiua æquiualet huic, ad omnem sensationem requiritur oculus: ergo eâdem ratio in negatiua gerundium includit virtualiter distributionem. Respondetur negando illas esse falsas: imò negatiua est vera, vt verba manifestè sonãt. Quare illud gerundium in negatiua nõ includit vniuersalitatem sicut in affirmatiua, sed accipitur secundùm exigentiam cõtradictionis: sicut si diceres, non requiritur ad videndũ oculus. Sed pro aliis speciebus oppositionis vtendum est regulis supra positis, si affirmatiua infert cõtradictoriam negatiuæ, aut infertur ex illa &c. Ex quo sequitur primò, dictas propositiones argumenti esse subcõtrarias: quia ex cõtradictoria negatiuæ infert affirmatiua, scilicet, aliquis oculus requiritur ad videndum: ergo ad videndum requiritur oculus, & non sequitur è contrario. Quare ex falsitate vnius sequitur veritas alterius: tamen ex veritate non sequitur falsitas. Sequitur secundò has esse cõtrarias, oculus requiritur ad videndum, non requiritur ad videndũ oculus: quia ex affirmatiua sequitur contradictoria negatiuæ & non è contrario.

No.8. *Pari modo dicendũ est de istis, pro*mitto tibi librum, nullum librum tibi promitto: quæ non sunt contradictoriæ ex eodem defectu, variatur enim appellatio iuxta sententiam Buridani. Et quicquid sit de ly requiritur, certè hic vix potest assignari alius defectus nisi iste (quod idem est) quia ly librum, non manet in vtraque confusè post signum specialis confusionis: nam ly promitto, non videtur quomodo includat vniuersalitatem. Est argumentum quòd ly promitto, appellet: nam etiam in terminis singularibus non est idem dicere, promitto tibi hunc equum sanum, & hunc equum sanum tibi promitto. Nam in prima denotatur quod quãdo traditurus sum equum sit sanus, & in secunda solum denotatur, quòd nunc quando promitto est sanus: sed non teneor dare sanum. Sed est argumentum quòd ly promitto, non appellet: nam si appellaret: tunc hæc cõsequentia valeret, promitto tibi equũ: ergo equũ tibi promitto, imò quemlibet equum tibi promitto: quemadmodum sequitur, cognosco hominem: ergo quemlibet hominem cognosco: consequens est falsum: quia nullum particulariter teneor dare. Respondetur, quòd in rigore nec ista nec illa valet, ab appellato ad non appellatum: nam quando cognosco elephantes conceptu communi, tunc propriè loquendò nullum elephantem cognosco: sed solum sequitur si cognosco elephãtem, quemlibet elephantem cognosco cognitione cõfusa. Et eodem modo sequitur, promitto tibi librum: ergo quemlibet cõfusè promitto. Et eodem modo: ergo oculus in communi & in confuso requiritur ad vidẽdum: sed si non addas ly, in communi, aut ly in cõfuso, consequentia non valet: saltem in ly requiritur, & in ly promitto, quia in ly cognosco, aliquando intelligitur ex bonitate intelligentis. Et dato, quòd quemlibet equũ in confuso promiserim, non sequitur, quòd teneor dare aliquem determinatè. Ex quo sequitur, quòd contradictoria huius, promitto tibi equum. Istæ tamen, promitto tibi equum, nullum equum tibi promitto, sunt subcontrariæ: quia ex contradictoria negatiuæ sequitur affirmatiua, & non è conuerso. Et istæ sunt contrariæ, equum tibi promitto, non promitto tibi equum: quia ex affirmatiua sequitur contradictoria negatiuæ & non è conuerso. No.9.

Adnotandum est hic tandem ly promitto, ly requirit &c. ampliare ad quinque, nam possumus promittere impossibilia: licet vanè. Quare hæc est vera, promitto tibi mõtes aureos: item, vt chimæra videat requiritur oculus chimæræ. Sed tamen ly teneor, (dicũt) non ampliat nisi ad possibilia: quia nullus tenetur ad impossibile. Et amplia ly promitto, sicut ly significo. Cùm enim dico promitto tibi equum, non est sensus, quòd promitto tibi quicquid imaginatur equus, quia non promitto leonem, sed oẽm equum in confuso, qui imaginatur esse.

Per easdẽ ferè regulas loquẽdum est de istis, bis cãtaui missam, nullã missam bis cãtaui, nam pariter ly bis, ly ter, & similia aduerbia numeralia, confundunt terminos sequẽtes, vt nõ liceat sub illis ascẽdere & descẽdere disiũctiue, quoadusq; ipsa aduerbia resol No.10.

resoluantur. Resoluũtur autem per ly &, diuisiuè sumptũ, Vt ter cãtaui missam, resoluitur sic, semel cantaui missam, & iterùm cantaui & iterùm. Nec requiritur, vt aliqui putant, vniuersaliter interruptio temporis inter illas vices. Cõcedim⁹ enim, ꝙ Sol in hebdomada.7. circuit orbem, licet non intercipiatur tempus. Sed satis est, ꝙ numerantur vices. s. semel circuit, & iterùm circuit &c. Ex quo sequitur, ꝙ ista aduerbia manifestè includũt vniuersalitatem: puta ly &, diuisiuè sumptũ. Quare post resolutionẽ aduerbij ille terminus qui stabat confusè, manet purè determinatè: & in singulis partibus copulatiuè licet illum resoluere disiunctiuè. Vnde defectus in istis, bis cãtaui missam, nullã missam bis cãtaui, non est defectus appellationis: sed quia vniuersalitas de ly bis, quæ in affirmatiua tenebatur in ordine ad cõfusam manet in negatiua confusè: nam illic manet virtualiter particularitas, vel, quę non est resolubilis anteꝗ̃ resoluatur ly missam. Sequitur secũdò, ꝙ istæ sunt subcõtrariæ, bis cantaui missam, nullã missam bis cãtaui: & istæ cõtrariæ, missam bis cãtaui, non cantaui bis missam: quia in primis ex cõtradictoria negatiuè sequitur affirmatiua, & non è cõuerso: & in secundis ex affirmatiua sequitur cõtradictoria negatiuæ & non è conuerso.

Lectio quarta.

Not. 5. NOnò *principaliter agutur.* Istæ duæ propositiones, quilibet equus hominis est animal: equus hominis nõ est animal, sunt cõtradictoriæ: vt notũ est, & tamẽ sunt ambæ veræ: ergo lex nulla. proba. minor casu, vt res modò habet, ꝙ aliqui hoĩes posſidẽt equos, alij verò nõ: nam tunc affirmatiua est vera, vt notum est: & negatiua sequitur expositoriè, equus Petri non est animal, Petrus est homo: ergo equus hominis nõ est animal. Post terminos incomplexos, sequitur de complexis constantibus ex determinatione & determinabili: nã de copulatis aliisq; complexis suis cuiusq; locis disputabimus. Notandum est ergo primò ꝙ complexum ex determinabili, & determinatione diuersorum casuum dupliciter accipitur. s. vnica acceptione & pluribus. Accipi vnica, est accipi tãquàm vnicum terminum simplicem, cui toti vnica resolutio debetur, vt equus hominis. Accipi pluribus, est accipi tanꝗ̃ plures terminos, quibus plures resolutiones sigillatim debẽtur: vt hoĩs equus.

Cõplexũ duplex.

Tunc complexum accipitur vnica, quando determinabile præcedit determinationẽ: & tunc accipitur pluribus, quãdo determinatio præcedit determinabile, nisi forsan adiectiuum determinabilis ponatur in fronte propositionis: nam tunc perinde est ac si determinabile pręcederet. Idem enim pollet, quilibet hominis equus est animal, & quilibet equus hominis est animal: sicut è cõuerso si adiectiuũ determinationis ponatur in frõte propositionis accipitur pluribus quãuis determinabile antecedat determinationem. Idem enim est dicere, cuiuslibet equus hominis est animal, cuiuslibet hominis equus est animal.

Not. 6. *Secundò notãdum est circa restrictionem* determinationis & determinabilis, ꝙ determinatio alterius casus à determinabili in vniuersum restringit suũ determinabile, siue accipiatur vnica siue pluribus. Determinabile verò nũꝗ̃ restringit determinationem. Exẽpli gratia. Siue dicas, equus hominis, siue hominis equus: ly equus solùm supponit pro equo posſesso ab homine: sed ly hominis, pro quocunq; homine supponit etiam nullum posſidẽte equum. Hæc regula primò probatur ex quid nominis. Nã determinatio, quod est nomẽ pctionis: hoc sonat, ꝙ restringat determinabile. Et determinabile illud sonat, ꝙ restringatur. Et quidẽ ꝙ determinatio vbiq; restringat suũ determinabile, omnes habẽt pro comperto. Item ꝙ determinabile non restringat suam determinationem quãdo accipitur pluribus, nullus potest negare: nam aliàs in casu argumẽti, puta, ꝙ multi homines careant equis, hęc esset vera: cuiuslibet hominis equus est animal: nam sensus esset, cuiuslibet hominis habentis equum equus est animal, quæ tamen propositio manifestè est falsa. Sed, ꝙ determinabile restringat determinationem, quãdo accipitur vnica est dubium nihilominus probatur ꝙ non: nam aliàs hæc propositio esset vera, brunellus cuiuslibet hominis est animal, casu quo ab vno solo posſideret. Petrus est differẽs ab hoĩe: nã ly hoĩe, acciperetur solũ pro illo à quo Petrus differt. Petrus est videns omnę astrum (casu quo solus Sol esset visus à Petro) nam ly astrum, solùm acciperetur pro astro viso à Petro, & Petrus est sciens omnem sciẽtiam, casu quo solum sciat Logicam; & multæ aliæ quæ sunt manifestè falsæ. Adde circa huiusmodi restrictiones, quòd quando determinabile est termi-

Restrictio partium cõplexi.

 nus

nus connotatiuus, determinatio restringit cum illa connotatione: verbi gratia, siue dicas, equus albus Petri fuit animal, siue, Petri equus alb⁹ fuit animal, denotatur quòd fuit possessus à Petro quãdo erat alb⁹. Quare si equus fuisset albus in vno tempore, & alio quãdo erat niger fuisset possessus à Petro, illæ propositiones essent falsæ. At verò quãdo determinatio est terminus cõnotatiuus, tunc si accipiatur vnica restringit secundùm exigentiam illius connotationis: sed si accipiatur pluribus, nõ. verbi gratia in hac; equus Regis fuit pulcher, denotat, ꝙ equus fuit possessus à Rege quãdo erat Rex: sed in hac, Regis equus fuit pulcher, nõ denotatur illud. Et ratio differentiæ est: quia quando accipitur non vnica, valet syllogismus sub determinatione, puta, huius hominis equus fuit pulcher, & hic homo est, vel fuit Rex: ergo Regis equus fuit pulcher: & tamen nõ valet quando accipitur vnica. Vnde si ille homo ante quàm esset Rex, possidet equũ, & non quando erat Rex, prima esset falsa. & secunda vera.

Not. 3. Suppositio partiũ cõplexi.

*Tertiò notandum est circa supposi*tiones partium huiusmodi complexorũ, ꝙ si accipiatur pluribus acceptionibus, tunc nulla est difficultas: sed supponũt partes secũdùm exigentiam signorum cuiusq;, vt cuiuslibet hominis equus est animal, ly hominis, supponit distributiuè, & ly equus, confusè. Sed id solùm est obseruandum: quòd in vniuersum determinatio accepta non vnica habet resolui priùs q̃ determinabile. Ratio est: qà cũ determinatio restringat determinabile, nõ possumus ad singularia determinabilis descendere, nisi priùs simus certi pro quibus restringitur. Vnde quãtuncunque determinabile supponas determinatè, illius determinata æquiualet confuse in ordine ad suam determinationẽ. Vt, quanquam admittas fictionem de ly. b. cuiuslibet hominis. b. equus est animal, æquiualet huic, cuiuslibet hominis equus est animal. Et eàdẽ ratione, confusa determinationis respectu determinabilis æquiualet determinatè, vt. a. hominis quilibet equus est animal, æquiualet huic, hominis quilibet equus est animal. At verò, quando totum accipitur vnica, est maior difficultas. Et primò notandum est quòd, totum cõplexum habet vnicam suppositionem secundùm exigentiam signi determinantis totum. Itaq; totum supponit illa suppositione qua supponit determinabile, quomodocunq; supponat determinatio: vt in hac, quilibet equus hominis est animal, totum supponit distributiuè: & in hac; aliquis equ⁹ cuiuslibet hominis est animal, totum supponit determinatè. Et sub toto debet fieri vnicus descensus sic, iste equus cuiuslibet hominis est animal: Nec licet priùs resoluere determinationem.

Not. 4.

*Veruntamen post resolutionem to*tius licet resoluere determinationẽ. Et ideo dubium est de suppositione determinationis acceptæ vnicè. Ad quod aliqui respõdent, ꝙ debet supponere eôdem modo in vtraq; contradictoriarum. Alij ꝙ debet supponere diuersimodè. Sed omissis opinionibus: quę hic vanè multiplicãtur respõdetur per tres regulas. Prima. Ad cognoscendum suppositionem determinationis acceptę vnicè priùs est totum vnica resolutione resoluẽdum in suas singulares. Secũda. Determinatio accepta vnice supponit in negatiua secundùm exigentiam contradictionis ad affirmatiuã.

Tres regulæ.

Tertia. suppositio determinationis acceptæ vnice in affirmatiua debet cognosci per suppositionem eiusdem, si acciperetur non vnica: verbi gratia, Istę propositiones sunt contradictoriæ, quilibet equus hominis currit, aliquis equus hominis non currit. Et ideo ad cognoscendum quomodo supponũt illę determinationes: resoluendæ sunt illæ propositiones in suas singulares, scilicet, brunellus hominis currit, brunellus hominis non currit. Et in negatiua, licet determinatio formaliter stet determinate, tamen virtualiter distribuitur: qa in affirmatiua stat determinate. Et cognoscitur: quia æquiualet huic, hominis brunellus currit, vbi ly hominis, stat determinate. Sed contra hoc est argumentum. Videtur enim petitio principij, quòd istæ contradicant, quilibet equus hominis currit, aliquis equus hominis non currit. Nam posset quis dicere, quòd postquàm determinatio non distribuitur formaliter in affirmatiua, debet distribui in negatiua: vt dicamus, aliquis equus cuiuslibet hominis non currit. Respondetur, quòd non petimus principium, imò est manifesta ratio: nam cùm complexum acceptum vnica habeatur pro simplici termino, debet solùm variari quantitas totius, determinatione manente sub eâdem forma. Et confirmatur hæc ratio, nam sensus istarum propositionum, quilibet equus hominis currit, aliquis equus hominis

hominis non currit, sunt contradictorij, scilicet quilibet equ⁹ possessus ab homine currit, aliquis equus possessus ab homine non currit: ergo ipsæ sunt contradictoriæ. Et cõfirma secundò. Quia si in negatiua diceres, aliquis equus, cuiuslibet hominis nõ currit, determinabile illic magis restringeretur q̃ in affirmatiua: staret enim pro equo possesso à quolibet hoïe. Et ideo si singuli homines singulos posside rẽt equos currentes, & nullus equus à quolibet homine possideretur, ambę essent veræ. Cum ergo illæ sint contradictoriæ sequitur ꝙ istæ singulares ipsarum sint cõtradictoriæ. s. brunellus hominis currit, brunellus hominis non currit: & per consequens ly hominis, in negatiua virtualiter distribuitur. Quod adhuc confirmatur per exponẽtes illarum: nam sensus affirmatiuæ est, brunell⁹ currit: & ille ab aliquo homine possidetur: & sensus negatiuę, brunellus nõ currit: vel ille à nullo homine possidet. Eadem arte istæ contradicunt, equus cuiuslibet hominis currit, quilibet equus cuiuslibet hominis non currit. Et singulares illarum sunt istæ, hic equus cuiuslibet hominis currit, hic equus cuiuslibet hominis nõ currit: vbi determinabile eodem modo restringitur pro equo possesso à quolibet homine: sed quantum ad sensum illarum, virtualiter nõ distribuitur determinatio in negatiua. Primò quia distribuitur simpliciter in affirmatiua: nã ęquiualet huic, cuiuslibet hominis iste equus currit. Secundò, hoc patet per exponentes: nam sensus affirmatiuæ est, iste equus currit, & ille possidetur à quolibet homine: & sensus negatiuæ est, iste equus non currit, vel ille non à quolibet homine possidetur.

No.5. *Ex hisque dicta sunt, sequitur pri*mò solutio noni argumẽti principalis. Conceditur enim illas esse contradictorias, & in illo casu quo aliqui homines habeãt equos, aliqui verò nõ, negatiua est falsa: & negatur illa consequẽtia, equus Petri nõ est animal, & Petrus est homo: ergo equus hominis nõ est animal: arguitur enim ex parte de ly homo, virtualiter à non distributo ad distributum: quanq̃ posset assignari alius defectus à magis ad minus restrictum negatiuæ respectu determinabilis quod in antecedente stat pro equo Petri & in consequente pro equo hominis. Nec est idem defectus si accipiatur conplexum non vnica: nam tunc licet syllogizare sub determinatione. Petri equus nõ est animal, & Petr⁹ est homo, ergo hominis equus non est animal. Sequitur secundo ꝙ istæ non æquiualent, bunellus hominis nõ currit, brunellus cuiuslibet hominis nõ currit; licet ly hominis virtualiter distribuatur etiam in prima: quia determinabile non restringitur eodẽ modo: sed bene prima æquiualet huic, cuiuslibet hoĩs brunell⁹ nõ currit. Nec ista æquiualet huic, brunell⁹ cuiuslibet hoĩs nõ currit: nã si brunellus possideat ab vno hoïe & nõ ab oĩbus & currat, hæc vbi determinatio accipit vnica est vera: quia subiectum nõ supponit, & vbi accipitur nõ vnica est falsa. Et in eodem casu ista consequentia non valet, hominis brunellus non currit: ergo brunellus hominis non currit.

*At verò contra hanc determina*tionẽ replicatur. Istæ propositiones sunt cõtradictorie, quilibet equ⁹ hominis quilibet equus ipsiusmet est: aliquis equus hominis aliquis equus ipsiusmet nõ est, vbi relatiuũ refert ly hominis, in sua categorica: & tamen sunt simul veræ: ergo lex nulla. Maior est nota per regulas nunc positas. Et probatur minor: casu quo Ioannes possideat duos equos: quorũ solũ brunellũ possideat Petrus & solũ fauellum Paulus. Nam tunc affirmatiua est vera: vt patet per singulares, brunellus hominis quilibet equus ipsiusmet est: quia sub ly hominis, signatur vna singularis vera. s. brunellus Petri qlibet equus ipsiusmet est. Et si demõstraueris fauellum, dabitur vna vera sub ly hominis, demõstrando Paulum. Et probatur negatiua, etiam per suas singulares, scilicet, brunellus hominis aliquis equus ipsiusmet non est: nam brunellus Ioannis aliquis equus ipsiusmet nõ est: nam fauellus ipsiusmet non est, & Ioannes est homo, ergo. Ad hoc argumentum communiter respondent negando illas esse contradictorias. Nam cùm ly hominis, sit antecedens relatiui, est necessarium ascendere & descendere sub illo, vt tandem constet pro quo singulariter accipiatur relatiuũ: & ideo illa determinatio virtualiter accipitur non vnica: & per consequens postq̃ non distribuit formaliter in affirmatiua: debet distribui formaliter in negatiua. Sed re vera hoc est falsum. Nam casu quo quilibet homo haberet suum proprium equum & nullus possideret à quolibet homine, istæ sunt veræ, quilibet equus hominis quilibet equ⁹ ipsiusmet est aliquis equus cuiuslibet hominis aliquis equus ipsiusmet nõ est: nã subie-

No.6.

ctum negatiuę non supponit: & tamen sunt contradictoriæ secundum eos. Nos igitur respōdemus iuxta regulas positas, q̄ illæ propositiones sunt contradictoriæ, vbi determinatio formaliter manet eodem modo. Et in casu argumenti negatiua est falsa. Nec valet illa consequentia, brunellus Ioannis aliquis equus ipsiusmet nō est. Ioannes est homo ergo brunell' hominis aliquis equus ipsiusmet non est: arguit enim à nō distributo ad distributū ex parte de ly homo: Imò sub ly hominis, licet descendere copulatiuè & demōstrādo Petrū illa singularis est falsa. Per hæc, vt puto oīa argumenta in obliquis vbi determinatio accipit vnica, facilè diluentur.

No.7. *Circa complexum acceptum pluribus* acceptionibus nihil ferè adnotandum est, præter illa quæ suprà dicta sunt. Est em̄ regula illa iam nūc posita in vniuersum obseruanda, quòd determinabile nunq̄ est ante determinationem resoluendum, quomodocunq; vtrunq; supponat. Nam dependentia illa & ordo non prouenit ratione suppositionis: sed ratione restrictionis. Ex qua sequitur sucunda regula, q̄ ad assignandum quoduis genus oppositionis, non est habendus respectus, qualiter determinabile supponat in ordine ad determinationem, aut determinatio in ordine ad determinabile, sed qualiter vtrūq; supponat in ordine ad alios terminos, vtar literis .a. & .b. quia aliter exempla ponere non possumus. Contradictoria hui', cuiuslibet hoīs equus .b. equus est, nō debet dari per mixtam: sed erit hæc, .a. hominis quilibet equus non est equus. vbi .a. facit confusam in ordine ad prædicatum: & prædicato resoluto, illa cōfusa ęquiualet determinatæ in ordine ad suū determinabile. Eâdem ratione, contradictoria huius, .a. hominis equus nō est animal, non debet dari per mixtam in prædicato, sed per confusam, scilicet cuiuslibet hominis quilibet equ' est animal. Est enim alia regula, q̄ quando determinabile stat determinate in ordine ad aliquam distributionem, cōfusa determinationis æquiualet determinatæ in ordine ad eâdem distributionem. Et hæc sequitur ex prima, quia determinatio necessariò est resoluenda ante determinabile. Et ideo si aliqua distributiua dependet à determinabili, cùm determinabile dependeat à determinatione. fit de primo ad vltimū vt illa distributiua depēdeat à determinatione. Vnde prædicatū illius negatiuæ virtualiter distribuebatur in ordine ad duas determinatas: quare in cōtradictoria debet stare merè cōfusè: & in ambabus incipienda est resolutio à determinatione. At verò istius propositionis, hominis .a. equus non est animal, necessarium est vt contradictoria detur per mixtam in prædicato, scilicet, cuiuslibet hominis quilibet equus .c. animal est, vt resoluta determinatione maneat prædicatum determinatæ in ordine ad determinabile: sed de his satis, cōsultò enim missa facimus quæ in priori editione plurima multiplicauimus. Enimuerò cui libuerit ingenium plurib' argumentis exercere, regulæ iam positæ facere possunt satis. Et qui istis fuerit cōtentus, melius sibi consulet.

Decimò principaliter arguitur istæ duæ propositiones, omnis pater habens filium diligit illum: aliquis pater habens filium non diligit illum, sunt contradictoriæ, & tamen sunt simul veræ: ergo lex nulla. Maior est nota. Et probatur minor. Casu quo sit solus Ioānes habēs duos filios quorum Petrum diligit, Paulum verò non, affirmatiua est vera, vt notum est: nam Ioannes habens Petrum filium, diligit illum. Et probatur negatiua per singularem. Ioannes habens filium non diligit illum, nam sub ly filium, datur vna singularis vera: demōstrando Paulum. Respondetur concesso illas esse contradictorias. Et negatur falsitas negatiuę. Et negatur primum quòd sufficiat vna singularis vera sub ly filium: nam virtualiter distribuitur, vt dictum est in superiori argumento, scilicet, aliquis equus hominis aliquis equus ipsiusmet non est. Et præter illum defectum est alter hic vbi non est relatiuum reciprocum. Nam vt habetur in capite de ascensu & descensu quando fit inductio sub antecedente relatiui non reciproci, non fit simul sub relatiuo, sed debet relatiuum manere cōmuniter supponens: Et ideo sub determinatione huius, Ioannes habens filium nō diligit illum, debet sic fieri ascensus, Ioannes habēs Petrum nō diligit filium Ioannis, & Ioannes habens Paulum non diligit filium Ioannis, & vtraque est falsa: sed si loco de ly illum, diceres ipsummet, vt esset relatiuum reciprocum, tūc solus est primus defectus vt dictum est superius. Argum. 1.

Tandem circa hæc relatiua arguitur. Istæ sunt cōtrariæ, quemlibet filium suū quilibet pater diligit, quemlibet filium suū pater Argum. 2.

pater non diligit(relatiuo referente terminũ, pater, suæ categoricæ) tamen sunt simul veræ: ergo lex cõtrariarum nulla. Maior est nota. Et proba.mi. Casu quò sint duo patres habentes singulos filios: & vterq; diligat filium suũ, & odio habeat alienũ, affirmatiua est vera. Et probatur negatiua descendendo sub accusatiuo distributo in ordine ad ly pater, stans confusè.s. istum filium suũ aliquis pater nõ diligit: nam filium Petri Paulus nõ diligit. Argumentum hoc formauimus ad manifestandum hanc regulam. Nunquam licitũ est resoluere priùs relatiuũ reciprocũ, nec terminum includentem relatiuũ, anteq̃ resoluatur antecedens. Ratio est quia suppositio relatiui est sigillata: dependens ex antecedente. Et ideo concedimus, dictas propositiones esse cõtrarias. Et negamus negatiuam esse veram: nam descẽdendum est priùs sub ly pater, quod est subiectum.s. quemlibet filium suum hic pater nõ diligit: & posteà sub ly filium, non licet demonstrare nisi filium huius patris. Ex quo sequitur primò quòd confusa antecedentis æquiualet determinatę in ordine ad distributiuam relatiui: vt patet in illa negatiuà. Et eadẽ ratione determinata relatiui æquiualet confusę in ordine ad antecedẽs: vt in hac, aliquem filium suũ quilibet pater diligit, priùs descendeudũ est sub ly pater. Sequitur secundo ꝙ si incomplexo accepto pluribus acceptionibus determinabile sit antecedens & determinatio includat relatiuum illius, priùs descendendum est sub detetminabili quomodocunq; vtrunq; supponat, non obstantibus regulis superioribus: vt in hac, equum suum quilibet homo vidẽs est animal. Priùs ascendendũ & descendendũ est sub determinabili, quàm sub determitatione. Et illa suppositio determinata determinationis, æquiualet confusę. Et in sua contradictoria, putà, quemlibet equum suum aliquis homo vidẽs nõ est animal, confusa determinabilis æquiualet determinatę: nam illud est priùs resoluendum. Semper tamen est etiam hic verum, ꝙ determinatio restringit suum determinabile ad supponendum solùm pro homine habente equum. Sequitur tandem tertiò hanc consequentiã non valere, filium suum quilibet pater diligit: ergo filium hominis quilibet parer diligit, Et in casu argumenti antecedẽs est verũ & cõsequens falsum. Arguitur enim virtualiter ex parte de ly filium, à cõfusa ad determinatã. Nec sequitur, quemlibet equum suum quilibet homo videt, ergo equũ quilibet hõ mo videt. Arguitur enim à distributione sigillata ad determinatã: & casu quo quilibet homo videat equum suũ & nullus videatur ab oĩbus hoĩbus, antecedẽs est verũ & consequens falsum. Et hæc de oppositionibus.

Caput quartum.



EX oppositionibus dimanant æquipollentiæ per has tres regulas, Prima. Si alicui signo vniuersali vel particulari præponatur negatio, æquipollet suo contradictorio. Vt hæ æquipollent: non omnis homo disputat, quidam homo nõ disputat: omnis homo disputat, non quidam homo non disputat. Secunda. Si alicui signo vniuersali postponatur negatio æquipollet suo contrario. Vt hę ęquipollent omnis homo non disputat, nullus homo disputat: omnis homo disputat nullus hõ non disputat Tertia. Si alicui signo vniuersali vel particulari præponatur & post ponatur negatio æquipollet suo subalterno. Vt hæ æquipollent, nõ oĩs homo non disputat, quidã hõ disputat: omnis homo disputat, nõ quidã homo nõ disputat. Regulę istę his versibus cõtinentur, Prę: cõtradic. Post cõtra. Prę postq; subalter. Ex his regulis subsequitur: ꝙ si duo signa vniuersalia negatiua ponãtur in eadem loquutione: vt vnũ sit in subiecto & alterum in pręd icato: primũ ęquipollet suo cõtrario: per secundam regulam: & secundum suo cõtradictorio, per primã. Vt nihil est nihil, ęquipollet huic, quodlibet est aliquid. Nã per secundã regulam, nihil non, & quod

libet,æquipollent:sicut omnis nõ, & nullus:& per primam regulã,nonnihil,& aliquid,ęquipollent: sicut non nullus,& quidã.Vnde versus: Non omnis,quidã non,omnis non,quasi nullus. Nonnullus quidã:sed nullus nõ valet omnis.Non aliquis,nullus:non quidam nõ valet,omnis. Non alter, neuter:neuter non,pręstat vterq;.

Lectio vnica.

No.1. *IN hoc quarto capite docetur:quẽadmodùm* ex duabus oppositis propositionibus constituantur æquipollentes ex eisdẽ extremis:per præpositionem aut postpositionem negationis. Vnde æquipollentia generaliter dicta:accipitur pro quibuscunque propositionibus:quæ sub varia terminorũ forma,mutuò sese inferunt:vt exclusiua aut quæuis alia exponibilis æquipollẽt suis exponentibus. Et hæc,homo est albus,huic,album est hõ. Sed si congemines, homo est aĩal, homo est aĩal,potius sunt identicæ q̃ æquipollentes:quia sunt eadem propositio. At verò specialiùs accipitur hic æquipollentia, ꝓ duabus categoricis participãtibus vtroq; extremo secundùm eundẽ ordinem: quę se mutuò inferunt per additionem negationis: vt per exempla textus constat.

Equipollẽtia.

No.2. Regula. 1. *Sunt ergo tres regulæ. Quarum* prima est de æquipollentia quæ fit ex propositionibus cõtradictoriis per præpositionẽ negationis in altera illarum. Et est sensus regulæ. Datis duabus propositionibus contradictoriis vt sunt istæ, oĩs homo disputat, quidam homo nõ disputat,si vni illarũ præponatur negatio, æquiualet alteri. Id est,si præponatur vniuersali æquiualet particulari:vt,non oĩs homo disputat,quidam homo non disputat. Et si præponatur particulari, æquiualet vniuersali:vt,nõ quidã homo nõ disputat,oĩs homo disputat. Et regula fundatur in hoc,ꝙ negatio est malignãtis naturæ,quæ quicquid post se inuenit destruit,& eius oppositũ ponit. Quare sicut datis duabus identicis propositionibus si alteri proponatur negatio,efficiuntur cõtradictoriæ: ita datis duabus cõtradictoriis,si alteri præponatur,efficiuntur æquipollentes. Regula intelligitur quando negatio accipitur neganter, & fertur in totam propositionem. Nam si acceperis has propositiones,Petrum esse album est possibile, Petrum esse album non est possibile,quæ,vt videbimus in modalibus sunt contradictoriæ:& si præposueris affirmatiuæ negationem,scilicet: non Petrum esse album est possibile, tunc si negatio feratur in totam modalem, æquipollet contradictoriæ: sed si accipiatur infinitanter,vel solùm feratur in dictum:vt, sit sensus Petrum non esse album est possibile: non sunt æquipollentes.

Secunda regula est de æquipol- No.3. Regula.2.
lentia:quæ fit ex propositionibus cõtrariis per postpositionẽ negationis. Et est sensus illius. Datis duabus propositionibus contrariis,si postponatur negatio subiecto distributo,ita vt feratur in copulã & prędicatum vtrilibet addatur, æquiualet alteri: vt datis istis contrariis, oĩs homo est animal,nullus homo est animal,istæ æquipollẽt, oĩs homo non est animal,nullus homo est animal: oĩs homo est animal,nullus homo non est animal. Regula clara est. Sed nõ est tam vniuersalis q̃ prima. Nam prima tenet in quibuscunq̃;propositionibus: ista autẽ non tenet: nisi vbi totum subiectum distribuitur cõpletè,& propositiones sunt de modo loquendi consueto. Nam istæ sunt cõtrariæ cuiuslibet hoĩs equus currit, nullius hoĩs equus currit:similiter, vterq; homo disputat: nullus homo disputat: & tamẽ si postponas negationẽ toti subiecto, immediatè ante verbũ, nõ resultabũt æquipollentes:quia in vna restabit particularitas à parte subiecti,quæ nõ erit in alia. Similiter istæ sunt contrariæ, oĩs homo omne animal est,nullus homo est animal:& tamẽ si ponas negationem immediatè ante verbũ,non restabunt æquipollentes: quia prædicatum in vna distribuitur & non in alia. Quòd si admiseris illas fictiones literarũ.a.&.b.tunc possunt dari duæ cõtrariæ, in quibus nõ erit indifferens postponere negationem vni vel alteri:vt æquipolleãt. v.g. Illæ sunt contrariæ,oĩs homo est.b.animal, nullus homo est animal,& si postponas negationem subiecto affirmatiuę æquiualebit negatiuæ:& tamen si postponas subiecto negatiuę nõ æquiualebit affirmatiuæ:nã tunc prædicatum in vna supponet confusè: & in altera determinatè. Et eadem ratione dãtur duæ propositiones æquiualentes,quę cõtrariãtur vni tertiæ:& prima per postpositionẽ negationis æquipollet illi tertiæ secunda verò nõ. Vt istæ æquiualent,nullus hõ est animal

mal.non.a. homo est animal,& vtraq; cōtrariatur huic tertię,quilibet homo est animal: & si postponas negationē subiecto primæ. dicendo nullus homo non est animal,æquivalet huic quilibet homo est animal:si vero postponas subiecto secundę dicendo,nō.a. homo non est animal,non æquiualebit illi: quia in hac prædicatum supponit determinatè & in aliis duabus confusè.

Nota.4 Dubitatio. *Dubitas fortè quare Petrus Hispanus* non addit regulam de ęquipollentia subcontrariarū.Respondetur quia subcōtrariæ deberent ęquipollere per postpositionē negationis, sicut contrariæ:& si postponeretur in affirmatiua esset omninò eadem cum negatiua:& si postponeretur in negatiua esset inepta nugatio duarum negationum. Exempli gratia.Istæ sunt subcontrariæ,quidam homo est animal,quidam homo nō est animal.Si in prima postponas negationem, constitues formaliter secundam:& si postponas in negatiua,conficies hanc,quidam homo non non est animal:quæ est inepta.

Nota.5. Regula.3. *Tertia ergo regula est de æquipol*lentia subalternarū.Quę explicatur hoc modo. Datis duabus subalternis, subiecto vniuersalis præponatur & postponatur negatio,æquipollet particulari:& si præponatur & postponatur subiecto particularis æquipollet vniuersali. v. g. Istæ sunt subalternæ, quilibet homo disputat:quidā homo disputat.Et ideo hæc,non quilibet homo non disputat,æquipollet huic, quidā homo disputat:& hæc, non quidam homo nō disputat, æquipollet huic , quilibet homo disputat. Ratio huius regulæ est quia prima negatio cōstituit subiectum eiusdem quantitatis cū subiecto alterius:& copula & prædicatū manent eodem modo postquàm ambæ negationes sese impediūt. In gac regula nulla est specialis difficultas , præter illas: quæ determinatæ sunt.

Nota.6. *Ex tribus regulis Petrus Hispa*nus infert corollariū.ꝙ si duo signa vniuersalia negatiua ponātur in eadem locutione, primum æquipollet suo contrario, & secundū suo cōtradictorio:vt,nihil,est nihil æquipollet huic,quodlibet est aliquid.Addit verò,ita vt vnū sit in subiecto & reliquū in prędicato:illud tamē nō est restrictio regulę sed exempli:quia loquebatur in propositionibus de simplicibus extremis.Regula em̄ vniuersaliter est vera quomodocunq; multiplicentur negationes.Et ideo extendenda est sic regula,Quādo in aliqua propositione multiplicātur signa negatiua sub quouis numero tunc loco primi ponatur signū vniuersale affirmatiuū , & loco secundi particulare, & loco tertij vniuersale, & sic alternatim manēte qualitate secundū numerū negationū, vt videlicet si fuerit numerus par, maneat affirmatiua:& si impar negatiua . Et isto modo explicabitur eius sensus. Exēpli gratia.Hæc propositio, nullus homo in nullo instāti nō est aīal, resoluitur in hanc, Omnis homo in aliquo instanti omne aīal nō est.Et hæc nullus homo in nullo instanti nullūhominē nō videt, resoluitur in hāc, oīs homo in aliquo instāti quēlibet hominē videt.Intelligitur regula dummodo nō sunt aliæ nam in hac,nō oīs homo nō est aīal subiectū,non distribuitur:sed manet determinatè.Ex hac sequitur primò intelligentia illorum versiculorū , nō oīs,quidā nō.&c. Est enim sensus,ꝙ nō oīs; tantum valet sicut,quidam nō:& omnis,nō; tantùm sicut nullus, & pari ratione in cæteris.Sequitur secundò in his duabus propositionibus, omnis homo est animal , nullus homo non est animal, reperiri omnes æquipollentias secundū omnes quatuor regulas Si enim consideres illas dempta per intellectū prima negatione considerabis illas, vt cōtradictorias , quare eadem postea adiuncta æquipollet .per primam regulā.Et si cōsideres eas dempta secunda negatione considerabis illas vt contrarias, quare ea postea adiuncta æquipollent per secundam regulam. Et si eas consideres demptis ambabus negationibus remanēt subalternæ,quare ipsis adiunctis æquipollent per tertiam. Et si secundam propositionem solam consideres, tunc per corollarium æquipollet huic, omnis homo est animal.

Caput quintum.

*Item propositionum categoricarū veroq; termino participantium ordine cōuerso: triplex est conuersio scilicet, simplex, per accidens, & per contrapositionem. Conuersio simplex est quando fit de subiecto predicatū: & de prædicato subiectū:manente eadē qualitate & quantitate, Et hoc mo*do

do conuertitur vniuersalis negatiua in seipsam, & particularis affirmatiua in seipsam: vt nullus homo est lapis, ergo nullus lapis est homo: quidā homo est aīal, ergo quoddā aīal est homo. Conuersio per accidēs est facere de subiecto prædicatū: & de prædicato subiectū manēte eadē qualitate: sed mutata quantitate, & hoc modo conuertitur in particularē affirmatiuā vniuersalis affirmatiua: vt oīs homo est aīal, ergo aliquod aīal est homo: & vniuersalis negatiua in particularē negatiuā: vt nullus homo est lapis, ergo quidā lapis non est homo. Conuersio per contrapositionē est facere de subiecto prædicatū & de prędicato subiectū: manente eadē qualitate, & quātitate: sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos. Et hoc modo cōuertitur vniuersalis affirmatiua in vniuersalē affirmatiuā: & particularis negatiua in seipsam: vt omnis homo est animal, ergo omne nō animal est non homo: quidā homo nō est lapis, ergo quoddā non lapis non est non homo. Vnde versus, Simpliciter, feci, conuertitur Eua, per acci. Ast o, per cōtra: sic fit conuersio tota. Asserit. A. negat. E. sunt vniuersaliter ambæ. Asserit. I. negat O. sunt particulariter ambę. Et sciēdum est φ signum positū in subiecto propositionis quę debet conuerti: quodcunq; sit illud: debet poni supra totū prædicatum & totum reduci ad subiectum in cōuertentem. Præterea, eadem est conuersio propositionis particularis, indefinitæ, & singularis.

Lectio prima.

Postquàm disputatum est de propositionibus participantibus vtroq; termino secundùm eundem ordinē quemadmodum opponantur &, equipolleant: reuertitur Petrus Hispanus ad propositiones participantes vtroq; termino, ordine conuerso, distinguens triplicem conuersionis speciē: de quo loco arguendi meminit Aristoteles primo Priorum cap. 2. At verò quanquàm Petrus Hispanus non definiat conuersionē in communi (eò fortè, quia nulla est exacta definitio quæ conueniat omnibus speciebus) nihilominus solet à Summulistis cōuersio sic definiri. Conuersio est duarum propositionū categoricarum alterius ad alteram cōsequentia formalis: per transpositionem extremorum: vt homo est animal, ergò animal est homo: instat physicæ conuersionis: in qua ex inferiori fit superius, & ex superiori inferius Et vocatur huiusmodi consequentia conuersio in terminis: ad differentiam cōuersionis in oppositam qualitatem: de qua loquitur Aristo. primo Priorum. Sicut. Petrus contingenter disputat, conuertitur in hanc, Petrus contingenter non disputat. Et adhuc latiùs Summulistæ vocant propositiones cōuertētes, omnes propositiones ęquipollentes. Sed in præsentia solum accipitur conuersio primo modo. Vnde tota consequentia dicitur conuersio, & antecedens appellatur propositio conuersa, & consequens propositio cōuertens. quia antecedens conuertitur in consequens. Et debet intelligi sano modo, transpositio extremorum, vt comprehendatur conuersio per transpositionem: vbi non trāsmutantur extrema: sed potiùs contradictorium couersæ, efficitur prædicatum in conuertente, & contradictorium prædicati efficitur subiectum: vt omnis homo est animal, ergò omne non aīal est nō homo. Superiùs cap. 3. habes ex positas cōditiones quæ requiruntur ad similitudinē formæ. Vnde sequitur hanc consequētiam esse formalē, homo est aīal, ergò aīal est homo: quia quæcunq; similis formæ est bona. Et illa vocatur similis formæ, quæ ita se habet, vt antecedens sit similis formæ cum antecedente huius, & cōsequens cum consequente: & in qua præter hoc seruatur identitas inter prædicatū antecedentis & subiectū cōsequētis, & inter subiectū antecedētis & prædicatū cōsequētis. Nā hæc identitas est intrinseca in hac materia, postq̄ exprimitur in definitiōe cōuersionis. Est

Nota. 1.

Cōuersio

Argu.2. Côuersio triplex. *Est ergò triplex species conuersionis*.s.simplex,per accidens,& contrapositionem:quarum definitiones,cũ suis exemplis,sunt in textu perspicuæ.Appellatur cõuersio simplex: quia nullum accidens mutatur,scilicet,nec quantitas,nec qualitas:nec mutantur extrema, nisi solo situ: vt homo est animal:ergò animal est homo. Et cõuersio per accidens, quia mutatur quantitas: quæ est accidens propositionis. Et conuersio per contrapositionem:quia extrema mutantur in sua contradictoria. Exempla sunt in textu.

No.3. Côuersio mutua & nõ mutua *Ex hac diuisione subinferunt dialectici* alias diuisiones conuersionis: in conuersionẽ mutuam,& conuersionem nõ mutuam:Conuersio mutua est,quãdo vna propositio infert alteram,& è cõuerso.Conuersio non mutua est,quando vna infert alterã & non è conuerso. Ex quo sequitur, quòd omnis conuersio simplex in propositionibus simplicium extremorum est mutua:oĩs verò conuersio per accidens est non mutua. Sequitur enim,homo est animal: ergo animal est homo:& è conuerso.At verò quanquâm sequitur,omnis homo est albus:ergò album est homo:non tamen sequitur è conuerso.Sed de conuersione per contrapositionem dicemus suo loco.

No.4. *Exponit deinde,Petrus Hispanus* quãq; propositio qua specie conuersionis conuertatur per illos versiculos:simpliciter feci. &c. Vbi adnotãdæ sunt significationes illarum.a.e.i.o.quæ sunt notæ quantitatis & qualitatis propositionum. Enimuerò a.designat vniuersalem affirmatiuam.e.vniuersalem negatiuam,i.particularem affirmatiuam,&.o. particularem negatiuam. Sunt ergò tres regulę secundùm tres species oppositionis.Prima,quæ exprimitur illo verbo,
Regulæ.3. simpliciter feci:vniuersalis negatiua & particularis affirmatiua conuertuntur simpliciter:vt nullus homo est lapis,ergo nullus lapis est homo:homo est animal, ergò animal est homo,& vtraq; est conuersio mutua.Secunda quæ exprimitur illo verbo,conuertitur,Eua,qer accid.vniuersalis negatiua, & vniuersalis affirmatiua,conuertuntur per accidens,vt nullus homo est albus, ergo aliquod album nõ est homo:omnis homo est albus,ergo albũ est homo,& neutra est mutua.Tertia regula, quæ notatur in illo verbo,Ast o per contra:vniuersalis affirmatiua & particularis negatiua conuertuntur per contrapositionem:vt,omnis homo est animal,ergo omne non animal est non homo: homo non est lapis, ergo aliquid non lapis non est non homo:& de hac erit inferius specialis sermo an sit mutua. Ex quo sequitur quod vniuersalis negatiua conuertitur duplici conuersione: quemadmodum & vniuersalis affirmatiua: particulares verò non nisi singulis.

At verò moderni Summulistæ, No.5. his nõ cõtenti,sustinent in vniuersum omnẽ propositionem posse conuerti conuersione mutua.Et ratio eorum est: quia quæcunq; propositiones ex eisdem terminis cõpositæ, eodem modo acceptis,easdẽ omnino causas veritatis habẽt,iuxta illud Arist.secundo Peri her.Nomina.& verba trãsposita idẽ significant.Et re vera si cõmodè & congrue fieri posset,vt extrema transposita eodem modo acciperentur,nemini esset dubia dicta cõclusio.Sed tamen id fieri nequit,nisi admisis fictionibus illarũ literarum.a.&.b.& aliis barbarissimis locutionibus. Nihilominus pro iuuenibus qui sese voluerint vexare statuemus quatuor regulas sine argumentis. Prima,Quantum ad suppositionẽ. Omnis propositio de præsenti conuertitur,mutuò transpositis extremis eodem modo supponentibus.Et de vniuersali negatiua & particulari affirmatiua exempla sunt in textu.Sed hæc, omnis homo est albus,cõuertitur mutuò in hanc.a.album omnis homo est.Et hæc, homo non est animal,in hanc,omne animal.b homo non est.Non tamen istæ cõuersiones sunt censendæ simplices,quãquam seruetur eadem quantitas:puta eadem suppositio terminorum.Nam ad cõuersionem simplicem requiritur eadem quãtitas ex parte subiecti à qua propositio denominatur quanta. Potest:tamen vniuersalis affirmatiua conuerti simpliciter: vt, omnis homo omne animal est in hanc, omne animal omnis homo est: & particularis negatiua, homo animal non est,in hanc,animal homo nõest:quæ omnes sunt mutuæ conuersiones.
Regulæ.4

No.6. *Secunda regula quãtum ad ampliationẽ*.Omnis propositio de extrinseco tempore aut modalis,in qua ambo extrema precedũt,aut ambo sequũtur copulã & modũ, cõuertitur mutuo trãspositis extremis in eodẽ situ: vt vel ambo sint ante copulã vel ambo post copulã sine aliqua reduplicatione, v.g.Erit album nigrũ,cõuertitur in hãc, erit nigrum

nigrum album:album nigrum est & fuit, cõuertitur in hanc, nigrũ album est & fuit:contingenter Deus est creãs, cõuertitur in hanc, cõtingenter creans est Deus. Omnis homo album necessariò est, conuertitur in hãc mutuo, a, album omnis homo necessariò est.

Tertia regula itidem quantum ad
No.7. ampliationem: Omnis propositio affirmatiua de extrinseco tempore aut modalis, vbi subiectum pręcedit, & prędicatum sequitur copulam, si copula aliter ampliat vel appellat à parte pòst q̃ à parte antè, cõuertitur per reduplicationem eiusdem copulæ in subiecto conuertentis, prædicato ampliato sicut erat in conuersa: vt album erit nigrũ, cõuertitur in hanc, nigrum quod erit nigrũ, album est vel erit: nam si diceres, nigrum erit album, non seruaretur eadem ampliatio: & casu quo id quod modò est album semper post hac esset nigrũ, antecedẽs esset verũ & consequens falsum. Et obseruato, vt prædicatum in conuertente semper præcedat copulam propter duò. Primò, nè quãdo distribuitur signum, efficiatur pars extremi, si sequatur copulam: vt hìc, omne album erit nigrum: ergo. a. nigrum quod erit nigrũ est vel erit omne album, secundò nè determinatio accepta pluribus mutetur in determinationem acceptam vnica vt hominis equus erit albus: ergò albũ quod erit album est vel erit hominis equus: nam quãdo determinatio sequitur copulam: accipitur vnica. Eadem ratione Deus necessario est creans, cõuertitur in hãc, creãs quod necessariò est creãs, Deus possibiliter est: nam ly necessariò, à parte ante dicit possibilitatem, & à parte post necessitatem. Posset etiam conuerti in hanc, creãs quod necessariò est creans, Deus necessariò est: quia quando signũ vniuersale reduplicatur cum altero extremorum, indifferens est vt copula vniuersalis, an sua subalterna reduplicetur dummodò ambo extrema præcedant: nam aliâs nõ ęquiualent, Deus qui necessariò est Deus, possibiliter est creãs, & necessariò est creans. Eadem ratione, Deus cõtingenter est creans, conuertitur in hãc, creãs quod contingenter est creãs Deus possibiliter est: nam ly contingenter, dicit post se cõtingentiam & ante se possibilitatẽ. Sed non conuertitur in hanc, creans quod contingenter est creans Deus cõtingenter est: quia contingenter, nõ est signum pure vniuersale: sicut necessariò. Diximus in regula opus esse reduplicatione copulæ quando diuersimodè ampliat vel appellat post se & ante se: nã aliâs non est necessarium: vt album possibiliter est nigrum: cõuertitur in hanc, nigrum possibiliter est album: & album est vel fuit nigrum, conuertitur in hanc, nigrum est vel fuit album: sed album est & fuit nigrum, indiget reduplicatione, scilicet, nigrum quod est & fuit nigrum, album est vel fuit.

Quarta regula Propositio de ex No.8.
trinseco tempore, aut modalis negatiua, cuius prædicatum sequitur copulam, & subiectum præcedit, conuertitur per reduplicationem copulæ suæ contradictoriæ. Itaq; cõuertenda est priùs contradictoria negatiuæ, & in contradictoriam suæ conuertentis conuertitur negatiua: vt si vis conuertere hãc, omnis Deus possibiliter nõ est creans, cõuerte suam cõtradictoriam, scilicet, Deus necessariò est creãs, in hanc, creans quod necessariò est creãs, Deus possibiliter est: & cõtradictoria huius, scilicet, omne creãs quod necessariò est creãs omnis Deus impossibiliter est, erit conuertens illius negatiuæ. Itaq; eadem copula debet reduplicari in conuertentibus ambarum contradictoriarum: quãdo opus est reduplicatione. Nam hæc, nullũ album possibiliter est nigrum, sine reduplicatione cõuertitur in hanc, nullum nigrũ possibiliter est album. Et est hic adnotanda distinctio illa propositionis affirmatiuæ & negatiuæ: quam posuimus præcedenti lib. c. de qualitate. Omnis em̃ propositio quæ infert ex se purè affirmatiuam est virtualiter affirmatiua: vt Petrus est & nõ fuit albus, quæ infert hanc, Petrus est albus: Petrus contingenter nõ est albus, quæ infert hanc, Petrus possibiliter est albus. Et omnis propositio quę infertur ex negatiua est virtualiter negatiua vt Petrus est, vel non fuit albus, que infertur ex hac, Petrus non fuit albus, cuius rationem habes illic appositam. Has tamen regulas dedimus exercitio iuuenum. Nam re vera parũ vtiles sunt aliis scientiis. Constituuntur enim per huiusmodi conuersiones inextricabiles propositiones.

Lectio secunda. No.1.

*A Dexercitiũ igitur huiusmodi cõ*uersionum descendentibus, Primũ considerandum est quod nam sit subiectũ: & quod prædicatum. Non enim est verum in vniuersum: vt id quod præcedit sit subiectum, & id quod sequitur prædicatum. In quo multi decipiuntur. Imo notandum est illud esse

sub

subiectum quod reddit suppositum verbo, siue præcedat siue sequatur:& illud esse prædicatũ,quod de alio dicitur.v.g.in hac propositione,caput habet homo, ly homo, est subiectum:nam cùm verbum,habet,sit adiectiuum,non potest esse subiectum:sed affirmatur de ly homo, quod reddit illi suppositum.Quare non conuertitur in hanc,vt aliqui putant,homo est habens caput,imô hęc est potiùs resoluens illius quàm conuertens. Et ideo conuertitur in hanc, caput habens, est homo.Et hæc,incœlo est Deus, resoluitur Deus est,in cœlo,& conuertitur in hanc, in cœlo ens est Deus.

No.2. *Secundò obseruandum est nè in cõuersione* extremorũ mutetur genus suppositiõis.Quare nõ sequitur,homo est pictus: ergò homo pictus est homo: nam subiectũ cõuersè stat pro homine picto,& prædicatũ conuertẽtis pro homine vero. Nec sequitur homo est nomen:ergò nomẽ est homo:quia subiectum conuersè stat materialiter,& prædicatũ conuertentis,personaliter.Nec sequitur,homo est species:ergò species est homo: quia(vt dicitur)subiectũ cõuersę supponit simpliciter,prædicatũ conuertentis personaliter.Sed prima conuertitur in hanc, homo pictus est homo pictus:& secunda in hanc, nomẽ est ly homo: & tertia in hanc, species est homo in vniuersali,id est, in quantũ cognoscitur,conceptu cõmuni.Pari ratione,dicunt Summulistæ,hanc propositionem, ad equitandum requiritur equus, conuerti in hanc.a.equus requiritur ad equitandũ.Sed re vera non respiciũt,ꝙ in hac,ad equitãdũ requiritur equus,subiectum est ly equus,& prædicatũ est ly requiritur,vel requisitum, quod tenetur adiectiuè. Et ideo potiùs illa a.equus requirirur ad equitandũ, est resoluens illius,ꝗ conuertens. Quanquàm certè, nec propriè est resoluens:quia non est propria,nec est admittenda fictio illius literæ,a. Adde ꝙ lucidior est hæc,ad equitandum requiritur equus,ꝗ illa resoluẽs. Eadem ratione,nec propriè habet conuertẽtẽ.Nam si in aliquam deberet conuerti,maximè in hanc, requisitum ad equitandum est equus: quia ly requisitum,à parte subiecti accipitur in rigore nominaliter,& ens,requisitum ad equitandum non supponit.Eadem ratione nec ista propositio,incipit esse homo, conuertitur in hanc.a.homo incipit esse:sed potiùs resoluitur per illam,si esset propria:nam ly homo,est subiectum vtrobiq;,Nec propriè cõuertitur:nam deberet maximè conuerti in hanc,incipiẽs esse est homo, vbi ly incipiẽs, in rigore accepitur categorematicè. Et ideo non sequitur in simili,incipit esse instans futurum:ergò aliquid incipiens esse est instãs futurum:nam antecedẽs.est verum, vt patet per exponentes,nũc non est instans futurũ & immediatè post hoc erit instãs futurũ,& consequens est falsum, quia ly incipiẽs esse, non supponit pro aliquo instanti futuro,cũ nullum erit immediatè post hoc.Hæc adnotauimus,vt cõstet non omnem propositionẽ categoricam posse commodè cõuerti: nisi in illa vbi est expressum subiectum,& prędicatũ.Quare hæc,equus requiritur ad equitandũ,optimè conuertitur in hãc, requisitũ ad equitandũ est equus, Et,homo incipit esse, in hanc, incipiens esse hõ est vel immediatè post hoc erit:iuxta tertiam regulam.Et hęc. incipit homo esse albus,in hanc,incipit albũ esse homo, iuxta tenorem secundæ regulæ.

Tertiò obseruandum semper est iuxta tenorem tertiæ regulę ꝙ seruetur eadẽ ampliatio:vt hæc.Adã est mortuus, non cõuertitur in hãc, aliquod mortuũ est Adam, sed in hanc,aliquod mortuũ quod est mortuũ est vel fuit Adam.Antichristus est futurus,cõuertitur in hãc,aliquod futurũ quod est futurũ est vel erit Antichristus.Dixerim in subiecto conuertentis, aliquod,in neutro genere:nam si acciperetur ly mortuus, aut ly futurus, adiectiuè, non esset conuersio: æquiualẽt enim,Adam est mortuus,& mortuus est Adam.Et vtrobiq; ly mortuus est prædicatum.& ampliat eodem modo.Consultò missam fecimus syluam inextricabiliũ sophismatum:quæ circa secundam, tertiam, & quartam regulas in priori ędítione cumulauimus. No.3.

Solent hic tamen fieri minutiora quædam argumenta hoc modo.Non sequitur.Nullum.a.est lapis:ergò nullus lapis est a.si ly .a. quandiu est in subiecto significet homines,& quandiu in prędicato significet lapides,& accipiatur conuersio in voce,vel in scripto:nam in mẽte nõ potest cõceptus mutare significationem. Respondetur tamen quòd illa,nullum.a.est lapis,debet conuerti in hanc, nullus lapis est homo, vbi ly homo,in illo situ est synonimum cum li.a. à parte subiecti. No.4.

Argu.1. Cõuersio per contra põnem.

At verò contra cõuersionem per contra positonẽ arguitur,Non sequitur,oĩs homo

homo est ens:ergò omne nō ens est nō homo:nec sequitur,chimęra nō est homo:ergò nō homo nō est nō chimęra, &arguitur per cōuersionem per cōtrapositionē:ergò ille locus arguēdi est nullus.Notandum est hic ꝙ cōuersio per cōtrapositionem nō est in vniuersum bona consequentia.vt probat argumentum:nisi ponatur cōstantia cōtradictorii prædicati vniuersalis affirmatiuæ:& pariter cōstantia subiecti particularis negatiuæ. Fundatur enimhuiusmodi cōuersio duabus regulis Aristot.secundo Peri herme. Prima. Ab affirmatiua ad negatiuam, variato prædicato penes finitum & infinitum ,est bona cōsequentia:vt homo est animal:ergo nō est nō animal.Nā aliâs duo termini cōtradictorii verificarentur de eodem. Secunda .A negatiua cū cōstantia subiecti ad affirmatiuā, variato prædicato penes finitū & infinitū, est bona consequentia: vt bene sequitur, homo nō est lapis,& homo est:ergò homo est nō lapis:nam aliâs duo termini contradictorii falsificarentur de eodem termino supponente.His enim regulis suppositis sequitur ꝙ vniuersalis affirmatiua cōuertitur in vniuersalem affirmatiuam, per cōtrapositionē. Nam sequitur bene, omnis homo est animal,ergò oīs homo nō est animal,perprimā regulā:rursùs ergò omne nō animal nō est homo,per cōuersionem simplicem : rursùs, omne non animal non est homo,& aliquod nō animal est:ergò omne nō animal est non homo,per secundam regulam.Igitur de primo ad vltimū sequitur,omnis homo nō animal,& aliquod nō animal est ergò omne nō animal est non homo,posita cōstantia illius termini infiniti:quę ponebatur iuxta tenorem secundæ regulæ:sed sine illa constantia non valeret consequentia.Et per hoc respōdetur ad primam consequentiam argumenti principalis.Non enim sequitur,omnis homo est ens:ergò omne nō ens,est nō homo: sed arguendum est cum constantia cōtradictorii prædicati,scilicet,omnis homo est ens & aliquod nō ens est:ergo omne nō ens est non homo.Eadem arte sequitur ꝙ particularis negatiua conuertitur per contrapositionem.Nam bene sequitur homo nō est lapis, & homo est : ergò homo est nō lapis,per secundā regulam:rursùs ergò non lapis est homo,per conuersionem simplicem:rursùs ergò non lapis non est nō homo,per primam regulam.Igitur de primo ad vltimum sequitur.bene,homo nō est lapis,& homo est:ergò aliquid non lapis non est non homo:sed si non poneretur constantia subiecti,consequentia non valeret. Et per hoc respondetur ad secundam cōsequentiam argumenti principalis.Non enim sequitur,chimera nō est homo:ergò aliquid non homo nō est nō chimęra:sed arguendum est cum cōstantia subiecti:scilicet,chimera nō est homo,& chimæra est,ergò aliquid nō homo non est nō chimera.

*Ex hac ratione huius regulæ di*luuntur sophismata multa circa modum arguendi ab affirmatiua ad negatiuā vel è cōuerso.Pri nò nō sequitur, homo animal nō est,& homo est:ergò homo est nō animal: quia prædicatū negatiuæ non distribuitur. Et eodem defectu nō sequitur per contrapositionem,homo animal nō est,& homo est: ergò aliquid nō animal nō est nō homo.Pari ratione non sequitur,hominis equus non est animal:& hominis equus est:ergò hominis equus est nō animal:nam rebus vt nunc antecedens est verum , & consequēs falsum: nisi poneres constantiam cum relatiuo identitatis:scilicet,& idē hominis equus qui non est animal est.Nec sequitur, in aliquo loco, Petrus nō est albus(demonstrato loco vbi non existit,) ergò Petrus in aliquo loco est non albus:sed debes ponere constantiam,id est. Petrus in eodem loco scilicet,in quo nō est albus est.In summa vt valeat consequentia à negatiua ad affirmatiuam ponenda est constantia subiecti negatiuæ pro eodem supposito de quo negatur prædicatū : aliâs nec valebit consequentia à negatiua ad affirmatiuam,nec per conuersionem per contrapositionem. No.6.

*At difficilius est conuertere pro*positiones de extrinseco tēpore, aut modales per cōtrapositionem. Debet enim obseruari vt termini infiniti accipiantur secundū exigentiam contradictionis. Verbi gratia. Non sequitur Petrus erit albus:ergò Petrus nō erit nō albus:nam si cras erit albus & postridie niger,antecedens est verum & consequens falsum. Opinor enim , vt videbimus capit.sequenti,duos terminos contradictorios verificari de eodem, mediante copula de extrinseco tempore,pro diuersis temporibus.Sensus enim istarū, Petrus erit albus: Petrus erit nō albus, est,Petrus aliquo tēpore erit albus:& Petrus aliquo tēpore erit nō albus.Quare nō infinitatur prædicatum secundùm exigentiā contradictionis.Et ideo: vt debitè arguatur ab affirmatiua ad negatiuam, No.7.

uam, debet infinitari secundùm exigentiam contradictionis, scilicet, Petrus erit albus: ergo Petrus non erit illud quod nunquam erit album. Et eodem ratione ad inferendũ per contrapositionem arguendum est, omne album erit nigrum: ergo omne non quod erit nigrum est, vel erit non quod est, vel erit album. Et eadem ratione nòn sequitur, Deus possibiliter est creans, ergo Deus non Possibiliter est non creans. Imò puto has ambas esse veras, Deus possibiliter est creans, & Deus possibiliter est non creans. Nec infinitatur prædicatum secundùm exigentiã contradictionis, vt videbitur capitu. sequenti. Quare, vt arguatur ab affirmatiua ad negatiuam, infinitandum est prædicatum secundùm exigentiam contra dictionis, hoc modo: Deus possibiliter est creans, ergò Deus impossibiliter est quod non possibiliter est creans. Et eadem ratione, hæc vniuersalis, omne album possibiliter est nigrum, conuertenda est per contrapositionem hoc modo: omne quod non possibiliter est nigrum, potest esse illud quod non possibiliter est album. Ex quo sequitur quòd huiusmodi propositiones de extrinseco tempore modales vix possunt intelligibiliter conuerti per contrapositionem. A quibus proinde abstinendum est. Sufficiet enim vnum exemplum pro iuuenum exercitio.

Caput sextum.

Pars. 1. *ODVS est adiacens rei determinatio: & habet fieri per adiectiuum. Vnde cùm duplex sit adiectiuum, quoddam, scilicet, nominis, vt album: aliud verbi, vt aduerbia: (etenim secundùm Priscianum aduerbium vt verbi adiectiuum est) fit vt duplex sit modus, alter nominalis, qui fit per adiectiuum nominis: alter aduerbialis, qui fit per aduerbium: vt, doctus homo docte disputat. Item aduerbiorum quædam determinant verbum gratia compositionis, vt hæc sex, necessariò, contingenter, possibiliter, impossibiliter, verum & falsum: alia gratia rei verbi: vt argutè disputat: alia verò ratione temporis: vt, hodie, & cætera aduerbia temporalia: alia ratione modi: vt, aduerbia hortandi, & optandi. Et secundùm hoc sumitur multiplex modus per aduerbia. Sed omnibus aliis omissis, solùm de illis nunc dicendum est: quæ cõpositionem determinant: vt sunt illi sex, necessariò cõtingenter. &c. Cùm enim dicitur homo necessariò disputat, designatur quòd compositio disputationis cum homine sit necessaria: sed cùm dicitur: homo disputat bene, vel arguté: significatur quòd disputatio sit bona, vel arguta, Et in hac determinatur res verbi: in prima vero compositio. Vnde solùm illi modi, qui Compositionem determinant: constituunt propositionem modalem. Ideo de talibus solummodò hic intendimus. Et sumuntur quandoq; prædicti modi nominaliter: vt, possibile, impossibile, contingens, necessarium, verum, & falsum: quandoque aduerbialiter: vt, possibiliter, impossibiliter, necessariò, contingenter, vero, & falsò.*

Propositio modalis est illa, quæ determinatur aliquo horum sex modorum, possibile, impossibile, contingens, necesse, verum, & falsum: vt, Petrum disputare est possibile, & sic de aliis. Et in his modalibus verbum subijcitur, modus autem prædicatur. Omnes autem aliæ propositiones, quæ non determinãtur per illos Pars. 2.

 sex,

sex, dicuntur de inesse. At verò propositiones, quæ modificantur his modis, verum, falsum: ad præsens relinquuntur: quia in illis eodem modo sumitur oppositio & æquipollentia, sicut in aliis de inesse. In illis autem de his quatuor modis, possibile, impossibile, contingens, & necesse, alio modo sumuntur oppositio, & æquipollentiæ, vel consequentiæ, vt posteà patebit. Sciendum autem quod vnusquisq; horum quatuor modorum, quatuor constituit propositiones modales. Obidq; cùm modi sint quatuor: quater quatuor sunt propositiones. Et sic erunt sexdecim. v. g. hic modus, possibile, si ponatur sine negatione constituit vnam modalem: vt Petrum disputare est possibile. Si autē sumatur cū negatione posita ad verbum: constituit secundam, scilicet, Petrum non disputare est possibile. Si vero cum negatione posita ad modum constituit tertiam: vt puta Petrum disputare non est possibile. Si verò cum negatione posita ad verbum & ad modum, constituit quartam, videlicet Petrum non disputare non est possibile. Et hoc modo secundùm vnunquemq; aliorum modorum sumuntur quatuor propositiones modales.

Pars.3. Harum autem propositionum modalium æquipollentiæ, sine consequentiæ quatuor regulis cognoscuntur significatis per has dictiones, Amabimus, Edentuli, Illiace, Purpurea. Itaq; vbi sit. A. nulla negatio debet poni: vbi .E. negatio debet poni ad verbum, seu dictum: vbi. I. ad modum: vbi. V. ponatur ad verbū. & ad modum. Vnde versus: E. dictum negat I. q; modum: nihil. A. sed. V. totum Item prima propositio erit de possibili: secunda de contingenti: tertia de impossibili: quarta de necesse. Vnde versus: possibile contingens, impossibile necesse. Item, omne necesse valet, impossibile nullus, possibile quidam: quidam non, possibile non. Amabimus. Prima regula. Cuicunq; dicto affirmatiuo tribuitur possibile: eidem tribuitur contingens: & ab eodem dicto remouetur impossibile: & ab eius contradictoriæ opposito remouetur necesse: vt, Petrum disputare est possibile, Petrum disputare est cōtingens, Petrū disputare nō est impossibile, Petrum non disputare nō est necesse. Edentuli, secūda regula. Cuicunq; dicto negato atribuitur possibile, eidem attribuitur cōtingens: & ab eodem remouetur impossibile, & ab eius contradictoriæ opposito remouetur necesse. vt, Petrum non disputare est possibile, Petrum non disputare est contingens, Petrum non disputare nō est impossibile, Petrum disputare non est necesse, Illiace. Tertia regula. A quocunq; dicto affirmato remouetur possibile ab eodem remouetur cōtingens: & eidem attribuitur impossibile: & eius contradictoriæ opposito attribuitur necesse: vt Petrum disputare non est possibile, Petrum disputare non est contingens, Petrum disputare est impossibile, Petrum non disputare, est necesse. Purpurea, quarta regula. A

quocũq; dicto negato remouetur possibile, ab eodem remouetur & contingens: & eidem attribuitur impossibile: & eius contradictoriæ opposito attribuitur necesse: vt, Petrum non disputare non est possibile, Petrum non disputare non est contingens, Petrum non disputare est impossibile, Petrum disputare est necesse. Item æquipollētiæ siue cōsequentiæ modalium possunt haberi per has regulas.

Prima, Omnes propositiones de possibili & impossibili æquipollent verbo seu dicto similiter se habente: & modo dissimiliter. Secunda: omnes propositiones de possibili & necessario æquipollent verbo & modo, dissimiliter se habentibus. Tertia, omnes propositiones de impossibili, & necesse æquipollent verbo dissimiliter se habente, & modo similiter. Et intelligitur modus similiter aut dissimiliter se habere quantum ad affirmationem & negationem: vt dicatur se habere similiter cùm affirmatur in vtraq; vel negatur: dissimiliter autē cùm affirmatur in vna & negatur in alia. Et eodem modo intelligēdum est de verbo, sicut dictum est de modo. Et sciendum ꝙ in prædictis regulis non fecimus mentionem de contingenti: ideo quia contingens, conuertitur cum possibili. Vnde idem est iudicium de propositionibus vtriusq;, Item propositionum modalium, aliæ sunt contrariæ, aliæ subcontrariæ, aliæ cōtradictoriæ, aliæ subalternæ. Vnde omnes propositiones, quæ sunt in quarta linea de Purpurea contrariantur omnibus illis, quæ sunt in tertia linea de Iliace. Et oēs propositiones, quæ sunt in prima linea de Amabimus subcontrariantur illis, quæ sunt in secunda linea de Edētuli. Item primus ordo & tertius contradicunt: similiter secundus & quartus. Itē primus ordo subalternatur quarto: & similiter secundus tertio. Vnde versus: Tertius est quarto semper contrarius ordo. Sit tibi linea subcontraria prima secundæ. Tertius est primo contradictorius ordo. Pugnat cum quarto contradicendo secundus. Prima subest quartæ, vice particularis habens se. Hæc habet ad seriem se lege secunda sequentem. Quarum omnium regularum exempla patent in figura sequenti.

Quartus rotulus.

Aequipollentes.

Purpurea.

Petrũ nõ dispu. non est poßi.
Petr. nõ disp. non est cõting.
Petr. nõ disp. est impoßibile
Petr. disputare est necesse.

Tertius rotulus.

Aequipollentes.

Iliace.

Petrũ dispu. non est poßibile.
Petr. disp. non est contingens.
Petrum dispu. est impoßibile.
Petr. non disputare est necesse.

Contrarie.

Contradictorie.

Subalterne.

Subalterne.

Primus rotulus.

Aequipollentes.

Amabimus.

Petrũ disputare est poßibile.
Petr. disputa. est contingens
Pet. disp. nõ est impoßibil.
Pet. non disp. nõ est necesse

Subcontrarie.

Secundus rotulus.

Aequipollentes

Edentuli.

Petrum non disp. est impoßib
Pet. non disputa. est cõtingens.
Petr. non disp. non est impoßi.
Petr. disputare non est necesse.

Lectio prima.

Nota. 1.



Ost oppositiones, & ęquipollẽtias in ꝓpositionibus d̃ inesse, subseqtur vt dicamus de æquipollentiis, & oppositionibus modalium: nempe quæ aliam rationẽ sequuntur, quàm propositiones de inesse. Et quanquàm sint, qui tractatũ hypotheticarum tractatui modalium anteponant, congruẽtius est fortasse, vt totum negotiũ categoricarum expediamus priusquàm aggrediamur hypotheticas. Textus ergò modalium, qui longissimus est in quatuor partes distinguitur. Primùm enim exponitur quid, & quotuplex est modus. In secunda definitur propositio modalis. Et in tertia constituuntur regulæ æquipollentiarum in modalibus. Et tandem quartò inferuntur rotuli oppositionum.

*Circa primũ notandum est, ꝙ pro*positio categorica diuiditur inter cæteras diuisiones in propositionẽ de inesse, & propositionẽ modalẽ. Propositio modalis dicitur à modo. Et est illa, quæ determinatur aliquo modo: vt Petrum disputare est possibile, Petrus possibiliter disputat. Et propositio de inesse est propositio de simplici inhærentia verbi, quæ nullo determinatur modo: vt Petrus est, Adã fuit. Quare propositio de inesse dupliciter accipitur. Vno modo, vt distinguitur cõtra modalẽ: alio modo, vt distinguitur contra propositionẽ de extrinseco tẽpore, vt Adã fuit, est de inesse primò modo, nõ autẽ secundo modo. Et quia modalis speciales sortitur regulas oppositionum & æquipollentiarũ, necesse est, vt inter cæteras categoricas specialis habeatur de modalibus consideratio. Vnde postq̃ modalis dicitur à modo, definitur primò quid sit modus: est enĩ adiacẽs rei determinatio. i. est terminus alteri adiacens, ipsum determinans, atq; restringens.

Nota. 2. Differẽtia modalis, & de inesse.

Modus quid.

Vt si

Vt si dicas, hō iustus delectabiliter operatur iustū, ly iustus est modus noīs, & ly delectabiliter modus verbi. Et dicitur mod⁹ eo ꝙ sit quasi mēsura alterius. Nam cū ly homo, absolutè, accipiatur ꝑ quolibet hoīe, ly iustus adueniēs modificat ipsum & restringit, vt accipiatur solū pro hoīe iusto: & ly delectabiliter, restringit vt verbū accipiatur pro operatione delectabili. Et quanq̄ generaliter terminus etiā absolutus quandoq; sit modus alterius: vt ly hō in hac, aīal homo est rationale: & ly hoīs, in hac, equus hoīs est aīal: attamē vtimur hic restrictius noīe modus: vt idē sit apud dialecticum, modus: quod apud grāmaticum adiectiuum nominis aut verbi.

No.3. Mod⁹ multiplex, est. *Subiunguntur statim in textu tres* diuisiōes modi. Habetur enim primò ꝙ modus est duplex .s. nominalis & aduerbialis. Nam secundū Priscianū aduerbium est sicut adiectiuum & modus verbi & per cōsequens participij. Sed omisso modo noīali, tanq̄ alieno ab hac disputatione, subdiuiditur secundus modus verbi. Nam alij sunt qui determināt verbū gratia cōpositionis: vt illa sex, necessariò, cōtingens. &c. & alij qui determināt verbū gratia rei verbi. Vbi notandum est ꝙ verbo quinq; accidūt, ratione quorū quintuplex potest ei aduerbium adiacere. v.g. ly disputat, significat primò actionē cōnotatiuē ratione cuius potest modificari, aduerbio denotāte aliquā qualitatē bonā, vel malam ipsius actionis: vt Petrus bene legit, male ambulat, velociter currit, argutè disputat. &c. Secundò significat illā actionē: vt est inquodam fluxu & duratione ratione cuius potest modificari aduerbio talē durationem metiente: vt Mathusalem diu vixit: Magister parū legit. &c. Tertiò significat illam per modum præsentis aut futuri: ratione cuius potest modificari aduerbio designatiuo talis differentiæ temporis: vt, Magister heri non, sed modò legit. Quartò ex modo significandi verbali, significat compositionem quandam subiecti cum prædicato: ratione cuius modificatur aduerbio aut nomine determinante totam compositionē: vt Petrus possibilite, disputat, Petrū disputare est possibile. Vbi ly possibile non dicit absolutè qualitatē actionis, sed quòd compositio disputationis, cum Petro, est possibilis. Quintò denique verbum ex modo significandi grāmatico significat per modū indicatiui, aut optatiui, aut alterius modi, virtute cuius determinatur alio & alio aduerbio: vt, vtinam Petrus esset doctus. Sed omissis alijs aduerbijs seu modis, aliter verbo adiacentibus soli modi quarti generis qui determinant compositionem prædicati cum subiecto, constituunt propositiones modales, quæ sunt præsentis speculatiōis. Qui sunt sex, necessariò, contingenter, possibiliter, impossibiliter, verum & falsum. Tertiò diuiduntur hi modi: quia dupliciter singuli accipiunt, scilicet, nominaliter & aduerbialiter. Nominaliter seu categorematicè accipiūtur, quando sunt nomina categorematica: quæ reddunt suppositum verbo. Et possunt tunc accipi, vel primę intentionaliter pro rebus ipsis: vt, Deus est ens necessarium, creatura est ens cōtingens: vel secundæ intentionaliter, pro propositiōnibus vel pro significato ipsius propositionis: vt homo disputat, est propositio contingens, Petrum disputare est contingens. Sed alij modi qui nō possunt dici de propositione ipsa, nullo modo possunt capi secūdæ intentionaliter, quantumbis dicantur de significato illius: vt si dicas, sanum est infirmū ambulare, bonū est hominē studere, & cætera: illi modi, sanum, bonum, tantùm capiuntur primæ intentionaliter. Aduerbialiter vero accipiuntur, quando feruntur in verbū: vt, Petrus possibiliter disputat. Et in proposito non accipiuntur primæ intentionaliter, nec vt dicuntur de propositionibus, sed nominaliter, vt dicuntur designatiuo propositionis & aduerbialiter: vt, Petrum disputare est possibile: Petrus possibiliter disputat.

Sequitur in secunda parte textus definitio propositionis modalis. Propositio modalis est illa quæ determinatur aliquo illorū sex modorum, necessariò, contingens, possibile, impossibile. &c. vt, Petrum disputare est possibile. Et in his modalibus, inquit Petrus Hispanus, verbū subijcitur, modus autem prædicatur. Vbi notandum est ꝙ duplex est modalis, scilicet, composita, & diuisa. Modalis cōposita est vbi dictū subijcitur. & modus prædicatur: vt, Petrum disputare est possibile. Modalis diuisa est in qua modus aduerbialiter sumptus fertur in copulam: vt, Petrus possibiliter disputat. Dictum, est oratio composita ex infinitiuo & accusatiuo: vt, Petrum disputare. Vbi quandoq; accusatiuus nō est expressus sed subintellectus: vt, si dicas, necesse est homini semel mori, subintelligitur, ipsum, scilicet, hominē. Tametsi solum ipsum verbum infinitiui potest esse totale extremum sine accusatiuo, vt No.4. Propō modalis quid & quotuplex.

si dicas, mori est necessarium homini. Et Petrus Hispanus solùm definiuit modalē compositam quemadmodùm Aristote. secundo Periher. Et ratio est, quia in modalibus compositis habetur diuersissima ratio oppositionum & æquipollentiarum. Sed tamē modales diuisæ seruant ferè regulas aliarum categoricarum, vt statim declarauimus: & ideo Petrus Hispanus, sequutus Aristotelem, nec constituit rotulos æquipollentiarum & oppositionum nisi in modalibus compositis, nec definiuit nisi modalem compositam. Dicens quod propositio modalis est illa, quæ determinatur aliquo modo, determinãte totam compositionē. Et ideo subiunxit quòd in his modalibus verbū subijcitur, videlicet in infinitiuo & modus prædicatur. Sed tamen, cùm etiam modalis diuisa sit vera modalis, intelligenda est definitio in sensu quo comprehendad vtranq; speciem, hoc modo, Propositio modalis est illa, cuius verbum determinatur modo determinante compositionem: siue prædicetur de illo, vt in modali composita, Petrum currere est possibile: siue aduerbialiter feratur in ipsum, vt in modali diuisa, Petrus possibiliter disputat. In hac priori parte dicemus de modali composita, & in sequenti de diuisa.

No.5. Verū falsum dō cōstituūt modalem.

Secūdò notandum cum Petro Hispano, quòd quanq̃ verum & falsum constituãt propositiones instar modalium, excluduntur tamen à præsenti consideratione: quia quantum attinet ad æquipollentias & oppositiones nō differunt à simplicibus categoricis. Et ratio est, vt dicit sanctus Thomas opus. 40. quia verum vel falsum nihil addunt supra simplices categoricas. Idem enī est dicere, Petrum disputare est verum, & Petrus disputad: & ideo qui dicit, in veritate Petrus disputat, non iurat magis quàm si diceret, Petrus disputat: & tamen refert dicere, Petrus disputat: & Petrum disputare est possibile, aut contingens, aut impossibile, aut necessarium. Et ideo solùm hi quatuor modi cōstituunt modales. Et eadem ratione excluduntur illa participia, scitum, creditum, opinatum: quanq̃ videantur constituere modales: vt hominem esse risibilem est scitum, Deum esse trinum est creditum: quia non significant aliquam qualitatem compositionis in se, sicut quando dicimus, hominē esse risibilem est possibile: sed deuotant actum intellectus, neq; inter illa est æquipollencia aut oppositio, sicut inter alia quatuor.

No.6. Differētia prima inter modalem cōpositā & diuisā.

Sed antequàm aggrediamur tertiā partē textus, de æquipollentijs notandū est quot modis differat inter modalē cōpositã & diuisam. Prima differentia est q̃ in modali diuisa modus accipitur aduerbialiter: vt, Petrus possibiliter disputat: & in cōposita accipitur noĩaliter & prædicatur de dicto, vt Petrum disputare est possibile. Et quanq̃ modus præcedad, semper accipitur tanquā prædicatum: vt est apud Aristotelem secundo Periher. cap. 3. Possibile est esse, cōtingens est esse. &c. Est enim phrasis græca, vt prædicatum anteponatur subiecto. Quare idē est, Petrum disputare est possibile, & possibile est Petrū disputare: & vtrobiq; modus prædicatur. At dicunt nonnulli quòd quando modus mediat inter accusatiuum & verbū, tūc facit sensum diuisum licet habeat formā modalis cōpositę: vt, album possibile est esse nigrū: ratio est quia licet resoluere illud subiectū, sicut si esset modalis diuisa: vt, hoc possibile est esse nigrum, & hoc possibiliter est albū: ergo albū possibile est esse nigrū: quare illa conceditur, quæ tamē in sensu composito est falsa. s. album esse nigrū est possibile. Et placet nobis iste modus dicendi, licet melius esset nobis distinguere illam. Ecōuerso istæ, possibiliter albū est nigrū, possibiliter omne animal est homo, & quotiescunq; modus præcedit totā propositionē, licet habeãt formā diuisarū ratione aduerbij: tamen virtualiter censentur compositæ: quia non licet resoluere extrema, sed cognoscendæ sunt per de inesse immediatè: puta per possibilitatem illarū, album est nigrū, omne animal est homo: quarū prima est impossibilis, & secūda possibilis absolutè. Hæs autē, albū potest esse nigrū, quanq̃ habeat formā de inesse, scilicet, albū est potens esse nigrū, tamē æquiualenter est modalis diuisa, æquipollens huic, album possibiliter est nigrum. Ex hac differentia sequitur ratio nominis, compositæ & diuisæ. Quia in cōposita denotatur possibilem esse compositionem extremorū, id est, quòd simul conueniat eidem: vt, album esse nigrū est possibile, significat, possibile esse vt idē simul sit album & nigrum. Sed in modali diuisa denotatur q̃ rei, cui potest cōuenire subiectum, potest cōuenire prædicatum, saltē pro diuersis temporibus, vt albū possibiliter est nigrum, significat q̃ res, quæ potest esse alba potest esse nigra. Quare modalis dicitur diuisa, quia diuidit tempora: composita verò, quia coniungit illa.

Secun-

No.7. Differentia secūda. *Secunda differentia inter modalē* cōpositam & diuisam est in modo resoluendi: Nam modalis cōposita resoluitur immediatè per suam officiantem quomodocunq; supponant extrema dicti. v. g. album esse nigrum est possibile, exponitur sic, hæc ꝓpositio, album est nigrum, est possibilis. Et hæc dicitur officians. Sed modalis diuisa: vt, albū possibiliter est nigrū, debet resolui priùs ratione subiecti vt videbimus inferiùs. Quare in sensu composito est impossibilis, & in sensu diuisio necessaria. Et pro maiori declaratione huius est notandū, quòd modalis cōposita æquipollet diuisæ ex eisdē terminis ī qua modus præcedit totū. v. g. hæc hominē esse chimæram est impossibile, æquipollet huic, impossibiliter homo est chimæra, quia huiusmodi modales diuisæ vbi modus præcedit (vt diximus no. 6.) habet sensum compositum. Vnde sic vt illa propositio, impossibiliter homo est chimæra, habet immediatè probari & resolui per suam de inesse, ita illa composita, hominem esse chimeram est impossibile, habet immediatè probari seu resolui per eandē de inesse, quæ dicitur officians illius: cum propositiones æquipollentes ex eisdē terminis, eodem modo debeant probari. Quare hæc propositio, hominē esse albū est possibile, est vera: quia sua de inesse seu officians, homo est albus, est possibilis. Et hæc, hominē non esse chimęram est necesse, est vera quia sua officians, homo non est chimæra, est necessaria. Et sic dicito de omnibus aliis. Qualiter autem sit resoluenda diuisa, inferiùs latiùs dicetur.

No.8. Differētia tertia. *Tertia differentia est inter cōpositā* & diuisam ex parte quantitatis: nā in modali diuisa quātitas ettēditur sicut in cæteris categoricis. Vt hæc est vniuersalis, omni album possibiliter est nigrum, & hæc particularis, aliquod albū possibiliter est nigrū, sed modalis cōposita nec est vniuersalis nec particularis: Nam dictum, quod est subiectum, supponit singulariter vel potiùs simpliciter pro significato propositionis. Enimuerò siue dicas, Petrum disputare est possibile, siue hominem disputare, siue omnē hominē. &c. semper dictum supponit pro vnico significato totius propositionis. Et hoc idem negat cōmunis opinio, Dicunt enim ꝙ cum dictū in hac modali, Petrum disputare est posbibile, supponat communiter propositione, potest distribui totum, & omne ly, Petrū disputare est possibile, id est, omnis talis propositio, Petrus disputat est possibilis. Sed hoc est dialecticam in barbariem relegare.

No.9. Dubium. *At dubium est circa has differen*tias vtrū modus in modali composita supponat secūdæ intētionaliter pro propositione. Nam ita asserūt ferè Summulistæ. Cōstituūt enim secundā differentiā, ꝙ modus in cōposita stat secundæ intētionaliter pro propositione, & in diuisa primæ intentionaliter. Et ratio istorum est ꝙ hæc, Petrū disputare est possibile, officiatur per hāc, hæc propositio Petrus disputat, est possibilis, vbi modus prædicatur secūdæ intētionaliter de propositione possibili. Sed re vera falsus & impropriissimus est hic modus loquēdi: cōtra quē statuimus hanc cōclusionem. Modus in modali cōposita nō accipitur secundæ intentionaliter pro ꝓpositione, sed pro significato ipsius dicti seu propositionis illi correspondentis. Probatur primò. In hac propositione Petrū disputare est possibile, dictū accipitur significatiuè pro illo quod est, Petrū disputare: ergo pro eodem accipitur prædicatum. Antecedēs cōstat ex modo cōcipiēdi (cuius in dialecticis magna est habenda ratio) nam qui audierit, Petrum disputare est possibile, certò non concipit statim ꝙ illa propositio est possibilis, sed ꝙ actio ipsa disputandi est possibilis Petro, ac si dicas, Petro possibile est disputare. Et cōfirmatur: nā sensus huius Petrum disputare est possibile, talis est, possibile est vt Petrus disputet. Vbi ly possibile, accipitur pro significato ipso quod est Petrū disputare. Secundò arguitur. In his propositionibus, liberū est homini, disputare: Vtile est, laudabile est. &c. Non accipitur ly liberū, aut ly vtile, pro propositione sed pro actione ipsa significata: ergò eodem modo si dicas, cōtingens est petrū disputare: necesse est hominem semel mori. &c. Tertiò tandem arguitur. Nā sequitur ex opinione istorum vt ipsi cōcedunt ꝙ modus in modali cōposita non ampliat, licet ampliet in diuisa. Itaq; in hac propositione, Petrum disputare est possibile, ly, possibile, solū accipitur pro propositione existente in rerū natura, quia ly possibile, secundæ intentionaliter nō ampliat, quantùm ad existentiam propositionis: sed quantùm ad veritatem illius, iuxta ampliationem de ly possibile. Ex quo inferunt secūdò quòd modalis cōposita est contingens. Nam existente in rerum natura hæc propositione, Petrus disputat: illa modalis est vera, aliâs est falsa. Non obstante, quod

oēs modalis diuisa est necessaria vel impossibilis. Et tertiò concedunt cõtra Petrũ Hispanum quòd prositiones eiusdem rotuli non æquipollẽt. Vt Petrum disputare est possibile, Petrum disputare nõ est impossibile, quæ sunt in Amabimus: quia si nulla sit talis propositio, Petrus disputat, prima est falsa, cùm sit affirmatiua de subiecto nõ supponẽte, & secunda vera. Sed hæc oĩa sunt absurda, & sine ratione cõficta. Manifestum enim est modũ perinde ampliare in cõposita sicut in diuisa. Et quanquã nulla sit propositio præter hãc, Petrum disputare est possibile, hæc est vera & necessaria. Imò ante creationẽ mundi quãdo nulla erat propositio ita erat sicut nũc per illam significatur. Vnde sequitur ly possibile, non supponere pro propositione sed pro significato possibili. Sequitur secundò ꝙ omnis modalis cõposita vel est impossibilis, vel necessaria sicut diuisa. Et respondetur ad argumentũ, primo ꝙ quãquam resoluatur per illã officiantem vbi modus teneatur secundę intentionaliter, nõ sequitur ꝙ in modali teneatur secũdæ intentionaliter, pro propositione ipsa: sed pro significato illius. Nam aliàs eadẽ ratione in modali diuisa teneretur secũdæ intentionaliter: quia post resolutionem extremorum, eodẽ modo resoluitur, vt Petrus possibiliter est Petrus, resoluitur per hanc, hæc propositio, Petrus est Petrus, est possibilis. Secundò dico ꝙ absolutè non valet cõsequentia à modali cõposita ad officiantẽ nisi posita cõstantia propositionis. v.g. Petrũ disputare est possibile, & hæc propositio, Petrus disputat, est & significat Petrũ disputare quod est possibile: ergo illa propositio est possibilis: vt ex possibilitate significati sequatur possibilitas propositionis. Nam ab eo quod res est vel non: est propositio dicitur vera vel falsa, possibilis. &c.

Argum. 1. *At verò cõtra hanc nostram ex-*positionẽ arguitur. Sequeretur inde has propositiones esse falsas, hominẽ esse lapidẽ est impossibile, chimærã nõ esse est necesse: vtpote in quibus subiectũ nõ supponit. Nam hominẽ esse lapidem, & chimæram non esse, nihil est. Consequens est falsum vt patet per suas officiantes, quæ sunt verę. Respondetur in primis ꝙ hic non est locus disputandi de significato propositionis, quod vocãt complexè significabile, videlicet q̃ res sit hominẽ esse lapidẽ, an sit hõ vel lapis vel vtrunq;. Satis sit Summulistis propositionẽ & dictum infinitiui easdẽ res significare, quæ significãtur per extrema. Aliter tamen. s. compositiuè aut diuisiuè. Itaq; hoc dictũ hominẽ esse animal, supponit pro hoc quod est hominẽ esse aĩal. Et hominẽ esse lapidem, pro hoc quod significatur hominẽ esse lapidẽ. Quòd si vltra quęratur quid est hominẽ esse aĩal: respõdetur, ꝙ omnis philosophus irrideret hãc interrogationẽ. Nihil enim aliud est hominem esse aĩal quã hominẽ esse animal: sicut hõ nihil aliud est quã homo vel animal. &c. At si quæras vtrũ hominẽ esse animal sit alia res distincta ab homine, tũc est alia quæstio metaphysica: quæ nõ spectat ad dialecticũ. Sed pro nunc dicimus ꝙ nõ est alia res, sed hominem esse animal, est homo qui est animal. Et hominem esse lapidẽ, est homo qui est lapis, quod est impossibile, sed imaginatur esse, & chimærã non esse, est chimæra quæ non est, quod est necesse. Propter hoc argumentum diximus in prima æditione ꝙ dictũ in modali cõposita ampliabatur ad quinq;, vt oẽs illi termini supponerẽt, & modales illę essent veræ. Sed iã nihil opus est tali ampliatione: nã cũ illæ propositiones cõuertãtur cũ istis, impossibiliter homo est lapis, necessariò chimæra nõ est, sequitur ꝙ in illis sit æqua ampliatio. Et sicut istæ diuisæ nõ requirũt suppositionem terminorũ ad hoc ꝙ sint veræ: quia sunt negatiuæ: ita nec illæ cõpositæ: quia virtualiter sunt negatiuæ, postq̃ conuertuntur cum illis diuisis negatiuis, & cum aliis compositis negatiuis eiusdem rotuli.

Secundò arguitur, ad idẽ sequere- Argu. 2. tur ex nostra expositione hãc esse falsam, oẽ ens esse est necesse. Nã sequitur bene, oẽ ens esse est necesse, Petrus est ens, ergò Petrũ esse est necesse, quod consequens est falsum. Ad hoc argumentũ diceret cõmunis opinio, defectũ esse, quia mediũ in maiori tenetur materialiter & in minori personaliter. Sed hoc iã dici nõ potest cũ suprà abũde probatũ sit dictũ ĩ modali cõposita nullo modo supponere materialiter. Ideo aliter respondetur ad argumentũ, secundũ nostrã opinionẽ negãdo sequelã, imò illa, oẽ ens esse est necesse, est vera, vt patet per suã officiantẽ seu de inesse, omne ens est, quę est necessaria, vt pote cuius subiectũ supponit, saltẽ pro Deo. Quinimò etiam hæc sunt necessariæ in via philosophi, oĩs homo est, homo est: dato oẽs earũ singulares sint cõtingẽtes, vt diximꝰ in ca. de inductione. Et sic negatur ille syllogismus factus sub ly ens. Nã sicut nõ sequitur, hõ est spẽs: & Petrus est hõ, ergò Petrus est species: ita

Non sequitur, oē ens esse est necesse. Petrus est ens: ergo petrum esse est necesse: quia sicut ly species, facit subiectū supponere simpliciter, ita mod⁹ in modali composita: quia accipitur secundè intentionaliter, facit dictū supponere simpliciter seu immobiliter pro significato adæquato illius, seu propositionis illi correspōdentis, quod idē est. Ex quo sequitur ꝙ sub terminis modalis compositæ nō licet syllogizare nec descendere sicut sub terminis modalis diuisæ: postquā in composita dictum supponit simpliciter & in diuisa termini supponunt personaliter. Secūdò potest dici ad argumentum & formam melius, ꝙ quantūuis termini in modali composita supponāt personaliter & mobiliter, sicut in modali diuisa. syllogism⁹ argumēti nihil valet: pro cuius declaratione est notandum: ꝙ modalis composita & diuisa ex eisdem terminis vbi modus præcedit, sunt formaliter æquipollentes. v.g. istæ sunt æquipollētes, omne ens esse est necesse, & necessariò oē ens est: quia vt insinuauimus suprà no. 6. secūda dato habeat formā diuisæ, virtualiter habet sensum cōpositum. Ex quo sequitur primò ꝙ termini in illis supponūt eōdem modo & eōdem modo ampliantur & restringuntur. Sequitur secūdò ꝙ defectus qui committitur descendendo vel syllogizando sub terminis vnius: committitur descēdendo aut syllogizando sub terminis alterius. Quare ad argumētum dico, ꝙ sicut iste syllogismus nihil valet Necessariò omne ens est & petrus est ens, ergo necessariò petrus est, quia medium tantū distribuitur dependenter seu incompletè in maiori, vbi tenetur magis amplè, ita nec syllogismus argumēti aliquid valet propter eundem defectū, sed esset bonus vterq; syllogismus si tolleretur ille defectus & diceres in minori, petrus omne ens possibiliter est. Imo etiam si diceres in minori, petrus necessariò est ens, supposito ꝙ extrema nullo modo supponerēt naturalit, tollitur idem defectus, vt in syllogismis clariùs videbitur. Quare sit regula generalis valde notāda: ꝙ ad assignandum defectum cōmissum in descēsu seu syllogismo sub modali composita talis modalis composita est reducēda ad diuisam modo dicto, & ibi formetur idem descēsus seu sylogism⁹ vt clariùs appareat defectus. Vnde iste descensus nihil valet omne animal esse hominē est possibile, & ista sunt omnia animalia possibilia, ergo hoc animal esse hominem est possibile &c. quia omnes singulares in quibus demonstrantur bruta sunt falsæ. Sicut nec istæ ad quē resoluitur, possibiliter omne animal est hō, & ista sunt omnia animalia possibilia: ergo possibiliter hoc animal est homo &c. quia descenditur copulatiuè sub vniuersalitate incōpleta seu dependenti ab illo modo particulari, possibiliter, possibile qui obtinet primum locū resolutionis. Nec iste syllogism⁹ valet aliqd, omne album esse nigrū est impossibile, petrus est albus: ergo petrum esse nigrum est impossibile, sicut nec iste ad quē resoluitur impossibiliter album est nigrum, petrus est albus: ergo impossibiliter petrus est niger: quia medium in præmissa negatiua capitur magis restrictè q̄ in affirmatiua ratione sensus compositi, qui omnes defectus clariùs in syllogismis patebunt. Dubium tamē est de veritate istius, omne ens esse Deum est possibile. Nā videtur falsa per suam officiantem. s. hæc est possibilis oē ens est Deus. Et enim si illa propositio existat, tūc esset falsa, quia ipsa erit ens quod non est Deus. Si autē non existat, nō est vera: ergo nullo modo potest esse vera, & per consequens est impossibilis. Respōdetur ꝙ illa modalis est vera & necessaria & sua officiās est vera: nam illa est possibilis, omne ens est Deus, quia potest ita esse sicut per illam modò significatur: vt patet ante creationem mundi. Argumentum tamen probat quòd non potest esse vera: nec illud requiritur vt sit possibilis.

Propositio igitur modalis de pos- No. 10 bili officiatur per possibilitatem suæ de inesse: vt, possibile est Petrum disputare, hæc ꝓpositio est possibilis, petrus disputat: propositio de contingenti per contingentiam suæ de inesse: & propositio de necessario per necessitatem, & propositio de impossibili per impossibilitatem. Exempla sunt facilia. Pari modo exponunt istas, scio hominem esse risibilē, credo Deum esse trinum, opinor quantitatem distingui à re quanta: & similes. Id est, hæc propositio, homo est risibilis est à me scita &c. Sed hîc obiter ad notauerim quòd id quod principaliter scimus est res ad extra. Propositionem tamen scimus tanquàm id per quod tendimus in rem: nam vtimur terminis pro rebus. Sed (quod ad nomen attinet) possumus vocare propositionem, obiectum propinquū: quia est id quod proximè venit in vsum nostrū: & rem, obiectum remotū. Nihilominus res est potissimum obiectum & finis propositionis.

Lectio secunda.

No.1. *Sequitur in tertia parte textus de* æquipollentiis modaliũ: quas Petrus Hispanus solum cõstituit in modalibus compositis. Vbi sciendum (inquit) ꝙ vnusquisq; illorum quatuor modorum constituit quatuor modales, quę vniuersæ colligũtur sexdecim in quatuor rotulis cõstitutę. Et omnia sunt in textu suis cuiusque exemplis perspicua. Vbi adnotãdæ sunt quatuor illæ dictiones, Amabim⁹, Edẽtuli, Iliace. Purpurea. In quarum qualibet sunt quatuor vocales (nam cõsonãtes non sunt significatiuę) A, significat propositionẽ modalem simpliciter affirmatiuam de dicto & modo. E, significat modalem negatiuam de dicto & affirmatiuam de modo. I, è conuerso affirmatiuam de dicto & negatiuam de modo. V, negatiuam simpliciter de dicto & modo. Secundò notandum quòd in quolibet rotulo prima modalis est de possibili & secũda de cõtingenti, q̃ dicuntur particulares de modo: tertia vero est de impossibili: & quarta de necessario, q̃ dicuntur vniuersales de modo vt significat Petrus Hisp. per illã, regulã Omne necesse valet, impossibile, nullus: possibile, quidã: quidam nõ possibile non: idest, necesse, est modus vniuersalis affirmatiu⁹, impossibile, vniuersalis negatiuus possibile verò particularis &c. Tertiò notandum ꝙ contingẽter secundùm Arist o.1. Priorum, cap.3. accipitur dupl̃r, vno modo specialiter, pro illo quod potest esse & potest non esse, de quo agem⁹ infrà: alio modo generaliter vt conuertitur cum ly possibili, videlicet vt dicitur de illo quod est vel potest esse, siue sit necessarium siue non, & isto secundo modo, accipitur in proposito, vt consequitur & subalternatur ad necessarium: nam contingens primo modo potius repugnat cum necessario. Et ideo vniuersaliter in rotulis possibile. & contingens ponuntur sub eâdem forma.

No.2. *Primus ergo modus, est Amabimus*: cõtinet has quatuor ꝓpositiones æquipollẽtes. Petrum disputare est possibile, petrum disputare est contingens, Petrũ disputare non est impossibile. Petrum nõ disputare nõ est necesse. Et ꝙ duæ primę ęquiualeant: iam modò probatum est. Sed ꝙ tertia ęqualeat primæ etiã patet: quia illud quod est possibile: nõ est impossibile, & quod non est impossibile est possibile: aliâs idẽ esset: simul possibile & impossibile. Et ꝙ q̃rta ęquialeat etiã primæ patet: quia si aliqd est possibile, suũ cõtradictoriũ nõ est necessarium: aliâs duo cõtradictoria essent vera. Et etiam si aliquid nõ est necessarium suũ cõtradictorium non est impossibile: & per consequens est possibile: aliter darentur duo cõtradictoria falsa. Secundus rotulus est Edẽtuli, scilicet, Petrum non disputare est possibile, Petrum non disputare est contingens, Petrum non disputare non est impossibile. Petrum disputate non est necesse. Quæ etiam sunt æquipollentes. Tertius rotulus est Iliace, Petrum disputare nõ est possibile, Petrum disputare non est contingẽs. Petrum disputare est impossibile, Petrum non disputare est necesse. Quæ propositiones sunt pari ratione æquipollentes. Quartus rotulus est Purpurea, videlicet Petrũ nõ disputare non est possibile, Petrum non disputare non est cõtingens, Petrũ non disputare est impossibile, Petrum disputare est necesse; quæ omnes sunt ęquipollentes. In quibus rotulis cõsidera quemadmodum quilibet quatuor modorum cõstituit quatuor diuersas modales, scilicet, affirmatiuam de dicto & modo, negatiuam de dicto & affirmatiuam de modo. Et è conuerso affirmatiuam de dicto & negatiuam de modo, & quartò negatiuã de dicto & modo. Quod patet si cõpares quatuor primas singulorũ rotulorum inter se, & quatuor secundas & ita per ordinem. Ad cognoscẽdum æquipollentias & oppositiones inter quascunq; modales cõpositas vtere hac regula. Resolue illas in suas diuisas q̃bus æquipollent vbi modus præcedit: & generaliter sicut illæ diuisę se habuerint se habent illæ cõpositæ. v.g. istæ duæ q̃ sunt in Amabimus, Petrũ disputare est possibile, Petrũ nõ disputare non est necesse, sunt æquipollẽtes: quia istæ diuisæ in quas resoluũtur sunt æquipollẽtes. Possibiliter Petrus disputat, nõ necessariò Petr⁹ nõ disputat. Et istæ sunt contradictoriæ. Petrũ disputare est necesse, Petrũ nõ disputare est possibile, quia istæ in quas resoluuntur cõtradicunt: necessariò Petrus disputat possibiliter petrus nõ disputat: & sic facito in quibuscunque aliis propositionibus etiam nullo habito respectu ad rotulos.

Edentuli.

Iliace.

Purpurea

Sed est notandum ꝙ consulto nõ ordinauimus rotulos suo cuiusque ordine: imò ordine cõuerso. Primo loco in parte superiori quartum: & secundo, tertium, & sub quarto subcripsimus primum: & sub tertio secun

secundũ: propterea ꝙ quartus est subalternans, seu antecedens respectu primi. Et tertius, qui est contrarius quarti, est subalternãs respectu secũdi. Et primus & secundus, qui sunt inter se subcõtrarij subalternantur quarto & tertio. Ex quo sequitur ꝙ quartus est cõtradictorius secundi, & tertius primi. Secundò notandum ꝙ etiam cõsultò constituimus rotulos ex propositionibus singularibus: vt dicta affirmatiua & negatiua essent contradictoria quod est necessarium. Vnde si in terminis communibus libuerit eos constituere, obseruandum est ꝙ dictum affirmatiuum & negatiuum sint contradictoria. v.g. si accipias hanc, aliquod ens esse creaturã est possibile, quæ est prima de amabimus non æquipollet huic, aliquod ens non esse creaturam nõ est necesse, tanq̃ vltimæ de amabimus, imò prima est vera & secunda falsa: vt patet per suam officiantem .s. hæc propositio, aliquod ens non est creatura, non est necessaria, imò est necessarium ꝙ Deus non sit creatura. Sed æquipollet huic, omne ens non esse creaturam non est necesse. Et eadem ratione non cõtradicit huic, aliquod ens non esse creaturã est necesse, tanq̃ vltimæ de Iliace quia ambæ sunt veræ. Sed huic, omne ens non esse creaturam est necesse. Quòd si prima de amauimus fuerit hæc, omne ens esse creaturã est possibile: tunc vltima debet esse hæc, aliquod ens non esse creaturam non est necesse: & vltima de Iliace debet esse hæc, aliquod ens non esse creaturam est necesse.

No. 1.

Lectio tertia.

Secunda disputatio principalis est de modalibus diuisis. Dictum .n. est, modalem compositam & diuisam differre, eò primùm, ꝙ in modali composita modus accipitur noĩaliter, & in diuisa aduerbialiter: vt petrus pobissiliter disputat. Quanq̃ etiam modus nominalis facit virtualiter diuisam: quãdo mediat inter accusatiuum & verbum: vt album possibile est esse nigrũ, & berbũ, põt, vt albũ potest esse nigrum. Secũdò differunt in modo resoluendi: nam modalis composita vt dictum est resoluitur immediatè p suam officiantem quomodocunq; termini supponãt. Sed modalis diuisa resoluitur mediatè, vel immediatè per suam de inesse, videlicet, si subiectũ sit resolubile debet priùs resolui quadrupliciter. Primò ratiõe quantitatis per singulares. Secundò ratione connotationis si fuerit connotatiuum, & tunc tandem debet probari per suam de inesse. v.g. omne album possibiliter est nigrum, debet priùs resolui per singulares. Hoc album possibiliter est nigrum & hoc albũ &c. Deinde vnaquæq; singularis debet resolui hoc modo. Hoc possibiliter est nigrũ, & hoc possibiliter est hoc album, ergo &c. Et quælibet resoluens debet probari per possibilitatem suæ de inesse, scilicet, hoc est nigrum hoc est hoc album, &c. Quòd si fuerit relatiuum à parte subiecti, debet etiam priùs resolui: vt, Petrus qui est possibiliter disputat, resoluenda est per hanc copulatiuam, petrus est, & petrus possibiliter disputat. Imò aliquando subiectum supponens pro toto debet resolui in terminum supponentem pro partibus (si totum idẽtificetur cum suis partibus) & maximè quando predicatum est terminus supponens pro partibus seorsum, aliâs non est necessarium, vt petrus necessario est materia & forma, non debet poni immediatè in esse, sed resolui sic, hæc entia necessariò sunt materia & forma, & hæc encia possibiliter sunt petrus: ergo &c. Debet enim in resoluentibus seruari eadem ampliatio quæ erat in modali: & iam diximus li necessariò, post se dicere necessitatẽ & ante se possibilitatem Ex quo sequitur vnum corollarium notandum quòd in terminis irresolubilibus, modalis composita & diuisa æquipollent formaliter ex eisdem terminis: vt Deus necessariò est Deus, & Deum esse Deum est necesse: Michaël possibiliter est Michaël, Michaëlem esse michaëlem est possibile quæ regula cùm ab antiquis fuerit receptissima, gratis negatur à modernis: nempe qui dicunt modalem compositam esse contingentem, & diuisam aut necessariam aut impossibilem. Sicut etiam in terminis resolubilibus, modalis diuisa, vbi modus præcedit totum æquipollet formaliter compositæ ex eisdem terminis, vt diximus.


Sed ad reducendum modalem ad suam de inesse supponendum est priùs id quod suprà diximus, propositionem de in esse dupliciter dici: vno modo vt distinguit cõtra modalẽ: alio modo, vt distinguit contra de extrinseco tẽpore: & vtroq; modo accipitur in præsentia. Secundò notandum, ꝙ aliud est ponere aliquod possibile in esse, & aliud reducere propositionẽ ad suam de in esse. Nã tunc possibile ponitur in esse, quando aliquod quod est possibile, datur & admittitur esse verum. Vt si quis sustineat Deũ posse facere infinitum: & altero disputa No. 2.

sputa

ſputationis gratia petēte vt ponatur inesse, admittat infinitū in re: quomodò Ariſto. 7. Phyſi. tex. 9. inqt, poſsibili poſito in eſſe non ſequitur inconueniens. At, reducere propoſitionem ad ſuam de ineſſe, eſt veritatem eius, aut falſitatem per ſuam de ineſſe manifeſtare: vt ſi negāti hanc, Petrus contingenter diſputat, oſtendentes hoc modo, Hæc propoſitio, Petrus diſputat, eſt contingens: ergo Petrus contingenter diſputat: aut ſi quis concederet hāc, Meſsias veniet, & reprobares hoc modo Meſsias viniet: ergo hæc poſt hac erit vera, Meſsias venit: conſequens eſt falſum: ergo & antecedens.

Vnde iuxta ſeptem temporū differentias conſtituuntur ſeptem regulæ ad reducendum modales aut de extrinſeco tempore ad ſuas de ineſſe. Prima. Ad veritatem propoſitionis de præterito immediatè reducibilis ad ſuam de ineſſe, ſufficit & requiritur aliquādo habuiſſe ſuam de ineſſe veram: vt Adam fuit, eſt vera, quia Adā eſt, aliquando fuit vera: at album fuit nigrum, nō debet immediatè reduci ad de ineſſe, ſed debet reſolui ratione ſubiecti. ſ. hoc fuit nigrum, & hoc eſt vel fuit album: ergo &c. Vnde caſu quo Petrus nunc ſit albus, qui ante hæc ſemper fuit niger, illa propoſitio eſt vera. Secunda. Ad veritatē propoſitionis de futuro, immediatè reducibilis ad ſuam de ineſſe, ſufficit & requiritur ꝙ ſua de ineſſe aliquando erit vera vt ad veritatem huius, Antichriſtus erit, ſufficit & requiritur, ꝙ aliquando erit verum, antichriſtum eſſe, & idem intelligatur de participijs præteriti & futuri tēporis. Tertia. Ad veritatē modalis diuiſæ de poſsibiliter, immediatè reducibilis ad ſuā de ineſſe ſufficit & requirit ꝙ ſua de ineſſe ſit poſſibilis: vt ad veritatē huius. Petrus poſsibiliter diſputat, ſufficit & requiritur, vt hæc ſit poſsibilis, Petrus diſputat, & idem eſt de contingēter, generaliter capto: quia conuertitur cum poſsibiliter. Quarta. Ad veritatem modalis diuiſæ, de cōtingenter ſpecialiter capto. ſcilicet, ꝙ poteſt eſſe, & poteſt non eſſe, ſufficit & requiritur ꝙ ſua de ineſſe ſit contingēs, vt ad veritatem huius, Petrus contingenter diſputat, ſufficit & requiritur ꝙ hæc ſit contingens, Petrus diſputat. Quinta. Ad veritatē modalis diuiſæ de neceſſario, ſufficit & requiritur, quòd ſua de ineſſe ſit neceſſaria: vt ad veritatem huius, Deus neſſariò eſt, ſufficit & requiritur, quòd hæc ſit neceſſaria, Deus eſt. Sexta. Ad veritatem modalis diuiſæ de impoſsibiliter, ſufficit & requiritur, quòd ſua de ineſſe ſit impoſsibilis, vt ad veritatem huius, chimæra impoſsibiliter eſt, ſufficit & requiritur, hanc eſſe impoſsibilem, chimæra eſt. Septima regula. Ad veritatem modalis diuiſiuæ de imaginario, ſufficit & requiritur, ꝙ ſua de ineſſe imaginetur eſſe vera, vt ad veritatem huius, chimæra imaginariò eſt, ſufficit & requiritur, ꝙ hæc imaginetur eſſe vera chimæra eſt. At verò quando eſt propoſitio de mixta copula, prius reſoluatur copula: vt Petrus fuit & erit albus, reſoluatur ad copulatiuam, & quælibet categorica ponatur ineſſe. Et notandum circa omnes has regulas, ꝙ quando dicimus quòd requiritur veritas, aut poſsibilitas de ineſſe, intelligitur ſuppoſita conſtantia ipſius de ineſſe, vt ſuprà declarauimus, aliâs non ſequitur, Petrus poſsibiliter diſputat: ergo hæc eſt poſsibilis, Petrus diſputat: ſed ſufficit quòd poſsible ſit ita eſſe ſicut per illam ſignificatur.

His prælibatis poſſunt facilè conſtitui rotuli oppoſitionum in modalibus diuiſis: qui parum differunt à rotulis cōpoſitarum. Vbi notandum ꝙ licet in compoſitis ſolùm ſit variatio penes qualitatē ex parte modi, aut ex parte verbi: tamen in diuiſis eſt etiam variatio ex parte quātitatis ſubiecti: quæ attenditur ſicut in cæteris categoricis. Vnde poteſt conſtitui oppoſitio, & ex parte ſubiecti, & ex parte modi. v. g. conſtituātur octo propoſitiones: quatuor affirmatiuæ in latere dextro, & totidem negatiuæ in ſiniſtro: ſub hac figura. Not. 4.



Prima sinistri ordinis, omnis homo necessariò disputat, est simpliciter vniuersalis, & ex parte subiecti, & ex parte modi: & est simpliciter affirmatiua. Prima dextri ordinis, omnis homo impossibiliter disputat, & simpliciter etiam vniuersalis, tam ex parte subiecti quàm ex parte modi: & simpliciter negatiua, & ideo sunt simpliciter contrariæ. Secunda dextri ordinis, omnis homo possibiliter disputat, est vniuersalis ratione subiecti, & particularis ratione modi: & simpliciter affirmatiua. Secunda dextri ordinis, omnis homo possibiliter non disputat, est itidem vniuersalis ratione subiecti, & particularis ratione modi: & est negatiua ratione verbi, & affirmatiua ratione modi (non dicam, affirmatiua modalis, quia absolutè est negatiua) & ideo sunt disparatæ: quia manet eadem vniuersalitas ex parte subiecti, & eadem particularitas ex parte modi. Eâdem ratione, tertia dextri rotuli & tertia sinistri, scilicet, homo necessariò disputat, homo impossibiliter disputat, sunt disparatæ: qa ambæ sunt particulares ratione subiecti, & vniuersales ratione modi. Vltimæ verò, scilicet, homo possibiliter disputat, homo possibiliter non disputat, sunt simpliciter subcontrariæ: qa sunt simpliciter particulares ratione subiecti, & ratione modi. Et quò vitemus prolixitatem in figura ipsa expressum est, quemadmodum singulæ se habeant ad singulas.

Lectio

Lectio quarta.

Argu.1. *Sunt tamen nõ nulla dubia in hac ma*teria. Et primo contra primam regulam arguitur. Si Deus creasset mundum ab æterno, hæc de præterito esset vera, Deus creauit mũdum: & non posset signari instans quando illius de inesse fuisset vera, scilicet Deus creat mundum: nam ante quodlibet instans fuisset muudus: ergo propositio de præterito nõ debet probari per suam de inesse. Respondetur ꝙ non sunt Summulistæ intricandi istis difficultatibus, nec est necesse signare tempus in quo de inesse, fuit vera. Satis est ꝙ fuerit vera in æternitate Dei.

Argu.2 *Secundò arguitur. Hęc propositio* de pręterito, Basilica sancti Stephani ædificata est, est falsa: & tamen sua de inesse fuit vera, basilica ædificatur: nam sunt multi anni quibus cœpit ædificari, & nondum est ædificata: ergo regula falsa. Respondetur ꝙ quando participium significat absolutionem alicuius actionis successiuè, debet in de inesse denotari absolutio illius operis: vt ad veritatem huius, hæc basilica est ædificata, requiritur veritas huius, hæc basilica consummatur, seu perficitur.

Argu.3. *Tertiò arguitur. Post prolationem* huius propositionis: Petrus disputat, verum est dicere, hæc propositio fuit: & tamen nunquàm fuit verum dicere, hæc propositio est: ergo regula falsa. In priori editione capit. de sono latiùs de hoc diximus. Sunt. n. qui opinantur ꝙ de entibus successiuis nunquàm verum est dicere ꝙ sunt, nisi verbo veniente in ordine ad tempus, quia entia sucessiua nunquam habent partes simul in eodem instanti Sed re vera hoc est cõtra cõmunem modum concipiendi. Nam in hoc instãti verũ est dicere quòd est dies Lunę, ꝙ est mẽsis Maij &c. Et ideo dicendũ est, ꝙ etiã verbo vniente pro instanti, entia successiua sunt, & sufficit ꝙ tunc sit aliquid continuatiuum partium illius: vt adhoc ꝙ sit tempus sufficit esse aliquod instãs, & non vt sit motus satis est ꝙ sit aliquod mutatum esse. Vnde toto tempore prolationis propositionis verum erat dicere, hæc propositio est, licet non perfectè significet vsque ad prolationem vltimæ syllabæ. Sed contrà replicatur. Sequeretur ex hac solutione quòd aliqua vox esset prolata, cuius aliqua pars est proferenda: imò quòd aliqua vox esset prolata, quæ potest iterùm proferri, & potest non fuisse prolata. Probatur. Simus in instanti medio prolationis huius vocis homo, quando prolata, est prima syllaba, tunc illa vox homo est prolata, postquam verum est dicere ꝙ est, & tamen aliqua pars est proferenda. Et ex hoc sequitur quòd tota potest iterum proferri, nam quando profertur secunda syllaba, tota dictio profertur: Et eadem ratione sequitur quòd potest tota dictio non fuisse prolata, quia si non proferretur secunda pars, tota non fuisset prolata: Respondetur negando ista corollaria, quæ Summulistæ concedunt. Nam, vt in secundo argumento diximus ad veritatem propositionis de participio præteriti non sufficit ꝙ habuerit de in esse veram in qua denotetur actio: sed requiritur illa in qua denotetur actio: sed requiritur illa in qua denotatur consummatio operis. Vnde in instanti medio non est verum quòd tota dictio est prolata, licet ante illud verum fuerit dicere quòd profertur, quia requirebatur quòd verum esset dicere consummatur prolatio. Sed tamen hoc concedimus quòd aliquod ens successiuum est modò in fieri, tamen potest non fuisse totum. Nam tunc hora nona verum est dicere, dies Lunæ est & tamen si nunc finiretur mundus nunquam posthac verum fuisset, totus dies fuit. Neque hæc est potentia ad præteritum, quia Deus non potest facere quin dies fuerit in fieri, sed potest facere quòd non fuerit totus factus.

*Quartò contra eãdem regulam ar*guitur. De inesse huius propositionis, Adam fuit omnis homo, ante productionem Euæ fuit vera scilicet Adam est omnis homo, tamẽ hæc de præterito est falsa: ergo regula nulla. prob. minor. Sequitur bene, Adam fuit omnis homo, & Abrahã fuit homo: ergo Adam fuit Abraham. Sunt qui propter hanc consequentiam negant hanc propositionem, Adã fuit omnis homo Dicunt enim prædicatum distribui pro omni homine præterito, & ideo non debere poni inesse immediatè per vnam vniuersalem, sed per plures singulares post descensum sub prædicato. s. Adam est Noe, Adam est Abraham &c. Sed in contrarium est argumentum. Nam sequitur bene, Adam in isto instanti fuit omnis homo, demonstrato tẽpore ante productionem Euę, ergo Adã fuit omnis homo. Consequentia est nota per ascẽsum sub determinatione copulæ præcedentis prædicatum, & antecedẽs constat: quia tunc ly homo, solum supponit ꝓ Adam qui solus fuit in illo instanti. Adhoc duo sunt modi respondendi. Aliqui enim concedunt Argu.4.

ascen-

ascensum,& negant antecedens, quia dicunt copulam non restringere prædicatum. Quare in hac, Adam in isto instanti fuit omnis homo, prędicatū supponit etiam pro Abraham, Sed re vera hoc est cōtra regulas Dialecticas. Nam verbum trahit extrema ad supponēdum in ordine ad suum tempus. Vnde sicut in hac, Adam est omnis homo, prędicatum supponit solùm pro præsentibus, ita in hac, Adam in hoc instāti fuit omnis homo, supponit solùm pro existentibus in illo instanti. Sicut in hac, huius hominis filius est iustus, ly filius, solùm supponit pro filio hominis demonstrati, Alij è contrario concedunt antecedens, sed negant consequētiam. Dicunt enim, non licere ascendere sub determinatione copulæ anteq̃ sub p̄dicato, quia arguitur à magis ad minus restrictum, cum distributione. Sed isti habent minorem apparentiam, Nam quando determinatio præcedit determinabile tunc determinabile restringitur à determinatione, taliter vt resolutio ipsius dependeat ex resolutione determinationis. Vt sequittur bene. Petri quilibet equus currit, vel Pauli &c. ergo hoīs quilibet equus currit, Nec valet si assignetur differentia in ter determinationem categorematicam & determinationē copulæ. Nam hæc differentia nulla ratione fulcitur. Igitur, ni fallor, propositio argumenti. s. Adam fuit omnis homo, est vera, vt monstratū est in argumento per suā de inesse & per ascensum sub determinatione copulæ. Et ad argumentum in contrarium, negatur ille syllogismus vbi subsumitur sub predicato, quia illud non distribuitur complete, vt liceat sub illo descendere aut syllogizare, quoadusq; fiat resolutio sub determinatione præcedenti. stante determinatè: sicut non sequitur, hominis quilibet equus currit, brunelus est equus, ergo hominis brunellus currit. Et si arguas. In hac propositione, Adam fuit omnis homo, prædicatū supponit pro omni homine qui fuit: ergo signum vniuersale pro quolibet tali distribuit. Concedo antecedēs. Sed tamen accipitur depēdenter ex determinatione copulæ, & ita distribuitur. Hinc fit, hanc consequētiam non valere. Adam fuit omnis homo, ergo omnis homo qui fuit, est vel fuit Adam. Arguitur enī à determinatione non vnica ad vnicam cum distributione determinabilis, ac subinde, ab incompleta ad cōpletam distributionē. Veluti hîc, hominis quilibet equus currit. ergo quilibet equus hominis currit: sed. cōuertenda est dicta propositio in hanc, In aliquo tempore omnis homo qui fuit, est vel fuit Adam. Sequitur. Secundo hāc, Petrus possibiliter est omnis homo esse necessariam, vt pote cuius prædicatum supponat distributiuè dependenter: quę proinde debet immediatè reduci ad suam de inesse, ante resolutionen prædicati. s. Petrus est omnis homo, quæ est possibilis, pręsertim hoc habet verum quādo signum vniuersale sequitur modum & copulā & efficitur pars prædicati. Nam de ista, Deus possibiliter omne ens est, non est tam certum, vt videbitur argumento nono.

Ad hunc modū, loquendum est de propositionib⁹ de prædicato infinito: quod virtualiter includit vniuersalitatē. Arguitur enim quintò contra candē regulā. Casu quo Petrus quandoq; fuisset albus & posteà niger, de inesse huius propositionis, Petr⁹ fuit non albus, esset vera, puta, tempore quo erat niger, tamen hęc de præterito nihilominus esset falsa. Nam sequitur bene, Petrus fuit nō albus: ergo Petrus fuit illud quod nunq̃ fuit album, cùm ly non, infinitet secundum exigentiam cōtradictionis, ergo regula falsa. Respondent isti quemadmodū ad quartum argumentum, negando illam propositionem de pręterito in illo casu. Nam, negatio infinitans infinitat secundum exigentiā cōtradictionis. Vnde, cùm in hac, Petrus fuit albus, prædicatum accipiatur pro illo quod aliquādo fuit album, fit vt in hac, Petrus fuit nō albus, accipiatur pro illo quod nunq̃ fuit album, atq; adeò dicunt nō esse ponendam in esse in propria forma. s. Petrus est non albus, sed hęc est sua de inesse, Petrus est quod nunquàm fuit album, vt ly fuit, importet omne tempus præteritum ante hoc instans. Sed tamen existimo, illam propositionē esse veram iuxta illa quæ diximus in præcedenti argumento. Nam in hac, Petrus fuit albus, ly album, supponit pro albo præterito, dependēter tamen à determinatione copulæ stante determinatè. s. Petrus in aliquo tempore fuit albus. Vnde, cùm negatio infinitans non infinitet illam determinationē, tantū valet, Petrus fuit non albus, sicut, Petrus in aliquo tēpore fuit non albus, quod in casu argumenti est verū. Nam tempore quo erat niger, fuit non albus: nec negatio infinitans debet infinitare ampliationē p̄dicati sed significatum. Et confirmatur hæc ratio. Nam cùm in hac Petrus fuit non albus, copula pręcedens stet determinatè, pri⁹ debet poni in esse ratione illius, Argum. 5.

illius, fine aliqua inculcatione prędicati. Et cōfirmatur secundò ex communi modo loquendi: nam istæ ptopositionis, Petrus fuit albus, Petrus fuit non albus, non sonant sensus contradictorios, vt ipsi putant. Item arguitur contra istos. Sequitur enim secūdùm illos has cōsequentias nō valere, Petrus semper fuit nō albus: ergo Petrus aliqn̄ fuit non albus. Nam sensus est, Petrus fuit quod non sempet fuit albū: ergo Petrus fuit quod non aliquando fuit album. Nec sequitur, Petrus fuit nō albus: ergo Petrus est vel fuit nō albus: nam casu quo ante hoc semper fuerit niger, & nunc primò albus, antecedens verū & consequens falsum. Et eodem casu non sequitur, Petrus est & fuit non albus: ergo Petrus est nō albus, vt patet si explices infinitationē prædicati per contradictoriam copulam. Item vltimò arguitur. Nam eâdem ratione dicūt has modales omnes esse impossibiles, Petrus possibiliter est non alb9, Deus possibiliter est nō creans, negantes hanc consequentiam, Deus necessariò est non creans: ergo possibiliter est nō creans. Quæ omnia videntur obuiare modo concipiendi, cuius præsertim habenda est ratio in Dialecticis. Et ideò nos cōcedimus has esse necessarias, Petrus possibiliter est nō albus, Deus possibiliter est non creans, vt patet per suas de inesse. s. Petr9 est nō alb9, Deus est non creans. Imo verò, etiam si terminus infinitus ponatur à parte subiecti concedit Aristo. in primo Poste: Non cytharizantem possibile est cytharizare, vt sit sensus, ille qui non cytharizat possibile est vt cytharizet quanquàm forsan in rigore esset falsa. Nam quando terminus infinitus præcedit copulam videtur infinitare secundùm exigentiam ampliationis. Sed potest etiam sustineri oppositum, quòd non infinitat nisi quantū ad significationem. Ex quo sequitur ꝙ duo termini contradictorij mediante copula particulari possunt verificari de eodem. s. Petrus fuit albus & fuit non albus, Petrus possibiliter est albus & possibiliter est non albus, quia negatio infinitans, non negat copulam.

Not. 1. *Dubium est hic de veritate istarū*, homo sine oculis potest videre, homo sine pedibus potest ambulare, homo sine gratia potest esse iustus &c. Ad quod facilè respondetur per distinctionē. Nam si illa determinatio feratur in verbum, potest, illę propositiones sunt impossibiles & inuoluentes contradictionem. Sed si sint determinationes subiecti, tunc sunt verę. Nam sequitur bene, Hic homo potest videre, & hic potest esse homo sine oculis: ergo &c. faciūt enim sensum diuisum. Sed in contrarium est argumētum de his, album sine albedine possibiliter disgregat visum, videns sine oculis potest iudicare de coloribus. Videntur enim impossibiles, quomodocūq; accipiatur illa determinatio. Si enim feratur in verbum, iam probatæ sunt impossibiles. Et si sint determinationes subiecti idē probat. Nam sequitur bene, album sine albedine possibiliter disgregat visum: ergo hoc possibilr̄ disgregat visum, & hoc possibiliter est album sine albedine: & hæc secunda est falsa, implicans contradictionem. Respondetur ꝙ in rigore in vtroq; sensu sunt falsæ sed tamen sano modo possunt accipi in sensu vero. s. hoc quod modò est sine albedine potest disgregare visum, & potest esse albū: & hoc quod modò est sine oculis potest iudicare &c. quia potest esse videns. In quo sensu accipit illam Aristo. Non cytharizantem possibile est cytharizare.

Argu. 6. *Sextò arguitur cōtra tertiam regulā*. De inesse huius propositionis, omnes angeli possunt esse creati (signo collectiuè tento) est possibilis. s. omnes angeli sunt creati, imò nunc est vera, & tamen ipsa modalis est falsa: ergo tertia regula non habet verū. Probatur minor. Sequitur bene. Omnes angeli possunt esse creati: ergo tota collectio angelorum potest esse creata, quod est falsum. Nam subiectū stat pro tota collectione possibilium, q̄ tamen non potest assignari. Nam cùm potentia Dei sit infinita, quibuscunq; datis, potest Deus plures creare. Hic in primis, quantū attinet ad regulam Dialecticam, certùm est ꝙ propositio modalis de signo collectiuo debet regulari per vnam de inesse vbi exprimatur tota collectio suppositorum, secundū exigentiam ampliationis. Quare de inesse huius modalis, non est illa, omnes angeli sunt creati, sed hęc, omnes angeli possibiles sunt creati, vel tota collectio possibiliū angelorum est creata. Nec valet cōtra hoc argumētum ꝙ quando signum accipitur distributiuè nō reqrit ꝙ exprimatur ampliatio in propositione de inesse. Nam signū distributiuū facit sensum diuisum. Et ideo sufficit ad veritatem huius, omnes homines possunt esse, quòd isti possunt esse, & isti &c. sed signum collectiuum facit sensum compositū. Et ideo requiritur ꝙ omnia supposita

posita sint cōpossibilia pro eodem instanti. Sed esto ita sit, disputant dialectici de possibilitate illius de inesse, omnes angeli possibiles sunt creati: tametsi non sit tam dialectica, quàm physisa quæstio. Est enim quæstio an Deus possit creare omnia possibilia simul collectiuè. Sunt enim qui opinātur partem affirmatiuam. Nec alio argumento mouentur, nisi ꝙ non implicat cōtradictionem. Vnde ad argumentum quod nos faciebamus, datis quibuscunq; suppositis, Deus potest plura producere, nam aliàs eius potentia esset ex hausta. Hoc negāt, imò dicunt in hoc maximè lucere omnipotentiam Dei, quòd omnia possibilia possit simul ꝓducere, Nec sequitur ꝙ posteà potētia Dei sit exhausta, quia si non potest plus, non est ex defectu potentiæ, sed quia nihil est producibile. Sicut potencia Dei non dicitur exhausta quia non possit producere chimæram. Hæc opinio, quanquàm sit, vtcūq; defensabilis, mihi tamen non est probabilis. Credo enim esse impossibile: vt Deus omnia producibilia simul ꝓducat. Et arguitur sic. Dato quocūq; numero creabilium iam creato, adhuc restāt infinita creabilia: ergò non potest esse creatus totus numerus creabilium. Probatur antecedens. Creabile solū dicit ex nihilo producibile: ergò quibuscunq; ex nihilo productis, cū ibi nulla materia consumatur: adhuc restant infinita creabilia. Et confir. Creabile nullam potentiam dicit ex parte pasśi, sed solùm ex parte agentis, & Deus per nullam productionē fit minoris potentiæ: ergò quibuscunq;, quantūcunq; infinities, infinitis creatis, adhuc restant alia creabilia, & per cōsequēs si Deus non posset illa creare, potentia eius esset exhausta. Secundò arguitur. Quia omnibus illis possibilibus datis, Deus potest quodcunq; illorum annihilare & reproducere, vt ipsi cōcedunt: ergò potest vnū nouum producere, cùm nō appareat maior repugnantia in vno quàm in alio. Sed confirmatur hæc ratio, vt dicebamus in priori æditione. Si Deus potest creare tot angelos vt non possit plures, eâdem ratione potest eundem toties annihilare & reproducere vt non posset pluries. Nam qua ratione datur numerus entium possibilium, debet admitti numerus productionum possibiliū. Sed illo dato sequitur quòd ille angelus nec manebit, nec non manebit, & sic duæ contradictoriæ falsæ. Nam dato quòd maneat, sequitur quòd datur res quam Deūs non potest annihilare. Et dato quòd non maneat, sequitur quòd datur res, quam non potest producere. Nec valet respōsio dubitando, an maneat necne. Nam argumentum probat certum esse vtranq; partem esse falsam. Et tertiò arguitur. Sequitur ex opposita opinione ꝙ Deus potest facere simul omnia creabilia & singula diuidere omnibus modis possibilibus, & singula ponere in singulis locis possibilibus. Et certè est mirabile quomō Deus possit in omnibus diuisionib⁹ possibilibus diuidere, & singulas partes cū singulis possibilibus reunire in singulis possibilibus locis. Igitur ad argumentum principale negatur illam modalem esse possibilem, quia subiectum non potest supponere, cùm non possint esse producta omnia possibila.

Sed contra hoc arguitur. Deus cognoscit omnia simul, quæ potest producere, imò collectiuè omnia simul, quæ potest cognoscere, quia cognitio Dei nō potest crescere: ergò potest omnia simul ꝓducere. Negatur cōsequētia. Non enim repugnat Deū cognoscere tot vt non possit plura, & tamen repugnat creare tot vt nō possit plura creare. Et causa est primò ex parte subiecti, quia cognitū à Deo nihil ponit à parte rei supra cognoscibile. Cognoscit enim simplici intelligētia illa, que naturaliter non possunt esse, & ideò non repugnat ꝙ non sint plura cognoscibilia, quā cognita. Sed tamē creatum dicit existentiam, cùm tamen creabile nihil dicat ex parte subiecti. Et ideò quocunque numero creato adhuc restant creabilia. Est etiam differentia ex parte Dei, quia cognoscere dicit perfectionem in Deo, & propterèà cognoscit omnia cognoscibilia. Sed tamē creare actualiter non addit perfectionem supra potentiam creandi. Et ideò non repugnat ꝙ non possunt creari omnia creabilia. Et sic, quanquàm possint dari infiniti angeli creati & infinities infiniti, adhuc restant infiniti creabiles. Solent hic disputare Summulistæ de veritate huius, in quālibet suam partem quodlibet continuum possibiliter est diuisum, circa quam Summulistæ solùm habent considerare primò ꝙ hæc facit sensum diuisum: & hæc, inquamlibet suam partem aliquod continuū esse diuisum est possibile, facit sensum compositum. Quare prima debet probari per ascensum sub ly, continuū, quod est antecedens relatiui, & subiectum propositionis, vt diximus in cap. de relatiuis, deinde sub relatiuo. Quare illa propositio est necessaria. Nam in hanc suā partem

tem Petrus potest esse diuisus, & in hac &c. Quòd si arguas ꝙ hæc.v.g.in suam medietatem.Petrus possibiliter est diuisus, sit falsa eo ꝙ de inesse est impossibilis.s.in suam medietatem Petrus est diuisus.Nam quãdo est diuisus,iam ly,Petrus nõ supponit. Respondetur ꝙ ly, diuisus ampliat. Et ideò ly. Petrus supponit, etiam in illa de inesse. At verò vtrum in sensu composito sit possibilis, videlicet,an possibile sit,Petrum in omnem suam partem esse diuisum.Quæstio est physica ad quintum physi.pertinens. Credo tamen illam esse impossibilem,iuxta illa quæ dicebamus modò in hoc sexto argumento. Imò implicat contradictionem,omnes partes continui esse simul diuisas.

Argu.7. *Septimò arguitur contra eandem* regulam.De inesse huius,Antichristus possibiliter est homo qui est,est possibilis.s. Antichristus est homo qui est,& tamen ipsa est falsa:ergò tertia regula nulla. Minor patet resoluenti relatiuum.s.Antichristus possibiliter est homo,& ille est.Nam hæc secũda est falsa,Pro solutione huius argumẽti animaduertendum est relatiuum,qui,in propositione modali tripliciter posse collocari. Vno modo à parte prædicati,referens terminum positũ à parte subiecti:vt Antichristus possibiliter est animal qui est.Et tunc facit sensum copulatiuũ.s. Antichristus possibiliter est animal & ille Antichrist⁹ modo est, Quare illa non est purè modalis.Secundò modo vt relatiuum situet à parte subiecti cum copulatiua implicationis.Et tunc, licet sit formaliter categorica,debet tamen resolui ratione relatiui per copulatiuam:vt Antichristus qui est homo possibiliter est animal, resoluitur per hanc,Antichristus possibiliter est animal & ille est homo,cui⁹ vna pars est modalis,altera de inesse.Ex quo sequitur dictas propositiones esse contingentes, quia non sunt purè modales.Nunc enim sunt falsæ,& tẽpore Antichristi erunt veræ. Tertio modo relatiuum ponitur à parte prædicati referens terminum secum positum:vt Antichristus possibiliter est animal quod est.De quo genere propositionum est difficulas, an modus feratur in totum prædicatum,ita vt ampliet copulã implicationis: vel vtrum illa copula restringat singulariter pro tempore præsenti?Et quanquàm vtrunq; sit fortè probabile,verisimilius tamẽ est, & modo concipiendi magis consonans,ꝙ illa copula amplietur,vt sit sensus.Antichristus possibiliter est animal existens.Quare illa propositio modalis est necessaria, & debet immediatè regulari per possibilitatem suæ de inesse scilicet, Antichristus est animal quod est, Nec illa copula restringit singulariter pro instanti quod nunc est præsens,sed pro illo quod potest esse præsensS.ed arguis contrà. Ergo pariter in hac,Antichristus qui est possibiliter est homo,copula implicationis ampliatur, & per consequens hæc modalis est necessaria sicut alia.Negatur consequentia:

Nam quando relatiuum præcedit modum,tunc est prius resolubile secũdum exigentiam suæ restrictionis. Ex his sequitur hanc propositionem esse necessariam. Res quæ nec est,nec fuit, nec erit,potest esse. Nam sequitur benè,hæc res potest esse (demonstrata re possibili quę non erit) & hæc nec fuit nec erit:ergò,

Octauò contra quintam regulam arguitur de inesse huius propositionis, anima antichristi necessariò erit,est contingẽs, scilicet,anima Antichristi erit,quæ est de futuro contingenti,& tamen modalis ipsa est necessaria:ergò quinta regula falsa.Prob.minor.Illa modalis aliquando erit necessaria, puta nato Antichristo:ergò modo est necessaria:quia sicut propositio,quæ semel est necessaria semper posteà est necessaria,ita videtur quòd quæ aliquando erit,necessaria etiam nunc sit necessaria. Pro solutione argumenti notandum, hos quatuor modos,necessariò,possibiliter &c.dupliciter accipi, scilicet,naturaliter & simpliciter,seu per quancunq; potentiam. Possibile naturaliter est, quod per causas naturales potest esse, vt generationes rerũ.Impossibile,quod per causas naturales nõ potest esse,vt productio vel corruptio cœli.Possibile simpliciter est,qd' Deus absolutè potest facere, vt creatio alterius mũdi.Impossibile simpliciter est, quod implicat contradictionem,vt hominem esse equum. Necessarium naturaliter est quod per causas naturales non potest aliter esse, vt cœlũ & intelligẽtiæ. Et contingens quod per causas naturales potest esse & non esse, vt Petrum sedêre.Sed necessarium simpliciter est ꝙ per nullam causam potest aliter esse,vt Deum esse:& contingẽs,quod per potentiam diuinam potest esse & non esse, vt Petrum esse beatum.Igitur ad minorẽ argumenti respondemus ꝙ illa modalis est contingens modo, vt patet per suam de inesse, licet aliquando erit necessaria naturaliter. Argu.8.

Illa

Illa enim quæ est simpliciter necessaria, sicut Deus est, semper est necessaria. Sed tamen naturaliter potest, quod nunc est cõtingens effici necessarium. Nam post productionẽ animæ Antichristi, per nullas causas naturales potest fieri vt non sit: imò quod mõ est impossibile, potest fieri necessariũ, & quod modò est necessarium potest fieri impossibile. Nam hæc est modò impossibilis, Antichristus fuit, imò nec Deus potest facere, vt sit vera, licet potuit facere antè, quia ad præteritũ non est potentia. Et sua contradictoria negatiua est necessaria pro isto instãti. Et tamen post productionẽ Antichristi affirmatiua erit necessaria & negatiua impossibilis. Sed contra hanc solutionẽ arguitur. Hæc propositio, anima Antichristi necessariò erit, habebit vnam de inesse veram. s. anima Antichristi necessariò est (nato Antichristo) ergò nũc est vera postquã est de futuro. Respondetur ꝙ non debet poni inesse immediatè ratione verbi, erit, sed ratione modi necessariò. s. anima Antichristi erit: & hęc debet esset necessaria, vt illa modalis sit vera. Sed arguitur ꝙ illa de inesse sit necessaria: Nam est vna de futuro, quę habebit vnam de inesse necessariam (nato Antichristo). s. anima Antichristi est. Respondetur ꝙ quanquâm ad veritatem propositionis de futuro sufficiat ꝙ sit habitura vnã de inesse veram, tamen ad necessitatem non sufficit ꝙ sit habitura vnam necessariam. Quia potest mutari de contingenti in necessariam.

Argu. 9. *Nonò arguitur. De inesse huius* ꝓpositionis, Deus necessariò est creans, non est necessaria vt notum est, & tamen modalis ipsa est vera: ergò regula falsa. Prob. minor. Quia prædicatum stat pro creante possibili, & per consequens subiectum & prædicatũ supponũt pro eodem. Vnde, cùm sit affirmatiua, sequitur vt sit vera. Mouetur hic dubiũ, an appellatio de ly, necessariò restringat prædicatum quo ad suppositionẽ, videlicet, vt solũ supponat pro creante necessariò, an potiùs prædicatũ stet pro possibili. Et nihil omnino refert quãtũ ad veritatẽ propositionis vtrã partẽ sustineas. Nam si restringatur, tũc prædicatũ nõ supponit. Et si non restringatur, tunc quanq̃ prædicatũ supponit non tamen verificať de subiecto mediante illa appellatione vniuersali, quare vtroq; modo est falsa. Est argumẽtum ꝙ nõ restringatur: quia in sua cõtradictoria. s. Deus possibiliter non est creans, prędicatum stat pro omni creante possibili, & videť ꝙ in contradictoriis terminis supponẽt eodẽ modo. Itẽ ꝗa appellatio, maximè quæ prouenit à modo verbi. alia res est à restrictione extremorum. Sed ꝙ restringať est argumentũ, quia in conuertente debet restringi: conuertitur enim in hãc, creans quod necessariò est creãs possibiliter est Deus. Quòd si teneatur ly, necessariò restringere, idem est dicendũ de ly, est & fuit, videlicet ꝙ prædicatum huius, Petrus est & fuit albus, solũ supponit pro illo quòd est & fuit album. Mihi tamẽ verisimilius est ꝙ non restringať quo ad suppositionem. Nam aliàs hæc ꝓpositio esset vera, Deus necessariò om̄e ens est, quę certè videtur repugnare modo cõcipiendi. Nam tunc prædicatum solũ distribueretur pro ente necessario, & sic non distribueretur nisi pro solo deo. Et ꝙ illa sit falsa patet per suã de inesse. Nam postquã ly, necessariò est vniuersalitas præcedens, videť ꝙ debeat poni inesse immediatè: vel saltẽ indifferẽs est ꝙ ponatur inesse vel resoluatur ratione prædicati. Sed contrã nos est argumẽtũ. Nam eâdẽ ratione sequeretur hanc esse falsam, tantum Deus necessariò est ens, quæ tñ, si aures cõsulas, verum sonat. Et prob. sequella, quia si prędicatũ stat pro ente possibili, multas habebit singulares falsas. cum illud prædicatũ destribuitur. Nihilominus negamus sequellã quia dicta exclusiua debet ꝓbari immediatè per suas exponentes. Vel si fiat descensus copulatiuus sub prædicato, non debet fieri descẽsus, nisi secundũ exigentiã cõuertentis: quæ est hæc, omne ens quod necessariò est ens possibiliter est Deus. In summa credo nõ esse certam regulã restrictionis in his: ꝗa huiusmodi modales non debẽt probari per suppositionem extremorũ, sed per suas de inesse. Et sic nihil refert, an restringatur necne: quia aliquando æquiualebit in consequendo vni in qua restringitur, & aliquando non.

At dubium est de veritate huius Deus necessariò aliquod ens non est. Sunt enim qui negant & sunt qui concedunt pro libito. Et iuxta illa, quæ diximns in quarto argumẽto videtur illa propositio falsa. Nam cõtradictoria eius est vera, scilicet Deus possibiliter, omne ens est, cùm enim ly, possibiliter, sit particularitas præcedens, signũ vniuersale debet probari immediatè per suam de inesse scilicet. Deus omne ens est, quæ est possibilis. Et ita potest satis apparenter responderi. Nihilominus in his melius est sem

per aures consulere. Et fortè non est idem quando signum vniuersale sequitur & modum, & verbum. & efficitur pars extremi, vt Deus possibiliter est omne ens: & quãdo sequitur solum modũ, & non verbum, vt Deus possibiliter omne ens est. Nam de prima non dubito quin sit vera. & debet immediatè probari per suam de inesse, postquàm signum supponit immobiliter, sed de secunda non est adeò certum. Nam cùm signum præcedat copulam, non efficitur pars extremi. Et ideò distribuit mobiliter. Quare videtur æquipollẽre, Deus possibiliter õme ens est, & Deus omne ens possibiliter est. Et ideò potest probabiliter sustineri falsa, & sua contradictoria vera, scilicet, Deus necessariò aliquod ens non est. Nec debet immediate poni inesse: sed priùs debet resolui prędicatum, scilicet, Deus necessariò hoc ens non est, & demonstrãdo creaturam habet vnam singularem veram. Nec mirandum si in dialectica aliquæ sint propositiones problematicæ ad vtranq; patem.

Argu. 10. *Vltimò arguitur cõtra quartam* regulam. De inesse huiũs, Deus contingẽter creat, est cõtingẽs, scilicet, Deus creat, & modalis est falsa: ergo regula nulla. Proba. minor, quia Deus nihil contingẽter facit. Contingenter enim fit quod forte & inconsultò accidit, quod deo non conuenit. Notandũ quia contingẽs, vt diximus in principio huius capitis, tripliciter accipit Aristo. 1. Pri. c. 3. s. vt couuertitur cum ly, existens, & vt conuertitur cum ly, possibile quod dicitur generaliter captum: & pro illo quod potest esse & potest non esse, quod appellatur contingens specialiter captũ. De secunda acceptione iam dictum est. Et de tertia dicendum est modò. Vbi notãdum ꝙ dialectici non vtuntur nomine contingentiæ secundũ propriã significationem. Nam certè contingens est quod fortè, & præter intentionem fit, sicut est inuẽtio thesauri, Quare Deus nihil facit propriè cõtingẽter: vt dicit. S. Tho. in. 1. part. q. 19. licet liberę faciat quicquid facit ad extrà. Sed dialectici vsurpant contingens pro illo quod potest esse & potest nõ esse. Et ad hunc sensum Deus contingenter operatur, id est, liberè, & per potentiam ad vtrũlibet. Tertiò, notate ꝙ ly, contingenter specialiter captũ nec est vniuersalitas: quia exponitur per ly, possibiliter: nec est pure particularitas, quia exponitur per ly, &, & ideo Petrus Hisp. inter æquipollentias non vsus est pro positionibus de contingẽti specialiter capto. Notandũ quarto ꝙ si ly, contingenter, vtrobiq; affirmetur vel vtrobiq; negetur, idẽ est verbũ affirmari aut negari. Aequipollẽt eñ Petrus contingenter disputat, Petrus contingenter non disputat. Quæ est sententia Ari. primo Priorũ, dicentis, ꝙ propositio de contingenter conuertitur in oppositan qualitatem. Et ratio est, quia ex duabus cõtradictoriis, si vna est cõtingens, altera est cõtingens. Vnde sequitur, ꝙ si Petrus contingenter disputat, Petrus cõtingẽter non disputat. Quo fit, vt quãdo propositiones de inesse modalium nõ sunt cõtradictoriæ, tunc nec modales sunt æquiualentes: vt Petrus cõtingenter est ens, Petrus contingẽter ens nõ est. Prima enim est vera (si termini supponant, non naturaliter, sed accidentaliter) & secunda est falsa, quia de inesse illius. s. Petrus ens non est, non est contingẽs: imo necessaria: videlicet Petrus Deus nõ est. Quod si arguas contra, Petrus contingenter Petrus non est: ergo Petrus contingẽter ens, nõ est, per ascensum sub prædicato, & antecedẽs est verum: quia sua de inesse est cõtingẽs: ergo & cõsequens. Negatur ille ascensus: quia prędicatũ virtualiter confundit in ordine ad ly, &, inclusum in modo contingẽter & ideo illa propositio prius est ponenda inesse. Tametsi iuxta illa, quæ modò dicebamus de ly, necessariò, problematice potest defendi: ꝙ postquàm prædicatum præcedit copulam, licet sequatur modum, potest immediatè resolui.

Caput septimum.



Propositio hypothetica est illa: quæ habet duas categoricas coniũctas. tanꝙ partes principales sui: vt si homo currit, homo mouetur. Et dicitur hypothetica ab hypothiti, mi quod est suppono, quasi suppositiua loquutio, quia vna eius pars supponitur alteri. Propositionũ hypotheticarũ alia cõditionalis, alia copulatiua alia disiũctiua. Lectio vnica.

Propositio vt suprà visum est, in categoricã primò diuiditur & hypotheticam: tanquam in duas eius species totum genus

genus adęquantes. Igitur post categoricæ tractatum propositionis, subsequitur, vt de propositione hypothetica quatuor sequentibus capitulis disputemus, in primo, videlicet, de hypothetica in vniuersali, & in tribus sequentibus, de tribus eius speciebus.

Nota. *Propositio hypothetica, inquit Petrus* Hispanus, est illa, quæ habet duas categoricas coniunctas tanquàm partes principales sui. Quæ quidē definitio doctrinaliter est intelligenda: quia non requiritur, partes principales hypotheticæ esse duas tantùm, nec esse categoricas, imo nec esse propositiones. Vt in inductione .s. Petrus disputat, & Paulus disputat, & Cicero disputat &c. plures quàm duæ sunt partes principales, & in hac copulatiua, si Tullius loquitur, Marcus loquitur: & si Marcus loquitur, Tullius loquitur, partes principales, non sunt cathegoricæ, sed hypotheticæ: & in hac cōditionali: si homo volaret, haberet alas, partes principales non sunt propositiones, sed complexa propositionalia. Et si ly.a. tantùm significaret sicut, Petus disputat, & Paulus disputat. esset quidē hypothetica, licet formaliter in voce nō haberet plures hypotheticas: quia habet illas virturaliter. Sed habetur in definitione, propositiones coniunctas, quia hæc propositio plures, canis disputat, nō est hypothetica, quanquā subordinetur in mente tribus categoricis inconiunctim sumptis.

Not. 3. *Subiungitur in textu, quòd hypo*thetica dicitur ab hypothitimi. In textu vulgato habetur, ab, hypo, quòd est, sub, & thesis, positio, sed tamen cum sit nomen verbale, meliùs deducitur à verbo, hypothitimi. Nam thesis etiam est nomen verbale à tithimi: quod verbum componitur cum hypo.

Quo fit vt nomen hypothetica secundum etymologiam soli conueniat conditionali, aut rationali, aut causali. quæ sunt cōsequentiæ, in quibus supposito antecedente subsequitur consequens. Vnde Boetius in de syllogismo hypothetico, propositio, inquit, hypothetica est, quæ cum quadam conditione enunciat esse aliquid, si fuerit aliud veluti si ita dicimus, si dies est, lux est, & ibidem, Omnis propositio aut categorica est, que prædicatiua dicitur, aut hypothetica, quæ conditionalis vocatur. Hęc Boetius. Copulatiuam vero & disiunctiuā non erat in vsu antiquorum vocare hypotheticas: quia cùm non significent illationem aliquā, nec quicquam præter id, quod partes significant, non requirunt specialem considerationem, præter considerationem categoricarum. Petrus Hispanus & de inceps Summulistæ extendunt nomen hypothetica ad copulatiuam & disiunctiuam, eò quòd plures categoricas complectantur.

Vnde subiungitur in tertia parte Not. 4. textus: Propositionum hypotheticarū alia conditionalis, alia copulatiua, alia disiunctiua: & sub primo membro comprætenduntur rationalis & causalis. Nec te moueat, vt existimes plures esse species, eò quòd appareat, exclusiuam esse hypotehticam, quia exponitur per plures categoricas. Item illa, sole lucente dies est, & similes: quanquam exponantur per hypotheticas: sunt tamen formaliter categoricæ. At vero quando sunt formaliter plures categoricæ, vel in voce, vel in mentali propositione cui illa vox subordinatur, tunc talis propositio est hypothetica: vt quando Petrus disputat, benè agit. Vbi ignis est, calor est. Homo est animal qui est rationalis. Homo currit, ergo animal currit. Quia homo est rationalis homo est risibilis. Quanuis Sol non appareat, calor viget, omnes sunt hypotheticæ: & illæ quæ sunt illatiuæ, comprætenduntur sub conditionali, & illa de relatiuo comprætenditur sub copulatiua: quia ly, qui, tantùm valet sicut ly, &, quare dicitur copulatiua de relatiuo, sicut aliæ dicuntur temporalis, aut localis, aut aduersatiua &c. Vltimò notandum est hic, quòd quando sunt in aliqua hypothetica plures, atque adeò variæ coniunctiones, distinguendum est quænam illarum accipiatur tanquam copula principalis. verbi gratia, si dicas, si Petrus disputat, homo disputat: vel Petrus disputat, & Petrus non disputat, tunc si ly, &, est copula principalis, est vna copulatiua contingens: vt puta cuius vna pars principalis est cōditionalis, scilicet, si Petrus disputat, homo disputat, vel Petrus disputat, & altera est vna categorica contingens: sed si ly, vel sit copula principalis, tunc est vna disiunctiua necessaria, quia prima pars principalis, scilicet, si Petrus disputat, homo disputat: est vna conditionalis necessaria. Si autem ly, si, sit copula principalis, tunc tota est vna conditionalis necessaria, si ly, vel sit principalis copula consequentis: nam si ly, &, sit copula principalis, est impossibilis: quia non est bona consequentia.

Propositio hypotheti. multiplex.

Not. 5. Qualitas hypothe.

Sed antequam descendamus ad singulas species, animaduertẽdum est, ꝙ hypothetica non dicitur quanta, quia non habet subiectum tanquam partẽ principalem sui. Dicitur tamen qualis. s. affirmatiua aut negatiua ratione coniunctionis: quę est principalis copula. Vbi notãda est hæc regula: quod quãdo negatio aduerbialis ponitur in fronte propositionis, & non efficitur pars primę categoricæ: aut apponitur immediatè copulæ hypotheticæ, tunc reddit hypotheticam negatiuam: aliàs semper hypothetica est affirmatiua. v. g. Non Petrus currit, & Paulus mouetur, est copulatiua negatiua: quę æquiualet huic disiũctiuę affirmatiue, Petrus nõ currit, vel Paulus non mouetur: hæc (si congrua est) homo disputat nõ & homo loquitur pariter est copulatiua negatiua. Sed hæc nullus homo disputat & nullus homo loquitus, est copulatiua affirmatiua: quia negatio nominalis non negat copulã hypotheticæ,

No. 6. *Sed dubitant hic, an negatio quæ* fertur in totam hypotheticã, neget singulas eius partes. v. g. Vtrum in hac conditionali, non si animal currit homo currit, illa negatio neget verba & distribuat extrema. Respõdetur ꝙ verisimilius est ꝙ non negat formaliter, nisi solam copulam hypotheticæ: siue sit conditionalis siue cuiuscunq; alterius speciei hypotheticæ. Quod prob. primò per sensum talis propositionis: qui est huiusmodi, non sequitur, si animal currit homo currit, vbi constat negationem solum negare illationem vnius categoricæ ex altera, nihil immutando circa qualitatem aut quantitatem categoricarum. Secundò prob. ex modo loquendi dialecticorum dicentium copulatiuam negatiuam æquiualẽre disiunctiuæ affirmatiuæ ex partibus contradicentibus: vt hæ æquiualent, non homo disputat & homo loquitur, nullus homo disputat vel nullus homo loquitur: & per consequẽs partes copulatiuæ negatiuæ sunt indefinitę & affirmatiuæ: quia sunt contradictoriæ partium disiunctiuæ, ac perinde negatio non fertur formaliter in illas. Item tertiò, quia negatio negans copulam hypotheticalem non efficitur pars alicuius categoricæ, ergo non negat aliquam partem alicuius categoricæ. Quòd si arguas contra hoc, quia negatio est malignantis naturæ: quæ quicquid post se inuenit destruit &c. ergo negat categoricas, respondetur ꝙ negatio non negat nisi id solùm quod concipitur tanquàm eius obiectum; modò quãdo negatio ponitur in fronte hypotheticæ, non concipimus tanquam obiectum nisi totam hypotheticam & non partes eius. Secundò contra idem: Sequitur quòd maneret eadẽ particularitas & eadem vniuersalitas in duabus cõtradictoriis. Conceditur, quia hypotheticæ non habent probari per suppositiones extremorum immediatè, sed per reductionem ad suas partes.

Argu. 5. Tertiò arguitur. Eãdem ratione sequeretur quòd negatio præposita in principio categoricæ solùm copulã negaret, & non extrema. Negatur consequẽtia: quia negatio reddit sensum contradictorium sui obiecti: qui quidem sensus contradictorius fit in categoricis per mutationem quantitatis & qualitatis. Verum est tamen quod disputatio est de nomine. Potest etiam dici quòd negatio, licet non mutet quantitatem & qualitatẽ partium hypotheticæ formaliter: mutat tamen æquiualenter.

Caput octauum.



Conditionalis est illa in qua coniunguntur duæ categoricæ per hanc coniunctionem si, vt si Petrus disputat, Petrus loquitur. Et illa categorica cui immediatè præponitur coniunctio, si, dicitur antecedens: reliqua verò consequẽs. Ad veritatem conditionalis requiritur quòd antecedẽs non possit esse verum sine consequente: vt si homo est, animal est. Vnde omnis cõditionalis vera, est necessaria: & omnis falsa, est impossibilis. Ad falsitatem cõditionalis, sufficit quòd antecedens possit esse verum, consequente existente falso: vt si homo est album est.

Lectio prima.

No. 1 Conditionalis. *Prima species propositionis hypotheticæ* est conditionalis. Et definitur à Petro Hispano sic. Propositio conditionalis

nalis, est ꝓpositio hypothetica, in qua coniunguntur duæ categoricę per hanc coniunctionē, si: quæ quidem definitio, itidem sicut præcedens, doctrinaliter audiatur: propter hanc conditionalem, si omnis homo disputat & omne risibile est homo, omne risibile disputat: vbi non coniunguntur duæ categoricæ per ly, si, sed hypothetica cum categorica: itidem propter hanc, si homo disputat studiosè ageret, in qua non coniunguntur propositiones, sed complexa propositionalia. Eâdem proportione, propositio rationalis est illa: in qua coniungunt plures propositiones per hanc coniunctionem: ergo. Et causalis, in qua coniunguntur plures propositiones per hanc coniunctionem: quia. Sequitur in textu, quod illa categorica, cui immediatè præponitur illa coniunctio, si, dicitur antecedens: reliqua verò consequens.

Rationalis Causalis.

Quod pariter intelligas in causali, ad differentiam rationalis: vbi propositio, quæ præcedit coniunctionem dicitur antecedens, & quę sequitur, est consequens. Exempli gratia. Siue dicas, si homo currit, animal currit siue animal currit, si homo currit: itidem siue dicas, quia homo currit, animal currit, siue animal currit, quia homo currit: vtrobiq; ly, homo currit, est antecedens: & ly animal currit, consequens. At si dicas, homo currit: ergo animal currit, ly, homo currit est antecedens, & ly, animal currit, consequēs, Si verò dicas, animal currit: ergo homo currit, tunc ly, animal currit: est antecedens, & ly, homo currit consequēs. Sequitur in textu. Ad veritatem cōditionalis requiritur quòd antecedens non possit esse verum sine consequente. Quod intelligitur de conditionali affirmatiua, de ly, si, illatiuè tento. Vbi notandum coniunctionē illam posse teneri tripliciter. s. illatiuè, promissiuè, & conditionatim. Aut enim coniungit inter terminos, & tunc tenetur conditionatim: vt animal si est homo: aut inter propositiones aut cōplexa propositionalia: & tūc, aut promissiuè: vt si mihi seruieris, præmiabo te: aut illatiuè, vt si homo est, animal est. Primò videbiť de conditionalibus illatiuis, deinde de promissiuis, vltimò tandem de conditionatis.

Si, tripliciter.

Not. 2. regulę duę

Igitur ad veritatem conditionalis illatiuæ affirmatiuæ, sufficit & requiritur vt sit bona consequentia, id est, vt non possit antecedens esse verum sine consequente. Et idem sufficit & requiritur ad falsitatem conditionalis negatiuæ. Quare hæc est vera, si homo est, animal est, & sua contradictoria falsa, non si homo est, animal est, Secunda regula. Ad falsitatem conditionalis illatiuæ affirmatiuæ sufficit, vt sit mala consequentia, id est, vt antecedens possit esse verum sine consequente. Et idem sufficit & requiritur ad veritatem conditionalis negatiuæ. Vt hæc est falsa, si animal est, homo est, & sua contradictoria vera, scilicet, nō si animal est, homo est. Intelligitur prima regula si sit conditionalis de ly, si: nam si sit de ly, nisi, tunc particula nisi, debet explicari per ly, si non, vt veritas illustretur: vt nisi Petrus comederit morietur, explicet hanc, si Petrus non comederit morietur. Ad veritatē autē conditionalis promissiuæ, vt videbimus non requiritur quòd sit bona consequentia: vt si seruieris mihi, præmiabo te, potest esse vera, licet non sit bona consequentia. Quare subiungitur in textu, quòd omnis conditionalis vera est necessaria, & omnis falsa impossibilis. Cuius ratio est, quia consequentia quæ semel est bona, semper est bona, & quæ semel est mala, semper est mala. Vnde cùm sufficiat & requiratur ad veritatem conditionalis quod sit bona consequentia, fit, vt conditionalis vera sit necessaria, & falsa sit impossibilis. Et per oppositam rationem, non omnis rationalis, aut causalis si est vera, est necessaria, nec si est falsa est impossibilis: quia ad veritatem illarum non sufficit quòd sint bonæ consequentiæ. Sed ad veritatem rationalis affirmatiuæ sufficit & requiritur quòd sit bona consequentia, & quòd antecedens sit verum. Et ad veritatem causalis sufficit & requiritur quòd sit bona consequētia & antecedens sit verum, & sit causa consequentis. Quare sicut rationalis addit supra conditionalem, ita causalis supra tarionalē. V.g. hæc conditionalis est vera, si homo volat, habet alas, sed hæc rationalis est falsa, homo volat: ergo habet alas. Item hæc rationalis est vera, homo est risibilis, ergo est rationalis, sed tamen hæc causalis est falsa, quia homo est risibilis, est rationalis. E conuerso tamen, hæc causalis est vera: quia homo est rationalis est risibilis. Ex his sequitur quòd eadem est definitio veræ conditionalis, & bonæ cōsequētiæ. Sequitur secundò quòd conditionalis nihil ponit inesse: puta nec veritatem antecedētis, nec consequentis.

At contra primam regulam, quæ est definitio bonæ consequentiæ, arguitur. Hæc conditionalis est falsa & mala conse- Argum. 1.

quentia, si omnis propositio est particularis, aliqua est vniuersalis: & tamen antecedens non potest esse verum sine consequente: nam si antecedēs est verum, iam est, & per consequens aliqua propositio est vniuersalis. Respondetur quòd, verum vno modo accipitur pro propositione in qua prædicatum verè affirmatur de subiecto: alio modo pro ita esse, & isto secundo modo accipitur in definitione: in quo sensu antecedens illius consequentiæ potest esse verū sine consequente: nam potest ita esse sicut modò significatur per antecedens quando non ita sit sicut significatur per consequens, vt puta, quando non sit nisi hæc propositio, aliquis homo disputat. Quòd si arguas, quod tunc nulla erit cōsequentia nec antecedens Concedo, sed satis est vt hæc sit mala consequentia modò, quod tunc erit ita sicut modò, significat antecedens, puta quòd omnis propositio est particularis, & non erit ita sicut modò per consequens significatur, scilicet, quod aliqua est vniuersalis. Nec sunt istæ quisquiliæ addendæ definitioni: sed est sano modo intelligenda. Atque adeò intelligenda est definitio extra reflexiuas. Nam hæc cōditionalis, si non ita est sicut per hoc consequens significatnr, (vtroque pronomine demonstrante consequens) est bona cōsequentia: quia arguitur à synonymi., & tamen ita est sicut significatur per antecedens, & non est ita sicut significatur per cōsequens: quia consequens habet non ita esse annexum.

No.3. *Ex definitione veræ conditiona*lis, seu bonæ consequentiæ sequitur quòd in omni bona consequentia oppositū consequentis repugnat antecedenti: nam dato opposito duæ contradictoriæ essent simul veræ. Nam si oppositum consequentis & antecedens bonæ consequentiæ sunt simul vera, in eodem casu consequens etiam erit verum. Nam si antecedens bonæ consequentiæ est verum, consequens erit verum, cùm per te oppositum consequentis tunc etiam sit verum, fit vt consequens & eius contradictorium simul sint vera.

No.4. Regulę.10. bonę cōsequentię. *Postquam eadem est ratio verita*tis conditionalis & bonitatis consequentiæ, subsequitē vt adnotemus regulas bonæ consequentiæ: quæ sunt numero decem. Prima, Ex vero non sequitur nisi verum, id est, si cōsequentia est bona & antecedens est verum, consequens est verum. Regula est Aristo. 6. Topicorū. Et sequitur statim ex definitione bonæ consequentiæ. Secunda, quæ sequitur ex prima, falsum non sequitur nisi ex falso id est, si consequentia est bona & consequēs est falsum, antecedens est falsum. Hæc patet quia dato opposito, antecedens esset verum & consequens falsum. Tettia, Ex possibili non sequitur nisi possibile, id est, si consequentia est bona & antecedens est possibile, consequens est possibile: hæc patet, nam si antecedēs est possibile, potest esse verum: & si consequens non esset possibile, nunquā posset esse verum: posset ergo antecedens esse verum consequente existente falso. Eadem regula potest constitui de contingenti, quòd ex illo non sequitur impossibile. Et eodem modo patet. Quarta quæ sequitur ex tertia. Impossibile non sequitur nisi ex impossibili, id est, si consequentia est bona, & consequens est impossibile, antecedens est impossibile. Hæc patet, nam si consequens est impossibile non potest esse verum: & si antecedens esset possibile, posset esse verum: atq; adeo posset antecedens esse verum consequente existente falso. Quinta. Ex necessario non sequitur nisi necessariū, id est, si cōsequentia est bona & antecedens est necessarium, consequens est necessariū. Hæc patet nam si antecedens est necessarium, semper erit verum: & si cōsequens non esset necessarium, posset aliquando esse falsum: posset subinde antecedens esse verum, cōsequente existente falso. Sexta, quæ sequitur ex quinta. Contingens non sequitur ex necessario, id est, si consequentia est bona & consequens est contingens, antecedens non erit necessarium. Hæc patet: nam si consequens est contingens, potest quandoq; esse falsum: & si antecedens esset necessatium. semper esset verū: igitur potest antecedens simul esse verum, & consequens falsum.

Septima. Ex impossibili sequitur quodlibet (signo pro generibus singulorum distribuente) id est, stat consequentiam esse bonam & antecedens esse impossibile, & cōsequens esse impossibile, cōtingens, & necessarium: verbi gratia, ex isto antecedente impossibili, omne ens necessariò est Deus, sequitur hoc consequens impossibile, omnis substantia necessariò est Deus: & hoc contingens omne ens est Deus: & hoc necessarium, aliquod ens est Deus. Sed non sequitur quodlibet pro singulis generum, id est, quæcunq; propositio, vt vidimus lectione secunda.

Ex hac

Ex hac regula sequitur, ex falso sequi verũ: quod asserit ibidem Aristo. Octaua, necessariũ sequitur ex quolibet (signa pgeneribus singulorũ distribuẽte) .i. stat cõsequentiam esse bonã, & consequens necessariũ, antecedẽs verò necessariũ, impossibile & cõtingẽs. v.g. hoc cõsequẽs necessarium, substantia est Deus, sequitur ex hoc necessario, substãtia necessariò est Deus, & ex hoc impossibili, oĩs substãtia necessariò est Deus, & ex hoc contingenti, omnis substantia est Deus. Nona, Quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ, sequitur ad eius antecedens: vt si Petrus disputat, homo disputat, & si homo disputat animal disputat: ergo si Petrus disputat animal disputat. Qui quidem locus arguẽdi solet vocari de primo ad vltimum. Et prob. sic. Detur oppositũ q videlicet. b. inferatur ex. a. & . c. ex. b. & . q . c. nõ inferatur ex. a. tunc pôt dari. a. verũ: & . c. falsum: & cũ. b. sequatur ex. a. eodẽ casu. b. erit verũ: & cum. c. sit falsũ: quod est eius cõsequẽs, dabitur in bona consequentia antecedens verũ, & consequens falsum, & intelligitur regula quando ex solo priore cõsequente sequitur secũdum cõsequẽs: quia istæ cõsequentiæ sunt bonæ, si Petrus disputat, homo disputat, vel equus currit: rursus, homo disputat, vel equus currit, sed nullus homo disputat: ergo equus currit: à disiunctiua cum negatione vnius partis ad positionem alterius, & tamen non sequitur de primo ad vltimum, Petrus disputat: ergo equus currit: quia ex solo consequente prioris consequentiæ non sequeretur secundum, nisi adderes illam propositionem: nullus homo disputat. Potest statui alia regula quòd quicquid antecedit ad antecedẽs alicuius bonæ consequentię, antecedit ad eius consequens .i. data bona consequentia: ex quocunq; infertur antecedens, infertur eius consequens. Decima, quæ sequitur ex nona Quicquid repugnat consequenti alicuius bonæ consequentię repugnat & eius antecedenti, Nam detur oppositum, quòd videlicet. a. repugnat consequenti: & non antecedenti: tunc sic. a. non repugnat: antecedenti: ergo potest. a. esse verum simul cum tali antecedenti: rursus. a. repugnat consequenti: ergo eodem casu consequens illud erit falsum ac subinde daretur in bona consequentia antecedens verum, & consequens falsum. Eodem modo probabis quod quicquid stat, cum antecedẽte alicuius bonæ consequẽtię stat cum eius consequente. Sunt & aliæ regulæ: videlicet, quòd si aliqua consequentia est bona, scita esse bona, & antecedẽs est scitum, consequens est scitũ: & si consequẽs est nescitum, antecedens est nescitũ: & aliæ item de credito, & opinato, & dubitato, Hæ tamen ad librum Posteriorum pertinent.

Post regulas istas sequuntur loci arguendi in conditionalibus, ac subinde in rationalibus, & causalibus, qui colliguntur ex Aristotele vltimo capit. 1. Prio. Primus locus. A tota conditionali cum positione antecedentis ad positionem consequentis est formalis consequentia. Vt formaliter sequitur, Si sol lucet, dies est, & sol lucet: ergo dies est. Secundus, qui sequitur ex primo. A tota conditionali cum destructione consequentis ad destructionem antecedentis est formalis consequentia. Destruere consequens est subsumere eius contradictoriũ: & destruere antecedens, est inferre eius contradictorium: Vt formaliter sequitur, Si sol lucet, dies est: sed non est dies, ergo sol nõ lucet. At vero, à cõditionali cũ positione consequentis ad positionem antecedentis, non sequitur: sicut nec sequitur cum destructione antecedentis ad destructionem consequẽtis: quia potest in bona consequentia antecedẽs esse falsũ, & cõsequens verũ: & hic est primus modus fallaciæ, quem assignat Aristoteles primo Elench.

No.6. Prim^9 loc^9 Secundus

Tertius à conditionali ad disiunctiuam compositam ex consequente, & contradictorio antecedentis, consequentia est bona. Vt formaliter sequitur, Si sol lucet dies est: ergo vel dies est, vel sol non lucet. Hæc patet quia dato opposito, copulatiua contradictoriæ illius disiunctiuæ, scilicet, sol lucet & dies non est, staret simul cum conditionali: quod est falsum: nam componitur ex antecedente & contradictorio consequentis conditionalis: & sic in bona consequentia oppositum consequentis non repugnaret antecedenti. Sed arguitur contra hanc regulam, Sequeretur ex illa quòd conditionalis aliquid poneret inesse: cuius oppositum suprà dictum est: nam infert ex se vnam disiunctiuam, ad cuius veritatem requiritur veritas alterius partis. Respondetur negando sequelam. Sed solum sequitur quòd conditionalis ponit, vel veritatem consequentis vel veritatem contradictorij antecedentis. Et conditionalem ponere aliquid inesse, nõ est nisi ponere veritatem antecedentis. aut consequentis.

Tertius.

Quartus. Quartus (à conditionali ad alteram cõditionalem) cuius antecedens est cõtradictoriũ cõsequẽtis prioris, & cõsequẽs contradictoriũ antecedẽtis, formaliter sequitur. Vt si sol lucet, dies est: ergo si nõ est dies, sol nõ lucet. Quod solet sub aliis verbis exprimi: videlicet, in omni bona consequentia ex opposito cõsequẽtis sequitur oppositũ antecedentis. Nã si ex veritate.a. propositionis sequit veritas.b. ex falsitate.b. sequitur falsitas.a. quia in bona cõsequẽtia, si cõsequẽs est falsum, antecedens est falsũ: & per cõsequẽs ex

Vltimus. cõtradictorio.b. cõsequẽtis seq contradictoriũ.a. antecedẽtis. Vltimus locus arguẽdi. A causali ad rationalẽ, & à rationali ad cõditionalem est bona cõsequentia: sed nõ ẽ cõuerso: quia. vt suprà diximus, rationalis addit supra cõditionalẽ. & causalis supra rationalem. Vt si, hæc causalis est vera, quia hõ est rationalis hõ est risibilis: à fortiori hęc rationalis: hõ est rationalis, ergo hõ est risibilis: sed ẽ cõuerso hæc est vera, hõ est risibilis ergo est rationalis: & causalis erit falsa: qa homo est risibilis &c. Et hæc conditionalis, si homo volat, habet alas, est vera: & tamen si ex eisdem propositionibus constituas rationalem, aut causalem, erunt falsæ.

No. 7. *Subdiuiditur consequentia multis* modis: primò in cõsequẽtiam formalem, q̃ tenet de forma & cõsequẽtiam materialẽ, q̃ solùm tenet de materia: de quibus suprà dictum est in cõditionibus oppositionum, & dicetur in quinto libro. Rursus diuiditur à Petro Hisp. tract. 5. in quatuor species. s. syllogismũ, inductionẽ, enthymema, & exẽplũ. Et syllogismus, alius est categoricus, cuius videlicet, ambæ ꝓmisse sunt categoricæ de quo in quinto libro dicturi sumus: alius est hypotheticus, cuius altera præmissarum est hypothetica: vt ille, in quo mõ arguebamus, à tota conditionali cum positione antecedentis ad positionem consequentis: vel à tota disiunctiua cũ destructione vnius partis ad positionem alterius. De inductione quæ est à singularibus sufficiẽter numeratis ad eorũ vniuersale progresio, secũdo libro dictũ est, Enthymema, si propriè nomẽ accipiatur est syllogismus inperfectus, vt dicit Petrus Hisp. i. oratio in qua, non omnibus præmissis positis infertur festinata conclusio: vt, omne animal rationale est risibile, ergo omnis homo est risibilis: vbi subticetur minor. s. omnis homo est animal rationale. Sed iam generali nomine sub enthymemate

Cõsequentia sub diuiditur.

cõprehenduntur omnes modi arguendi categorici. s. ex vna categorica, vt à definitione ad definitũ: ab inferiori ad suũ superius &c. Exemplum est, quando vnum particulare probatur per aliud simile: vt, si Germanos aduersus Gallos pugnare malum est: & Gallos proinde aduersus Hispanos non est bonum, postquam omnes sunt Christiani: & si Burgẽses diuites sunt, ergo & Segouienses: quia vtriq; nauigant in Flandriã. Sed de his speciebus arguendi, satis sit meminisse.

Lectio secunda.

Igitur ꝓ dictorũ maiori intelligentia arguitur. Et primò contra definitionem bonæ consequentiæ, cui omnia innitũtur. In hac consequẽtia, si Deus nõ est. Deus est, non potest ita esse sicut significatur per antecedens, quin ita sit sicut significatur ꝑ consequens: & tamẽ non est bona: ergo definitio nihil valet, Maior prob. Non potest ita esse sicut significatur per antecedens: ergo non potest ita esse sicut significatur per antecedẽs, quin ita sit, sicut significatur per consequẽs. Sed minor patet ex Arist. iuxta principium secundi priorum dicẽtis, quod alterum contradictorium inferre alterum est impossibile. Circa hoc argumẽtum oẽs moderni concedunt illam consequentiam esse bonam, propter probationem maioris. Vnde colligunt: omnem cõsequentiam, cuius antecedens est impossibile esse bonam ita qd' ex impossibili sequitur quodlibet, nõ solùm in sensu, quo nos concessimus suprà, sed absolutè: ꝙ ex hac. v. g: propositiõe, homo est lapis, potes inferre quòd homo est angelus, & ꝙ est Deus, & quancũq; aliã libuerit. Eadẽ ratione dicũt, necessariũ sequi ex quolibet: ita ꝙ hęc, Deus est, ex quacunq; libuerit infert. Hæc veruntamen opinio nescio vnde habuit tantã autoritatẽ inter summulistas, cùm sit, & præter rationem, & præter autoritatẽ Aristotelis. Et primo arguitur ex communi hominũ sensu. Quis enim sanę mẽtis cõcederet, ꝙ si tu esses lapis, esses proinde Deus: cum nulla penitus est habitudo inter hoc, quod est te esse lapidẽ & te esse Deũ. Nihil enim intelligitur sequi ad aliud, nisi quod habet aliquã habitudinẽ ad illud: puta, vel effectus ad causam, vel generis ad speciem: aut quid simile. Sed dicunt isti ꝙ duplex est bona cõsequẽtia, alia per modũ intrinsecum, & alia per modũ extrinsecum. Per modum intrinsecũ tenet illa, cuius cõsequens habet aliquam habitudinem ad an No. 1

ad antecedens, sed per modum extrinsecum cuius antecedens est impossibile, vel consequẽs est necessariũ. Sed certè ista distinctio est merum commentum, postquam nulla auctoritate aut ratione fulcitur. Secundò arguitur, Aristotele, secundo Priorum, reputat impossibile quod eadem propositio sequatur ad duas contradictorias. Existimatq; absurdi', vt alterũ cõtradictoriũ seq̃ r ad alterũ: Et tñ opinio hęc vtrũq; cõcedit. Nã hæc propositio necessaria, homo non est equus, sequitur ex hac, sol lucet, & ex hac, sol non lucet, & ex suamet contradictoria. s. omnis homo est equus. Et certè si istæ consequentię valerẽt per modum extrinsecum, Aristote. ibi insinuasset: Tertiò, opinio hæc destruit omnem modũ arguendi, ac philosophandi: Impugnat enim. v. g. Aristote. 4. Physi. totã resistentiam in motu procedere à medio, & arguit hoc modo. Tũc sequeretur ꝙ si vacuum esset, motus fieret in instanti, & tamen secundum istos ex illo antecedente impossibili pariter sequitur contradictorium illius conclusionis: & per consequens inanis esset talis modus arguendi. Propter hæc igitur argumenta præsertim ꝓpter modũ concipiendi, cuius maximam in dialecticis rationem haberi velim, opinor nullam esse bonam cõsequentiam nisi teneat per modum intrinsecum. Quare non sequitur necessarium ex quolibet, nec ex impossibili sequitur quodlibet ad sensum istorum. Vnde ad argumentũ nego illam consequentiam valere, Deus non est, ergo Deus est: & nego quod antecedẽs nõ põt esse verũ sine cõsequẽte, imò põt esse verũ sine consequente: quia ly, põt, facit sensum cõpositum, hunc. s. Posita per possibile vel impossibile veritate antecedẽtis, nõ subinde ponit̃ veritas cõsequentis. Ittaq; qñ dico, põt esse antecedẽs verũ sine consequente, nihil assero de possibilitate antecedentis sed de compossibilitate illius cum opposito consequẽtis. Sed ad huc replicat̃. In hac cõsequẽtia, homo est lapis: ergo hõ non est substãtia, oppositũ cõsequẽtis repugnat antecedenti: quia hæc copulatiua est impossibilis hõ est lapis & omnis hõ est substantia, ergo est bona cõsequẽtia. Et idẽ patet in omni cõsequẽtia, cuius antecedens est ĩpossibile, vel cõsequẽs necessarium. Negatur ꝙ oppositũ consequentis repugnet. Nec satis est, vt duæ ꝓpositiones repugnẽt, ꝙ cõstituãt copulatiuã ĩpossibilẽ, licet illud req̃ritur: sed requirit̃ ꝙ sint ĩcõpossibiles, vt nomẽ ipsum sonat. i. ꝙ veritas vnius tollat ex natura sua veritatem alterius. s. quod est dicere ꝙ ex veritate vnius sequatur falsitas alterius: quemadmodum calor & frigus repugnant: quia vnum pellit aliud. Quare, hominem esse lapidẽ nõ repugnat huic, quod est hominem esse substantiam: imò vnum includit aliud, licet copulatiua sit impossibilis propter impossibilitatem vnius partis, aliàs eadem ratione idẽ repugnaret sibi, scilicet, homo est lapis, & homo est lapis.

Cõsequentia per modũ intrinsecum.

Aliter tamẽ arguitur. Sequitur ad minus ꝙ ex aliquo impossibili sequitur quodlibet, puta ex quibuscunq; duabus cõtradictoriis, Arguitur. v. g. ꝙ ex hac copulatiua, Petrus est, & Petrus nõ est, sequatur hominẽ esse lapidẽ & quoduis aliud. Sequitur bene, Petrus est & Petrus nõ est, ergo petrus nõ est: & ex alia parte, Petrus est & Petrus nõ est: ergo Petrus est, à copulatiua ad alterã eius partem. Rursus, ex secundo antecedente. Petrus est, ergo Petrus est vel hõ est lapis, à parte disiunctiuæ ad totũ: rursus Petrus est, vel homo est lapis: sed Petrus non est, ergo hõ est lapis, à tota disiũctiua cũ destructione vnius partis ad positionẽ alterius. Ergo de primo ad vltimum, Petrus disputat, & Petrus non disputat: ergo homo est lapis: quia quicquid sequitur intrinsece ad consequens alicuius bonæ cõsequentiæ: sequitur ad eius antecedens. Et eadẽ arte ex illis contradictoriis potes inferre quodcunq; aliud consequens. Hoc argumentum habet sophisticam apparentiam, vt concludat quòd ex impossibili includente duas cõtradictorias ad minus, sequatur quodlibet per modum intrinsecum: Tamen re vera mihi saltem non concludit. Quia ad hoc ꝙ valeat cõsequentia de primo ad vltimum, necesse est ꝙ in consequentiis intermediis (vt supra adnotauimus) id solũ quod est consequens prioris cõsequẽtiæ, assumatur vt antecedens posterioris. Modo in illa consequentia à disiunctiua cum destructione vnius partis ad positionem alterius. s. Petrus est vel homo est lapis, & Petrus non est, ergo homo est lapis, assumitur illa, Petrus nõ est: quæ nõ fuerat pars cõsequentis præcedẽtis cõsequẽtię, sed fuerat cõsequens in alia cõsequentia distincta & disparata, nec illa fuerat aliquando concessa tanquam vera: & tamen quãdo assumitur ad destruendum alteram partem disiunctiuæ accipitur tanquam vera. Quare vniuersaliter credo nullum esse impossibile vnde sequatur quodlibet.

Argu. 1.

Ex his

Not.2. *Ex his sequitur, vnam esse illam* diuisionē cōsequētiæ in consequentiā bonā per modū extrinsecū,& per modū intrinsecū: Nulla em̄ est bona cōsequentia, nisi teneat p modū intrinsecū. Itē illā, qua diuidit̄ consequentia bona in bonā simpliciter,& bona vt nūc. Dupliciter em̄ potest fingi consequētia bona vt nūc: Vno modo vt sit illa, in qua rebus vt nunc, nō potest dari antecedens verū sine cōsequente, potest tamen dari rebus variatis: vt est hæc, dominicus sedet, ergo loquitur Certè ridiculum est: hanc cōsequentiam quoquo modo cēsere bonam etiam secūdum quid. Alio modo, vt sit consequētia in qua non potest iam modò antecedēs esse verum sine cōsequēte, potuit tamen, aut poterit: qualem dicunt esse hanc, Adā non fuit ergo homo est lapis: quam tamen ex dictis sequitur nihil valere, quanquam iam nō potest antecedens esse verum, tamen etiam modò antecedens pōt esse verū sine cōsequente vt expositum est, in sensu compo sito. Posita nanque per impossibile veritate antecedentis, nō subinde ponit̄ veritas cōsequētis.

Argu.2. *Secundò principaliter arguitur in* quirendo de bonitate huius cōsequentiæ, si hæc cōsequētia est bona, homo est lapis, pro nomine demonstrante totam cōsequentiā. Si quis dixerit esse bonam: tunc sequitur antecedens esse verum, quod significat consequentiam esse bonam: & cùm consequēs sit impossibile, colligitur cōsequētiam esse malā: quod si dixerit esse malā, tūc cū res non possint melius se habere quàm nūc vt sit bona: fit vt nō possit esse bona. Ex quo rursus sequit̄, antecedens esse impossibile. Vnde inferūt cōsequētiā esse bonā. Et sic est reflexio ad vtrāq; partē. Hoc argumētum secūdū veritatē, quā in superiori argumento explicuimus, nihil hābet difficultatis: concedim⁹ em̄ illā esse malā cōsequētiā. Nam concesso esse bonā, sequitur esse malā: vt probat argumētū. Et subsequēter cōcedimus antecedens esse impossibile: sed negamus inde sequi consequentiā esse bonam. Nam quanquā antecedēs sit īpossibile, nullo modo sequitur ꝙ si hæc est bona cōsequētia .f. si hæc cōsequētia est bona, homo est lapis, homo sit lapis. Et hoc mō dissolues īfinitas tricas insolubiliū. At verò qui admiserit omnē consequētiam esse bonā, cuius antecedens est impossibile, tenetur inde excipere cōsequentias reflexiuas, sicut hæc est: quæ quāq̄ antecedens est impossibile, est mala: quia se malefacit. Est tamen Martinus de Magistris, qui tenet illā consequentiam esse bonam, & quādo infertur, ergo ita est sicut per antecedens significatur, negat consequentiam: quia antecedēs, inquit, non solùm significat consequentiam esse bonam, sed significat partialiter hominē esse lapidem. Existimat enim quod quando antecedens significat cōsequētiam esse bonam: tunc, quia significat consequēs sequi ex antecedente, significat partialiter illud, quod significat consequens. Et ideo antecedēs est simpliciter impossibile, & propter hoc consequentia est bona. Est tamen inopinabile, quòd illud antecedens significet hominem esse lapidem: cùm nulla eius pars significet hominem nec lapidem, nec vnquam fuerit impositum ad significandū illud, nec est apparentia quòd si antecedens significet hominem esse lapidem sequi ex antedente, significet subinde hominem esse lapidem.

Tertiò principaliter arguitur con tra illud, videlicet ꝙ omnis conditionalis vera est necessaria. Secunda pars huius copulatiuæ, aliquod animal est, & si tu es ipsummet tu es equus, est conditionalis contingens, et g[illegible]gula falsa. Probatur antecedens: nam rebus vt nunc, est vera, vt patet demonstrando vnum equum sub ly, animal, & tamen si nō essent inter animalia nisi homines, esset falsa quia non posset sub ly, animal demonstrari nisi homo: & tunc conditionalis faceret hūc sensum falsum, si tu es hoc animal. f. homo, tu es equus. Respondetur quòd neq; hoc argumētum habet difficultatem in rei veritate, quia relatiuum reciprocum in vna categorica, non potest referre antecedens in alia. Repugnat enim hoc significationi relatiui reciproci, vt diximus in de relatiuis. Argu.3.

At vero si quis hoc præter rationem admiserit, tunc debet concedere corrolarium, videlicet, quòd est aliqua cōditionalis contingens, vt probat argumentū: Nam vno incōuenienti dato, plura contingunt. Arguitur tamen quòd in rei veritate sit illud concedendum. Capiam hanc copulatiuā, aliquod animal est, & si tu es illud, tu es equus: nam relatiuum non reciprocum vnius categoricæ, potest referre antecedens alterius & faciam eodem modo argumentum. Respondetur, vt ibidem diximus, quod dum descēditur sub antecedente relatiui non reciproci, nō descenditur simul sub relatiuo: sed manet communiter supponens. Vnde ad argumentum

mentum, dico quòd illa conditionalis non est contingens, sed impossibilis: nam est mala consequentia: quia valet tantum sicut hæc, si tu es animal, tu es equus, & quanquã demonstretur equus sub antecedẽte, semper facit hunc sensum.

Quartò, principaliter arguitur.

Argu. 4. Ex his quæ dicta sunt sequerentur duo contradictoria vera. Probo antecedens. Hæ sunt contradictoriæ, si homo est, risibile est: nõ si homo est, risibile est, quarũ affirmatiua manifestè est vera: & negatiua videtur facere hunc sensum verũ: si nullus homo est, nullũ risibile est: nam termini supponũt omnino contradictorio modo, quam in affirmatiua. Hic quæritur modus constituendi omne genus oppositionis in cõditionalibus. Vbi notandũ ꝙ cõditionali duæ possunt assignari contradictoriæ æquiualentes: altera per præpositionem negationis: & altera per aduersatiuam. Sed quando datur per præpositionem negationis, tũc negatio solũ negat illationem, nec mutat quantitatem, nec qualitatem categoricarum, vt supra diximus. Vnde ad argumentum, concedimus illas esse cõtradictorias, & affirmatiuam esse veram: sensus verò negatiuæ non est ille si nullus homo est, nullũ risibile est: sed hic, nõ sequitur si homo est, risibile est, qui est falsus. Secunda contradictoria conditionalis est vna aduersatiua ex eodem antecedente, & contradictorio consequentis: vt contradictoria dictæ cõditionalis est hæc falsa, quãuis homo sit, nullum tamẽ risibile est. Et quãq̃ aduersatiua non habet omnino formã consequentiæ, solet tamen dici quòd propositio quæ sequit̃ immediate ly, quãuis, est antecedens, altera vero consequens. Vnde ad veritatẽ aduersatiuę requiritur qd' antecedens & consequens simul stent in veritate: quod est dicere oppositum consequentis conditionalis stet cum antecedente. At pro aliis generibus oppositionum non potest cõstitui certa regula: quia conditionalis non habet probari categoricè, per ascensum, & descensum: & ideo nõ constituitur oppositio per variationem quãtitatis categoricarum. Nihilominus est vna regula notanda, quod quicquid ædificat veritatẽ antecedentis conditionalis affirmatiuæ, ędificat falsitatem totius: & quicquid ædificat falsitatem antecedentis, ædificat veritatem totius: sed quicquid edificat veritatem cõsequẽtis, ædificat veritatẽ totius: & quicquid ædificat falsitatẽ consequentis ædificat falsitatem totius. Et ratio est, quia quanto antecedẽs est magis falsum, vel cõsequens magis verum, cõsequẽtia est melior: & quãto antecedens est verius, & consequẽs magis falsum, consequẽtia est peior. Ex quo sequitur, contra regulas superiùs positas oppositionũ, quod addere vniuersalitatẽ antecedẽti affirmatiuæ facit subcontrarias. & manens particularitas constituit cõtrarias. v. g. istæ sunt subcontrariæ, Si omnis homo disputat, & Petrus est homo, Petrus disputat: non si homo disputat, & Petrus est homo, Petrus disputat, sunt enim ambæ veræ: vbi tamen videtur: manere eadem vniuersalitas ex parte de ly, homo, in primo loco. Et hæ sunt contrariæ, si homo disputat, & Petrus est homo, Petrus disputat: non si omnis homo disputat, & Petrus est homo, Petrus disputat: quia sunt simul falsæ, & tamen videtur manere eadem particularitas.

No. 3. *Sed pro ascensu & descensu sub* extremis antecedentis, aut cõsequentis conditionalis, superuacaneum est multiplicare regulas: tum, quia nõ possunt assignari certæ: tum, quia nõ sunt necessariæ: postq̃ cõditionalis nõ habet probari per suppositionẽ aut resolutionem extremorum: sed per hoc ꝙ sit bona consequentia Et ideo tunc valebit ascensus, aut descensus, quando consequẽtia non mutatur quo ad bonitatẽ vel malitiam: & tunc non valebit, quãdo mutatur.

No. 4 *Contra has regulas possunt formari* minutiora quædã argumenta, quæ sophistica amphibologia peccãt. Primo, non sequitur: si Petrus est, necessario homo est: sed Petrus est, ergo necessariò homo est: & tamen arguitur per primam regulam, ergo illa est falsa. Item, si omnis homo est: homo omne animal est: sed nullus homo omne animal est, ergo non omnis homo est: & tamen arguitur per secundam, ergo. Primũ tamen argumentum soluitur distinguendo de ly, necessariò. Nam si in illa cõditionali accipiatur, tanq̃ pars cõsequentis: vt ly Petrus est, sit solùm antecedens, tunc bene arguitur per regulam: & sicut consequens est falsum, ita & maior: quæ est conditionalis mala cõsequentia. s. si Petrus est, necessario homo est. Si autẽ ly, necessariò, sit pars antecedentis: tunc conditionalis est bona consequentia. s. si Petrus est, necessariò, homo est: sed non arguitur debitè cum positione ante

antecedentis ad positionem cõsequẽtis, sed, dicẽdũ erat in minori, Petrus est necessario: & concludendum erat, homo est. Eodem modo distinguitur secunda consequentia, nam si antecedens cõditionalis sit solùm, omnis homo est, & consequẽs illud, homo omne animal est, tũc bene arguiť per regulã: sed sicut consequens est falsum, ita & maior quia est conditionalis mala consequẽtia. Si autẽ antecedẽs cõditionalis sit totum illud, omnis homo est homo, & cõsequẽs ly, omne animal est: tunc cõditionalis est bona cõsequentia: sed nõ arguitur debitè, cùm destructione consequenris &c. nam dicẽdum erat in minori, nõ omne animal est: & cõcludendum, non omnis homo est homo.

Lectio tertia.

Not.1.

Pro conditionalibus promissiuis

Notandum primò, quod promissio dupliciter põt fieri: vno modo absolutè, sine aliqua conditione: vt, promitto tibi librum: de qua nihil ad præsens. Alio modo conditionaliter: vt, si disputatione viceris, dabo tibi librum: de qua nonnihil hic meminerimus. Notandum secundo quod ad veritatẽ conditionalis promissiuæ affirmatiuæ sufficit & requiritur ꝙ non sit ita sicut significatur per antecedẽs, quin ita sit sicut significatur pet consequens. vt ad veritatem dictæ promissiuæ sufficit ꝙ posita veritate antecedẽtis. s. ꝙ vincas, ponatur consequens: & ad falsitatem sufficit & requiritur quodquãdo erit ita sicut significatur per antedens, non erit ita sicut significatur perconsequens. Vnde conditionalis promissiua conuenit cum conditionali illatiua in hoc, ꝙ non ponit veritatem antecedẽtis, nec cõsequentis: vt si digito tetigeris cœlum, faciam te immortalem. Differt tamen à conditionali illatiua: quia nõ requiritur ad veritatẽ promissiuæ quod sit bona cõsequentia. s. ꝙ antecedens nõ possit esse verum sine cõsequẽte: sed satis est qđ antecedens non sit verum sine consequente. Itaq; ad veritatem conditionalis illatiuæ requiritur quòd ex opposito consequentis & antecedẽte cõstituatur copulatiua, quæ non possit esse vera: sed ad veritatem promissiuæ satis est ꝙ cõstituatur copulatiua, quæ de facto nunquam erit vera. Ex quo sequitur primò, ꝙ conditionalis promissiua est contingẽs. vt si quãdo viceris dederim tibi librum, dicta promissiua erit vera: sin verò non dederim, erit falsa. Sequitur secundò, multas esse conditionales promissiuas de quarum

Ad veritatem promissiuæ.

veritate, aut falsitate nobis non constat: sed solus Deus scit, veræ ne sint an falsæ. v. g. si tu nunquã viceris in disputatione, solus Deus scit an si vicisses, dedissem librum. Tales sunt multæ conditionales de præterito: vt si tu occurrisses prior, tibi dedissem librũ: si Petrus non sumpsisset potionem, non fuisset mortuus &c. Tertium corrolarium inferunt ꝙ omnis promissiua, cuius antecedẽs est impossibile, est vera. Ego tamẽ non credo. Sed potest esse vera, licet nobis non constet de eius veritate. Certè si dicerem, si intra horã iueris Romam, dabo tibi decem millia aureorum licet antecedens sit impossibile, non constat propositionem esse veram: quia licet per impossibile tu implesses cõditionem forsan ego non implessem promissum. Verum est tamẽ, quod omnis promissiua, cuius cõsequẽs est necessarium, est vera. Sequitur vltimò ꝙ non est idem, vt putãt summulistę cõditionalem esse veram & obligare. Vt in re turpi: vt si dederis mihi centum, occidam hostem tuum, stat ꝙ sit vera promissio: & tamen non sit obligatoria. Et è cõuerso, stat ꝙ sit obligatoria, licet non sit vera: vt quotiescũq; quis non seruat promissum ad quod tenetur. Imo stat aliquãdo quod promissio conditionalis sit obigatoria, etiam si nunquam adimpleatur conditio. Vt si Petrus promittat Mariæ ducere eam in vxorem, sub conditione turpi, quæ habetur pro nõ adiecta, saltem in iure positiuo.

Argu.1.

Contra hæc autem arguitur. Sit casus quòd me promittente si disputatione viceris, dabo tibi librũ, vincas semel & dem tibi librum: sed iterum spe eadem adductus disputes & vincas, attamen nõ dem tibi aliũ librum: tunc illa conditionalis promissiua est vera: quia ab omnibus iudicabor implesse promissum: & tamen aliquando erit sicut significatur per antecedens, & non erit ita sicut significatur per consequens: ergo hoc non sufficit ad falsitatem promissiuæ. Respõdetur ꝙ si promissio fiat vniuersaliter. s. quotiescũq; viceris: tunc requiritur ꝙ quotiescũq; ponitur antecedens, ponatur consequẽs. Si autẽ promissio fiat particulariter, satis est quòd semel posito antecedente ponatur consequens. Et in hoc sensu intelligitur tegula superius posita. Sed contra hoc, arguitur. Si fieret sic ꝓmissio Si singulis diebus posthac veneris ad me pro omnibus dabo tibi centum aureos: & sit disputationis gratia, mundus perpetuus posthac: & nunquam

quam dem tibi centum aureos:tunc antecedens est verũ:nã volo ꝙ nullus dies transeat quin venias ad me:& cõsequẽs est falsum, & tñ conditionalis videtur vera: nã satis est ad eius veritatem ꝙ qñ fuerit adimpleta conditio, reddã quod ꝓmisi:& tñ nũquã verũ est dicere ꝙ tota est adimpleta cũ dies infiniti nunq̃ erunt trãsacti. At hoc rñdent Summulistæ quòd illa promissiua est vera, propter impossibilitatem antecedentis:sed tñ melius est dicere, quod solus Deus potest scire an sit vera vel falsa:nam ipse scit an si tu implesses cõ ditionem, ego implessem promissum.

No.2. *Solent in huiusmodi promissionibus* nonnulli casus reflexiui cõstitui, qualis est ille quẽ narrat Aulus Gellius.10.ca. quinti libri, Euathlus adolescens eloquẽtiæ discẽdæ cupidus in disciplinam Protagoræ sese dedit, daturus illi pecuniam, quantum petiuerat, si orator ab eius schola euaderet. Dimidium iam tunc statim dedit: pepigitq; vt reliquum dimidium daret: quo primo die causas apud iudicem vicisset. Postea cũ orator euasisset, & tñ causas non reciperet, tempusq; iam lõgum trãscurreret, & facere id videretur nè reliquum mercedis, daret, capit consilium Protagoras petendi ab eo mercedem. Litem cum Euathlo contestatur, & cũ ad iudices venissent, tunc Protagoras sic exorsus est: Disce, inquit, stultissime adolescens vtroq; id modo fieri, vti reddas quod peto: siue contra te pronunciatum fuerit, siue pro te. nã si contra te lis data erit, merces mihi ex sententia debebitur:quia ego vicero: sin verò secũdũ te iudicatũ erit, mercedẽ mihi ex pacto debebis:quia viceris. Contra Euathlꝰ, Disce tu quoq; magister sapiẽtissime, vtroq; modo fieri vti non reddam quod petis: siue contra me pronunciatum fuerit, siue pro me Si eñ iudices ꝓ causa mea senserint, nihil tibi ex sententia debebit:quia ego vicero: sin contra me pronuntiauerint, nihil tibi ex pacto debebo:quia ego non vicero. Et quãquã auctore Gellio, iudices dubiosum & inextricabile esse, quod vttinq; dicebatur rati, rem iniudicatã reliquerunt:erat nihilominus cõtra Euathlũ sentẽtia ꝓnuntiãda. Erat enim subintelligẽdũ in cõditione, nisi prima, causa quã Euathlꝰ accepisset esset de eadem solutione. Cuius ratio est, ꝙ oẽs cõditiones quæ apponuntur in cõtractibus sunt intelligẽdæ quacunq; reflexione seclusa. Modò, si stãte tali pacto, prima causa quam acciperet Euathlꝰ esset illa: ad hoc ꝙ teneret soluere, se quereret ipsum nõ teneri, per hãc reflexionẽ, Euathlus tenet soluere:ergo non vicit primã causam:quia est cõdẽnatus:rursus, ergo non tenet soluere:quia non vicit. Similis casus est hic. Sit Ioãnes habẽs duos seruos, Petrum. s. & Paulum:q dicat Petro, si cui primùm obuiaueris sit liber, eris & tu liber: si verò sit seruus, manebis & tu seruus:cum intentione se obligandi sub illa conditione, & non aliter: Paulo verò dicat, si cui primum occurreris sit seruus, eris tu liber: sin verò sit ille liber, manebis tu seruus: post promissionẽ autem. Petrus & Paulus primo sibi inuicẽ occurrant. Hoc habito quæritur, sitne Petrus liber an seruus? Si liber: ergo cui primò Paulus obuiauit est liber: vnde ex pacto domini sequitur vt Paulus sit seruus: rursus, ergo cui primò obuiauit Petrus est seruus: & per consequens, ex pacto domini, Petrus est seruus. Et sic, dato ꝙ est liber, sequuntur duæ contradictoriæ, scilicet, quod est liber & nõ liber, Et idem sequitur si admiseris Petrum esse seruum: Sequitur enim tunc, ꝙ primus, cui Paulus occurrit, est seruus: per cõsequẽs ex pacto domini, ꝙ Paulus est liber: rursus sequitur quòd primus cui Petrus occurrit est liber, & per consequens, ex pacto sequitur quòd Petrus est liber. Et simili modo potes arguere de Paulo. Ad quod ergo dicẽdum quod ambo manent serui sicut prius. Et cum arguitur: Petrus est seruus, ergo ex pacto Paulus est liber: negatur consequentia: quia promissio domini intelligebatur seclusa reflexione. Modo ad hoc quòd aliquis illorum sit liber, sequitur, ipsum esse seruum. Idem est si Petrus dicat Mariæ, ego ducam te in vxorem si prima propositio, quam protuleris fuerit vera, vt ipsa primò proferat hanc propositionem, non teneris me ducere. Tunc enim quæritur an teneatur Petrus eam ducere, nec ne? Si teneretur, ergo prima propositio quam ipsa protulit non est vera, ac subinde nõ tenetur eam ducere, cum non sit adimpleta conditio. Si nõ tenetur ergo prima propositio, quam ipsa protulit est vera:& per consequens, ille tenetur eam ducere. Quare quicquid dixeris, sequuntur duæ cõtradictoriæ veræ: Ad quod dicendum, quòd dicta conditio intelligitur seclusa reflexione. Et ideo post prolationẽ talis propositionis quanquam sit vera: tamen Petrus nõ tenetur eam ducere quoadusq; proferat aliam verã, q̃ nõ sit reflexiua.

Lectio quarta.

Superest

Not.1. SVperest de ly, si, conditionatim tanto disputare. De quibus conditionatis variæ sunt opiniones: quas vanum duxerim in præsentia recitare: eò præsertim, ꝙ, vt existimo, vix potest ly, si, latinè reperiri conditionatim. Sed Paulus Venetus & successores, id cõmenti sunt. Proferã tñ in mediũ modũ loquẽdi summulistarũ vt veritatis studiosi sciant, & loqui vt plures, & sentire vt pauci.

Sicõditionatum. Igitur ly, si, tunc accipitur conditionatim, quando cõiungit inter terminos: vt, animal si est homo. Et propositio in qua tale complexum subiicitur aut predicatur, dicitur categorica de conditionato extremo: vt, Petrus est animal si est homo. Pro quarum veritate, aut falsitate cognoscẽda sit tibi regula. Veritas & falsitas propositionis de conditionato extremo cognoscenda est mediatè, vel immediatè per ei⁹ reductionẽ ad conditionalem. Vbi sciẽdum, in propositione de conditionato esse tres terminos. s. inferẽtem, illatũ & cõcurrentẽ. Terminus inferẽs est ille, qui proximè sequitur notã illationis: illatus est alter, qui cũ inferẽte constituit conditionatũ: siue præcedat coniũctionem, siue sequať, terminus concurrẽs est alte ũ extremũ à cõditionato. Vt in hac, Petrus est aĩal si est hõ, ly, hõ, est termin⁹ inferẽs, & ly, aĩal illatus: & ly, Petrus concurrens.

Cõditionatũ duplex. Secundo notãdum ꝙ cõditionatũ, vt summulistæ loquũtur, accipitur dupliciter. Vno modo vnica: alio modo pluribus acceptionibus. Accipi vnica est ꝙ sub toto sit faciẽda vnica resolutio, & accipi pluribus est ꝙ non sit facienda vnica resolutio sub toto, sed sub partib⁹ seorsum. v. g. in hac propositione, omne animal si est rationale est risibile, ly omẽ põt ferri vno modo in totum conditionatum quod sit subiectũ: & tunc accipitur vnica acceptione & ly, si, accipitur conditionatim, & debet fieri immediatè ascẽsus sub toto. s. hoc quod est animal si est rõnale est risibile. &c. Et habebit multas singulares falsas: nã subiectũ. s. animal si est rationale, supponit pro qualibet re mũdi, & prędicatum solũ pro hominib⁹ & ideo in illo sensu est falsa. Potest secundo ly, omẽ distribuere solũ ly, animal: & tunc, vt aliqui putant, accipitur pluribus acceptionibus. Sed re vera hoc non est accipi pluribus: quia iam ly, animal, non accipitur tanquam pars cõditionati: sed tãquã terminus concurrens. Et conditionatũ est illud, risibile si est rationale, & per consequẽs, aliud est conditionatum, quã in priori. Et in hoc sensu, illa ꝓpositio est vera, vt patet per descẽsum sub ly, animal: nam Petrus: si est rationalis est risibilis: & equ⁹, si est rationalis, est risibilis: & sic de singulis animalibus. Et re vera in rigore iste est sẽsus illius propositionis apud õnes Latinos. Nullus enim ad mitteret, ly omne. distribuere totũ illum, animal si est rationale, & ideo non accipitur ly, si, conditionatim sed certe conditionaliter. Et eodẽ modo dicẽdũ est circa illud vulgare sophisma, aliqd' animal si dormit vigilat. Nam si ly, aliquod vnica acceptione determinet totũ conditionatũ, animal si dormit, est vera: vt patet per ascẽsum disiunctiuũ sub toto. Nã ego de quo verificatur, animal si dormit, vigilo. Si verò determinet solũ ly, animal, tanquã terminũ concurrentẽ (vt proprietas habet sermonis) tũc illa est falsa: quia est mala consequentia. Eodẽ modo distinguito, nullũ falsum si est impossibile est verũ. Nã si ly, nullũ, feratur in totũ conditionatũ, hoc sophisma est falsum: imo Deũ esse, quod est falsum si est impossibile, est verũ. Si verò distribuat solũ ly. falsum, tũc est vera: quia sua contradictoria reducitur ad malã cõsequentiã. s. si aliquod falsum est impossibile est verũ. Ecce quõ est cõmẽtitia ista distictio inter cõditiõatũ acceptũ vnica & acceptũ pluribus. Nã in dictis propositionibus, vt diximus, nõ accipiuntur propriè illa conditionata vnica accepione: quia signum non fertur propriè nisi in primã partẽ, nec hoc propriè est accipi plurib⁹ postquã ille terminus non est pars conditionati. Et ideo illæ propositiones faciunt sensus conditionales. Alij sunt, qui aliter constituunt hanc differentiã: videlicet ꝙ quando propositio de conditionato immediate est reducibilis ad cõditionalem: vt, Petrus est risibilis, si est rationalis tunc cõditionatũ accipitur plurib⁹, si vero non sit immediate reducibilis, tũc accipiť vnica: vt, in hac, oẽ aĩal est rõnale si est sensibile, q̃ non est reducẽda ad cõditionalẽ, anteq̃ fiat ascẽsus sub subiecto. Sed certe neq; hoc adeo placet: quia qñ non ꝓbanť seorsum partes cõditionati, sed totũ reducitur ad conditionalem, nihil refert ꝙre ducať imediate vel mediate, vt accipiatur vnica aut plurib⁹ acceptionib⁹. Et solet cõstitui regula ad dignoscẽdũ qñ cõditionatũ accipitur vnica, & qñ plurib⁹. Quãdo em̃ ferť aliꝙ signũ in totũ cõditionatũ accipitur vnica, & facit sensum categoricum, aliàs accipitur pluribus: vt exẽplis ꝑcedentib⁹ mõstratũ est. Sed regula nõ est adeo exacta, qn tuti⁹ sit quãdoq; distinguere. Nam in hac, animal si est ratio

tio

tionale est sensibile, si illud conditionatum, animal est rationale, fit subiectũ, tunc accipi pitur vnica & debet resolui per ascẽsum sub tota tametsi nullum illic ponatur signum. Si verò solùm ly, animal, sit subiectum, & ter minus concurrens, tunc accipitur pluribus, id est, facit sensum conditionalem.

Nota. 2. Regulæ tres reductionis.

Igitur tribus regulis possumus cõ prahendere modum reducendi propositio nes de conditionato ad cõditionales. Prima propositio de conditionato prædicato, vbi terminus concurrẽs est singularis, reducitur immediatè ad conditionalem in cuius ante-cedente subiicitur terminus concurrens, & prædicatur terminus inferẽs, & in consequẽ te subiicitꝰ idem terminus concurrens & prę dicatur terminus illatus. Vt Petrus est risibi lis si est rationalis, reducitur immediatè ad hanc, si Petrus est rationalis, Petrus est risibi lis. Hęc regula non erat admodũ necessaria, nisi forte ad maiorẽ explicationem. Nam re vera Latinè tam cõditionalis est hæc, petrus est risibibilis, si est rationalis, quàm alia. Nec oportet, vt sit conditionalis, subiectũ bis re-peti: sed satis est si semel positum reddat sup positum duobus verbis tanquã æquè prin-cipalibus copulis: vt Petrus loquitꝰ, si dispu-tat. Secunda regula, propositio de conditio-nato prædicato, qñ terminus concurrẽs sup ponit cõmuniter, debet immediatè probari tanquã categorica, per inductionẽ sub subie cto, & mox quęcũq; singularis per suã con-ditionalẽ: vt substãtia est rationalis si est sen sibilis, non debet probari immediatè per re ductionẽ ad conditionalẽ: sed per ascensum disiunctiuũ sub subiecto: & hæc, omnis sub stãtia est rationalis, si est sensibilis, per ascen sum copulatiuũ. Quare tenẽtes omnẽ conse quentiã esse bonã, cuius antecedens est im-possibile, dicunt subinde, primam proposi-tionem esse verã: quia demonstrandolapidẽ sub ly. substantiam, habebit vnam singula-rem verã. s. si lapis est sensibilis, lapis est ra-tionalis. Cũ tñ reducẽdo immediatè ad cõdi tionalem esset falsa, s. si substantia est sensibi lis substantia est rõalis. At verò tenẽdo (vt res habet) nullã cõsequẽtiã esse bonã nisi tẽ neat per locũ intrinsecum, vix possunt dari termini in quibus varietꝰ veritas, siue reducã tur immediatè ad conditionalẽ, siue fiat in-ductio sub termino concurrente: nam sicut illa est falsa reducendo immediatè, ita quæ-libet singularis. s. si lapis est sensibilis, lapis est rationalis, est mala consequentia: sed for san variabitur veritas si velis dicere hanc es-se bonam cõsequentiã, si Petrus est substan tia, Petrus est rõalis, vt ly. est, dicat existen-tiã: nam si Petrus est, est homo, tũc.n. illa est vera per ascẽsum demõstrãdo homines sub ly, substãtia, & falsa per immediatã reductio nem ad conditionalẽ: & eodem modo potes negare hãc, creatura si existit, viuit, reducen do ad conditionalem: & tamen singulares, vbi demonstrentꝰ animalia. essent veræ. s. Pe trus si existit viuit, nam viuere viuẽtibus est esse. Tertia regula. Propositio de conditio-nato accepto vnica acceptione, ad sensum su pradictũ. s. vbi aliquod signum fertur in to-tum conditionatum, debet probari per in-ductionem sub toto conditionato: vt patet in exemplis suprapositis. v. g. Omne animal si est rationale est resibile, vt ly, omne, fera-tur in totum debet sic probari, hoc quod est animal si est rationale est resibile. &c.

Nota. 5. Regulæ duæ.

Ex his regulis inferunt alias perti nentes ad ampliationẽ conditionati. Prima cõditionatũ acceptũ pluribus acceptionibꝰ i. quando ponitur à parte prædicati sine ali-quo signo quod feratur in totum, ampliat terminũ concurrentẽ ad imaginabilia: vt in hac, omnis homo loquitur si disputat, ly, ho mo, ampliatur pro omni homine, qui imagi natur esse. Ratio est, qa illa est reducibilis ad cõditionalẽ, & cõditionalis nihil ponit inesse. Quare descẽdendo sub illo subiecto, licet demonstrare oẽm hominẽ, qui imaginatur esse. Non dixerim, omne illud, quod imagi-natur esse hõ. Nã si dicas, lapis viuit si existit est falsa ꝓpositio, vt manifestũ est: & tñ ali-quid quod imaginatꝰ esse lapis, puta animal, viuit si existit, vt suprà diximꝰ. Et admitten-do cõsequẽtiã esse bonã, cuiꝰ añs est impossi bile, hæc esset vera, homo dormit si vigilat, si liceret sub subiecto demonstrare illud qđ imaginatur esse homo, puta lapidẽ qui im-possibiliter vigilat. Secũda regula, conditio natum acceptũ vnica. i. qñ ponitur totum à parte subiecti, vel modificatur totũ aliquo signo, nõ ampliat: vt in hac: omne animal si dormit vigilat. signo cadẽte in totum condi tionatũ, aial si dormit, prædicatũ nõ amplia tur, sed accipitur pro eo quod modò vigilat Ratio est qa non reducitur ad conditionalẽ: & ideò sensus est. Illud quod est animal si dormit est vigilans. Ex quo sequitur, hanc non esse bonã conuersionẽ, album est risibi le si est rationale: ergo aliquod resibile si est rationale est albũ, siue signũ feratur in totũ

M siue

siue non. Nam si feratur in totū, arguitur ab amplo ad non amplū, ex parte de ly, album quare nullo existente albo, aňs est verum & consequens falsum. Et si feratur solū in primam partem, quæ sit totale subiectū, mutatur conditionatū: nam qui erat in accedente terminus illatus, efficitur in consequente concurrens. Et sit sensus. Si risibile est rationale, risibile est albū. Sequitur secundò non sufficere: vt multi putant, ad veritatem propositionis de conditionato singularizato, ꝙ extremis non repugnet supponere pro eodem. Nnam certè hæc est falsa, hoc risibile si est rationale est chimęra, pronomine cadente in totum conditionatum & demonstrāte chimæram: quia conditionatum accipitur vnica, & per consequens non ampliat illic. Quare sensus est, hoc quod est risibile si est rationale, est chimera. Et idem est si dicas, chimæra est hoc risibile si est rationale, signo cadente in totum. Sed tamē hæc est vera, chimæra est resibilis si est rationalis.

Nota.4. Regulæ duæ. *Inferuntur subinde regulæ nōnullæ* ad iudicandū suppositionē conditionati. Prima, omne cōditionatū eius terminus inferens verè infert illatū, ita vt sit inferior, vel cōuertibilis cum illo, si accipiatur vnica acceptione, sine ampliatione, est transcendens. i. verificatur de quacunq; re mūdi, & si accipiatur pluribus & ampliatiuè, est supra transcendens. v.g. Animal si est homo verificatur de quacunq; re siue sit, siue non sit: vt angelus est animal si est homo, chimæra est animal si est homo. &c. Sed si accipiatur vnica. s. aliquid quod est animal si est homo, verificatur quidē de omnibus rebus, sed non nisi de existentibus. Idem verificatur in hoc, risibile si est rationale, & in similibus. Secunda regula, quādo terminus inferens non infert illatum, ita ꝙ est vel superior vel disparatus vel impertinens quantùm est natura conditionati pro nullo supponit: vt homo si est equus, rationale si est sensibile, album si est dulce. Hanc regulam constituimus vniuersalē cōtra Summulistas: qui multas exceptiones faciunt. Primò dicunt, ꝙ tale conditionatū verificat̄ de oīre de qua non pōt verificari terminus inferēs: vt rōnale si est sensibile. verificatur de lapide, & de omni illo, quod nō pōt esse sensibile: qa tunc aň conditionalis efficitur impossibile: eàdem rōne hō si est equus, verificat̄ de omni illo, quod non pōt esse equus, Nos tñ non cōcedimus consequentiam, eò ꝙ aňs sit impossibile. Et ideò negamus hanc exceptionem, Secundò dicunt ꝙ etiā si terminus inferēs sit superior ad illatū, in terminis absolutis, & in cōnotantibus intrinsecè, & essentialiter, cōditionatū supponit ꝓ illo pro quo pōt supponere terminus illat⁹: vt hō si est aīal, rōnale si est sensibile, supponunt pro hoībus solū, In terminis verò connotātibus extrinsecè regula manet vera: vt album si est coloratū, pro nullo supponit. Et ita nos diximus in priori editione. Sed le iam modò oculatiùs inspecta, videor mihi aliter sentire. Et ideò nego istā exceptionē. imò q̄tuncūq; termini sint absoluti vel connotātes intrinsecè, conditionatū ex natura sua ꝓ nullo supponit. Credo eñ hanc esse falsam, Petrus est homo si est animal, Petrus est rationalis si est sensibilis, saltem si termini supponant naturaliter, & ly, est, non dicat existētiā. Quia nulla est causa si Petrus sit animal ꝙ sit homo, aut si sit sensibilis, ꝙ sit rationalis. Sed si ly, est, diceret existentiā, aliud esset. Nā si Petr⁹ est, Petrus est homo. Et propterea diximus ꝙ ex natura cōditionali de nullo verificatur. Ailud est ratione verbi dicētis existentiā, vel, vt suprâ diximus ratione subiecti in quo identificātur superius & inferius: viuēs si est existens, verificatur de omnibus viuentibus, in quibus formaliter idē est viuere & esse. Sed hoc iam excedit limites Summulistarum.

Videtur mihi materia conditionatorū vsq; adeò notabilibus absoluta, vt vix fuerit relictus arguēdi locus. Arguitur tñ disputandi gratia. Nulla est propositio de cōditionato extremo: ergo dicta nulla. probatur aňs: Si aliqua esset, maximè hæc, Petrus est animal si est homo: aut hæc, aliquod animal si est risibile, est homo (vt ly, aliquod, feratur in totum conditionatum vnica acceptione. Sed vtraq; est cōditionalis: ergo probatur minor quia in prima ly, si, formaliter vnit ꝓpositionis, licet nō reperatur bis subiectū. Et de secūda arguitur: tum quia in illo sensu nō est in vsu apud Latinos: tum quia illo sensu dato, ly, si, virtualiter vnit propositiōes. Nam sensus est, illud quod est animal si est homo, est risibile: vbi vnitur ly, est animal cum ly, est homo. Adhoc argumentum quātū ad primū mēbrū attinet facilè concedam, hanc ꝓpositionē. Petr⁹ est animal si est hō, esse cōditionalē. Nā accipiunt̄ ambo verba tanq̄ copulę principales quarū vtriq; reddit suppositū ly, Petrus: tametsi Sūmulistæ primū verbum vocant copulā principalem Argu.1.

&se-

& secundum censent esse partem prædicati. Sed parum refer. Secunda verò propositio, si modò admittatur sensus ille Latinè, est propositio de cōditionato. Et ad argumentum respōdetur, ꝙ ly, si, formaliter non vnit propositiones, sed illum terminum, animal, cum ly, est homo. Licet sint, qui propter argumentum negāt aliquam propositionem de conditionato, dicētes ly, si, in mente nunquam vnire nisi formaliter inter propositiones. Sed certè opinio hæc nulla nititur rōne. Eodē enim mō cōcipimus sicut loquimur. Vnde postquam in voce proferimus hoc complexum, animal si est homo, extra propositionem, ita possumus mente concipere: licet quando adiungitur prædicatum, scilicet, animal si est homo est risibile, tūc apud Latinos, vt diximus, mutatur sensus, & ly, animal concipitur tanquam subiectum & terminus concurrens.

Argu. 2. *Secundò arguitur. Si qua esset propositio de conditionato extremo:* sequeretur, quòd liceret conuertere illas propositiones sicut alias categoricas: & subinde valeret mutuò consequentia ab vniuersali ad exclusiuā: sed consequens est falsum, ergo probatur minor. Non sequitur, omne risibile est animal si est rationale: ergo tantùm animal si est rationale est risibile: nam antecedens est verum, vt notum est, & secunda exponens consequentis est falsa, scilicet, nihil non animal, si est rationale, est risibile: imò aliquid non animal, vt puta lapis, si est rationale est risibile, Respondetur quòd admissis huiusmodi propositionibus de conditionato extremo, valet in illis argumentum per conuersionem mutuam, dummodò obseruentur cōditiones, quas suprà insinuauimus. Prima, vt non varietur ampliatio. Non enim sequitur, Adam est rationalis si est risibilis: ergo id quod est rationale si est risibile est Adam: arguitur enim ab amplo ad non amplum. Secūda, vt non varientur partes conditionati, scilicet, nè terminus illatus mutetur in concurrentem. Quare ad argumentum respondetur ꝙ si ly, tantùm, excludat ab opposito totius conditionati, consequentia est bona & consequens est verum: si autē ab opposito de ly, animal, cōsequentia non valet, vt probat argumentum: quia ly, animal, in antecedenti erat terminus illatus, & in consequenti, concurrens.

Caput nonum.



Copulatiua est illa: in qua cōiungūtur duæ categoricæ per hāc cōiunctionē, &: vt Petrus arguit, & Paulus respōdet. Ad veritatem copulatiuæ exigitur vtranq; partem esse veram: vt Deus est summum bonum, & homo est animal rationale. Ad falsitatē eius sufficit alteram partem esse falsam: vt homo est animal, & equus est lapis.

Lectio prima.

Not. 1. *Secunda species inter hypotheticas est copulatiua* &c. vbi notandū ly, & perinde atq; de ly, si, dictū est, posse coniūgere: & inter ꝓpositiones, & tunc tenetur copulatiuè: & inter terminos, & tūc tenetur copulatim, aut diuisiuè, aut cōplexiuè. Circa quas tres acceptiōes versabitur disputatio huius capitis. Vnde propositio copulatiua, inquit Petrus Hispanus, est illa. i. ꝓpositio hypothetica, in qua coniunguntur duæ categoricæ per hanc coniūctionem, &. Quæ quidem definitio, vt præcedentes, est ad bonum sensum intelligenda. Enimuerò in hac copulatiua, Petr⁹ arguit & Paulus respōdet, & vterque doctè loquitur, nō duæ solæ, sed plures ꝓpositiones iungūtur. Item in hac, si Petrus est rationalis Petus est risibilis, & si Petrus est risibilis, Petrus est rationalis, nō iunguntur categoricæ, sed hypotheticæ. Igitur sensus dictæ difinitionis huiusmodi est. Propositio copulatiua est propositio hypothetica, in qua coniunguntur plures propositiones per hanc cōiunctionē, &, tanquā partes principales sui. Quod addiderim, propter hanc, si Petrus disputat, Petrus loquitur & non tacet, ly, si, existente copula principali: & ꝓpter hanc, Petrū disputare & Petrū non disputare est impossibile, quæ sunt propositiões quæ nō sunt copulatiuæ, sed prima est cōditionalis, & secūda categorica. At qui nomine coniunctionis, &, intelligito vniuersaliter quācunq; sibi proportionabilē, vt sunt nec, sed, qui &c. Ad hæc tandem intelligito, ꝙ coniungantur formaliter, vel æquiualenter plures propositiones, propter casum cōmunem si ly. a. significet tantùm sicut vna

Propositio copulatiua.

copulatiua. Item quia aliquando causa breuitatis subiicetur coniunctio: vt in antecedente huius syllogismi, Petus disputat, Petrus est homo: ergo homo disputat.

Not. 2. Ad veritatem copulatiuæ.

*Secundo notandũ quod ad verita*tẽ copulatiuę affirmatiuę sufficit, & requirit quamlibet eius partẽ esse veram: vt Dominicus dictat & Hieronymus scribit. Intelligitur extra quisquilias Sũmulistarũ, quibus non decet regulã inculcari. Primò de parte principali: vt si homo est equus, homo est hinnibilis: & si homo caret ratione, nõ est rationalis: copulatiua est vera, cùm tñ oẽs partes minùs principales i. oẽs categoricæ sunt falsæ. Itẽ intelligitur de copulatiua, q̃ significat iuxta significationẽ suarũ partium. Nam si tota hęc copulatiua, Deus est vn⁹, & Deus est trinus, retẽtis significationibus partium, imponeretur ad significandũ, hominem esse equum, illa esset falsa & partes veræ. Item ad hoc ꝙ copulatiua fuerit ante hac vera nõ sufficit ꝙ quęlibet pars fuerit vera, sed requiritur ꝙ fuerint ambæ veræ pro eodem instãti, si copula vniat pro eodem instanti. Hæc enim copulatiua, Adam est & Adã non est, nunquã fuit vera, licet ambæ partes successiuè fuerint veræ. Quod si hìc inferas nunquã vocalẽ copulatiuã posse esse veram, quæ successiuè profertur, negatur consequentia. Nã sufficit ꝙ partes possint esse veræ pro eodẽ instanti, licet successiuè proferantur. Ad falsitatem copulatiuæ affirmatiuæ sufficit aliquam eius partem esse falsam: vt Deus est homo & homo non est. Ad possibilitatẽ copulatiuæ affirmatiuæ sufficit & requiritur quãlibet eius partẽ esse possibilem, & omnes simul esse compossibiles: vt Petrus est doctus & tñ est pauper. Ad impossibilitatẽ sufficit & requiritur ꝙ aliqua pars sit impossibilis, vel alteri aut cæteris incõpossibilis: vt Deus non est & mũdus est, Petrus disputat & Petrus non disputat. Dixerim, alteri, qñ sunt duæ solũ partes: dixerim verò, cęteris, quãdo sunt plures. Hæc enim copulatiua est impossibilis, hoc continuũ est diuisum in duas partes: & est diuisum in tres: & sic de singulis omnibus in quas est diuisibile: qa omnes simul partes sunt incõpossibiles (repugnant enim continuum esse diuisum in quamlibet suam partẽ) licet quælibet pars sit alteri compossibilis. Ad necessitatẽ copulatiuæ affirmatiuæ sufficit & requiritur quamlibet eius partẽ esse necessariam: vt Deus est trinus, & Deus est vnus. Ad contingentiã copulatiuæ affirmatiuæ sufficit & requiritur aliq̃ eius partem esse contingẽtem, dũmodo nulla alia sit impossibilis, aut cæteris incõpossibilis: vt Deus est & Petrus disputat. Quod sufficit & requiritur ad veritatẽ copulatiuæ affirmatiuæ sufficit & requiritur ad falsitatẽ negatiuæ, sicut quod sufficit & requiritur ad necessitatẽ affirmatiuæ sufficit & reqritur ad impossibilitatẽ negatiuæ. Et quod sufficit & requiritur ad contingentiam affirmatiuæ, sufficit & requiritur ad contingentiã negatiuę. Sed ad possibilitatẽ copulatiuę negatiuę opposito modo q̃ ad necessitatem affirmatiuæ sufficit & requiritur ꝙ nõ quælibet pars sit necessaria. Hæc omnia manifestè constant per legem contradictoriarũ. Percontaris autem, nõne posset veritas copulatiuæ, possibilitas, necessitas, & cõtingentia definiri proportionabiliter ad categoricas, ꝙ copulatiua vera sit illa, quæ significat ita esse sicut est, & possibilis quæ significat ita esse sicut potest esse &c̃. Posset quidẽ, imò illæ diffinitiones comprehẽdunt omne genus propositionis. Sed quia copulatiua debet resolui in suas partes, propterea veritas copulatiuæ exprimitur per veritatem partium.

Ad possibilitatem.

Ad necessitatem.

Not. 3. Locus arguendi.

*Adnotandus est tertiò locus ar*guẽdi in copulatiuis. Nempe à copulatiua affirmatiua ad quãlibet eius partẽ est formale argumẽtum: vt formaliter sequitur, lac est album & est dulce, ergo est album. E contrario tamẽ nõ sequitur formaliter ab vna parte ad totã: sed sequitur materialiter, quando vna pars infert singulas: vt Petrus est homo: ergo Petrus est homo & Petrus est animal & Petrus est substantia. In copulatis autem negatiuis nõ sequitur à tota ad partẽ: vt nõ sequitur, non homo est equus & homo est lapis: ergo homo est lapis.

Not. 4.

*Contra hæc autẽ arguitur, & pri*mò contra definitionẽ propositionis copulatiuæ. Multæ sunt propositiones copulatiuæ in quibus non coniungũtur plures propositiones per ly, &. Probat antecedẽs in his propositionibus, omnis homo est risibilis & ècõuerso, Petrus disputat & de sic singulis: item in cõseqnẽti huius conditionalis, si Petrus studeret, esset doctus & præminaretur.

Ad primã illatum propositionũ sunt qui censeant illam esse copulatiuã formaliter in mẽte. Dicunt enim illam subordinari huic, omnis homo est risibilis & omne risibile est hõ: nec posse ly, è cõuerso, formari in mente

per

per vnum conceptum. Sed certè mihi gratis videtur negatum, illam propositionē esse in mente vt iacet, & illi voci, è conuerso, respondere vnũ cõceptum in mēte. Cõcepimus eñ sicut loquimur. Vnde concesso ꝙ illa propositio est in mente sicut in voce, cùm ly, è conuerso, dicendum est altero duorum modorum. Primò ꝙ illa est copulatiua. Et satis est ꝙ cũ vna propositione vniatur illud aduerbium, quod tenetur loco propositionis. Sed præstat dicere altero modo: nēpe ꝙ illa est formaliter categorica tã in voce ꝙ̃ in mēte. Sed est exponibilis per hanc copulatiuã, omnis hõ est risibilis, & omne risibile est homo: cui æquiualet in consequēdo. Eodē modo dicendũ est de secũda. Petrus disputat & sic de singulis: ꝙ̃ videlicet subordinatur vni mētali vt iacet in voce. Quis enim dixerit, illam subordinari oībus categoricis, quibus æquiualet illa particula, & sic de singulis, cũ aliqñ sint penè infinitæ. Et ideò dicendũ ꝙ illa est categorica formaliter, sed æquiualet in consequēdo copulatiuę. Quare in illis ly, & tenetur formaliter copulatim, & æquiualenter copulatiuè. Sed arguis contra hoc. Sequeretur, illam propositionē, omnis homo est risibilis & è cõtrario, posse habere exclusiuam in terminis transpositis, postquã ēst categorica. Negatur consequentia, quia ly, è contrario, non congruè locatur à parte subiecti. Arguis secundò. Ergo datur vniuersalis quę non potest habere singularem. Nam maximè haberet hanc, hic homo est risibilis & è conuerso: in qua tamen ly, è conuerso, non retinet eandem significationē, quam habebat in vniuersali. Respondetur quòd illa propositio non est immediatè resolubilis per ascensum, quousq; exprimatur propositio, loco cuius accipitur ly, è conuerso, per quam est immediatè exponibilis: vel quod idem est, si fiat ascensus debet in singularibus exprimi talis propositio. s. Hic homo est risibilis, & omne risibile homo. Ad tertiam partem argumēti respondetur, ꝙ illud consequens conditionalis non est copulatiua, postquam non est propositio. Disputatio tamen est de nomine an ly, &, teneatur copulatiuè postquam vnit inter orationes subiunctiui, & non solùm inter terminos.

Argu. 2. *Secundò arguitur contra id quod* dictum est, requiri ad veritatē & falsitatē copulatiuę. Hæc copulatiua, quasi hic hõ disputat & hic hõ disputat &c. quæ cõstet ex decem partibus, quarum octo sint veræ & duæ falsæ, est vera: & tamen non omnes partes sunt veræ, ergò. Respondetur ꝙ admisso ly, quasi, posse ferri in totam copulatiuam vnica acceptione, argumentum concludit, illam esse veram, sicut hanc, quasi quilibet hõ disputat, non obstãte falsitate duarũ partiũ. Sed regula intelligitur de illa, ꝙ̃ est merè copulatiua: nec modificatur à ly, quasi, ferè vel similibus &c. Sed aliter arguitur. Hæc copulatiua. s. hæc copulatiua est falsa, & hæc copulatiua est falsa, vtroq; pronomine demõstrante totã copulatiuã, est falsa, quia se falsificat, & tamen quælibet pars est vera: qa neutra pars se falsificat, ergo regula falsa. Respõdetur ꝙ regula intelligitur extra reflexiuas Nam in hac ex veritate vtriusq; partis sequitur falsitas totius copulatiuę. Sicut è contrario in hac, hæc categorica est falsa, & hæc categorica est falsa, quælibet categorica est falsa quia se falsificat: & tota copulatiua est vera quia tota est sicut per totã significat. Vel põt dici secũdò & forsan melius ꝙ nulla est instãtia: sed ꝙ tam illę copulatiuæ, ꝙ̃ suæ partes sunt falsæ, qa sunt reflexiuæ. Nam si partes primę copulatiuæ sunt veræ, ergo copulatiua est falsa: quia significãt illam falsam. Tũc vltrà si copulatiua est falsa, ergo aliqua pars illi⁹ est falsa, qa nullã aliam veritatē aut falsitatē habet copulatiua ꝙ̃ suarum partiũ. Et non est maior ratio de vna ꝙ̃ de alia cùm sint synonimę. Vnde ad illas partes esse veras sequitur esse falsas, & ꝑ cõsequēs sunt reflexiuę falsæ sicut ipsa copulatiua, nam dato omnes significēt ita esse sicut est, sunt falsæ quia se falsificãt. Et ꝓportionabiliter est dicendum de secunda copulatiua & suis partibus. Aliter tamen arguitur. Hæc copulatiua, aliquis hõ est, & Petrus est ille, & Petrus nõ est ille (vtroq; relatiuo referēte subiectũ primæ categoricæ) est falsa: tamen quælibet pars est vera, ergo regula est falsa. Probatur maior ꝑ descēsum disiunctiuũ sub subiecto primæ categoricę: nam si demonstres Petrũ tertia pars copulatiuæ est falsa. s. Petrus non est ille homo demonstratus. Si verò demonstres alium à petro, secũda pars est falsa. s. Petrus est ille homo demõstratus. Sed iam probatur ꝙ quælibet pars est vera. Nam prima non est dubia. s. aliquis homo est. Nec secũda, cuius sensus est, Petrus est ille homo, qui est: sed probatur tertia. Hæc copulatiua est vera, aliquis homo est & Petrus non est ille, cùm sub antecedēte detur vna singularis vera, demonstrando Paulũ, ergo secunda pars est vera, ꝙ̃ est tertia pars primæ copulatiuæ.

Adhoc argumentum conceditur maior, videlicet illam copulatiuam esse falsam. Nam quāquā prima & secūda pars sit vera, tertia est falsa. Et nego illam copulatiuam. aliqs homo est, & Petrus non est ille, Nec valet illa consequētia, Paulus est & Petrus non est ille, ergo aliquis homo est & Petrus non est ille. Arguitur em̄ à restricto ad nō restrictū cum distributiōe, ex parte relatiui. Dictum enim est in derelatiuis ꝙ si fiat inductio sub antecedente relatiui nō reciproci, non fiat simul sub relatiuo. Quare sensus illius consequentiæ, est Paulus est & Petrus nō est Paulus: ergo hō est & Petrus nō est hō, breuiter loco relatiui ponendū est semper suum añs. Quare illæ partes, Petr⁹ est ille, & Petrus nō est ille, tantum valent sicut, Petrus est hō & petrus nō est homo. Et descendendo subantecedente semper debet manere relatiuū cōmuniter. s. hic homo est & Petrus est homo & Petrus non est homo &c. Si verò loco de ly, ille, ponas ipsemet, iam diximus illic ꝙ Latinè relatiuū reciprocū vnius categoricæ non potest referre añs alterius. Sed illo admisso adhuc illa esse falsa, aliquis homo est & Petrus est ipsemet & Petrus non est ipsemet, & debet probari per vnicum ascensum sub antecedente, vtroq; relatiuo referente eundem terminum singularem. s. Hic homo est & Petrus est hic homo, & Petrus non est hic. &c. Quare cum probatur tertia pars, qa hęc copulatiua est vera, aliquis hō est & Petrus non est ipsemet, & secunda pars est tertia alterius: cōceditur ꝙ hæc copulatiua est vera: sed negatur ꝙ secunda pars est tertia alterius: quia in priori vtrūq; relatiuum deberet referre eundem terminum singularem quare implicat contradictionē. Sed adhuc arguitur ad idem. Hæc copulatiua, nec homo est lapis, nec lapis est homo, est vera, tamen quęlibet pars est falsa. s. homo est lapis lapis est homo. Adhoc argumentum sunt qui dicant, nec, nō posse reperiri formaliter in mente, sed illam propositionem subordinari huic nullus homo est lapis & nullus lapis est homo: ita vt ly, nec, subordinetur duabus dictionibus illis, & nullus. Sed gratis & præter rationem negatur ly, nec, reperiri in mente formaliter vt iacet in voce. Et ideo ad argumentum. Concesso illam copulatiuam esse veram: ad minorem posset vno modo responderi, tenendo ly, nec, non negare categoricam ipsam in quam fertur, sed solā coniunctionem ac si diceres, non homo est lapis vel lapis est homo, vt ly, non, feratur in totā. Et tunc conceditur quòd copulatiua est vera, & quælibet pars est falsa: imò hoc requiritur ad veritatē illius, sicut dicemus de disiūctiua negatiua. Sed melius est dicere quòd ly, nec, negat categoricam in quam fertur, & illa ꝓpositio est formaliter copulatiua: quare partes sunt formaliter negatiuę: & per cōsequens ambæ veræ, ac si dicas, non homo est lapis: & non lapis est homo.

Tertiò principaliter arguitur contra id, quod dictū est requiri ad possibilitatem copulatiuæ. Primo satis est dicere, ꝙ ad impossibilitatē sufficit & requirit̄ ꝙ partes repugnēt, & ad possibilitatē, quod nō repugnent. Nā si copulatiua est impossibilis propter impossibilitatē vni⁹ partis, illa pars tūc repugnabit alteri: quia impossibile cuicūq; repugnat. Qui concedunt ad impossibile sequi quodlibet, concedūt subinde omnē propositionē impossibilē repugnare cuilibet alteri. Dicunt. n. vnam ꝓpositionē repugnare alteri, nihil aliud esse q̄ cū illa cōstituere copulatiuā impossibilē. Itaq; prima pars hui⁹ copulatiuæ, homo est lapis & Deus est, repugnat alteri. Vnde apud illos concludit argumentum. Nos verò sicut negamus ad impossibile sequi quodlibet, pariter negamus propositionē impossibilem repugnare cuilibet. Nec satis est vt duæ propositiones repugnent ꝙ constituāt copulatiuā impossibilē: sed reqritur ꝙ vna inferat per modū intrinsecum cōtradictoriā alteri⁹. Quare negamus illas partes repugnare, hō est lapis & Deus est. Non em̄ sequitur, si homo est lapis, Deū non esse. Sed illa copulatiua est impossibilis, ꝓpter impossibilitatē alterius partis. Vnde nō sufficit ad possibilitatē copulatiuæ ꝙ partes nō repugnēt nec requiritur ad impossibilitatem ꝙ partes repugnēt. sed satis est ꝙ altera pars sit impossibilis. Sed aliter arguitur contra regulā. Hæc copulatiua est possibilis, solus lapis demonstratur & hoc est Deus (demonstrando Deum) & tñ partes repugnant, ergo &c. Maior est nota: quia prima pars est cōtingēs & secūda necessaria: & nullū cōtingēs repugnat necessario, vt est regula dialecticorū: sed minor probatur. Sequitur benè. Solus lapis demonstratur, & hoc est Deus: ergo solus lapis demonstrat̄, & hoc quod demonstrat̄ est Deus: quia prima pars antecedētis infert primā cōsequētis, & secundā secundā. Sed probatur cōsequēs esse impossibile. Nam sequitur benè, Hoc quod demōstratur est Deus: ergo Deus demonstrat̄: & hæc

Argu. 3.

& hæc repugnat priori. s. solus lapis demonstrat, ergo. Ad argm, Concessa maiore negatur minor & negatur illa prima cõsequẽtia, hoc est Deus: ergo hoc, quod demonstratur est Deus: nam antecedẽs est necessarium, & consequẽs includit vnũ contingẽs, s. ꝙ Deus demõstretur: antecedẽs enĩ non ponit ꝙ Deus demonstretur imò, siue demõstretur siue nõ necesse est ita esse sicut p illã propositionẽ significatur. Vnde istæ partes non repugnant, solus lapis demonstratur & hoc est Deus, sed istæ repugnant, solus lapis demonstratur, & hoc quod demõstratur est Deus.

Quartò principaliter arguitur cõ
Argu. 4. tra locũ arguendi in copulatiuis. Non sequitur, Tu ignoras ꝙ Papa dormit & Papa sedet, ergo Papa sedet. Nã si Papa stet te ignorante, antecedens est verũ & consequens est falsum. Respõdetur ꝙ si antecedens accipiatur in sensu categorico: ita vt ly, ignorans feratur in totam copulatiuã, consequentia non valet, nec arguitur per regulã. Est enim sensus: tu ignoras hãc copulatiuã, Papa dormit & Papa sedet, ergo Papa sedet. Sed si antecedẽs accipiatur in sensu copulatiuo: vt ly, ignorans solũ feratur in primam partẽ. s. Papa dormit, tũc est bona consequentia, sed in casu argumenti antecedẽs est falsum pro secunda parte. Item arguitur, Non sequitur, aliquantũ videt Petrus & tantum videt Paulus, ergò tantum videt Paulus: & tamen arguitur per regulam: ergo &c. maior est nota casu quo Petrus & Paulus idem sint videntes. Respondetur ꝙ in rigore non valet consequẽtia: nec arguitur per regulam: quia ly, tantum, in antecedente tenetur relatiuè, & in consequẽte exclusiuè, postq̃ non ponitur cum aliquo antecedẽte. Sed inferendũ erat: ergo tãtùm quãtùm videt Petrus videt Paulus. Et per hæc ad alia multa respondebis.

Lectio secunda.

Not. 1. De copulato diuisiuo.

Subsequitur de propositiõibus, de copulato extremo disputare, in quibus ly, &, vt dictũ est, vnit inter terminos: quod est teneri copulatim. Et primò, quia viciniores sunt copulatiuis, tractauimus illas in quibus ly, &, tenetur diuisiuè. Vbi notandum est primò. quòd ly, &, copulatim inter terminos coniungẽs accipitur dupliciter, vno modo diuisiuè, alio modo complexiuè.

Diuisiuè accipitur, quãdo denotat aliquid cuilibet parti copulati seorsum conuenire: vt Petrus & Paulus est homo. Tunc verò accipitur complexiuè seu collectiuè, quando denotatur aliquid omnibus simul conuenire: vt Petrus & Paulus sunt homines. Et differt inter ly, &, complexiuè & diuisiuè quadrupliciter. Prima differentia est, quam modò constituebamus. Secunda (quæ sequitur ad primam) est quòd ly, &, diuisiuè exigit verbum singularis numeri: si partes copulati sint singularis numeri: sed ly, &, complexiuè exigit verbum pluralis numeri. Hic verò, homines & equi sunt animalia, vtroque modo potest teneri. Tertia ly, &, diuisiuè est vniuersalitas: quia reducitur ad copulatiuam: sed ly, &, complexiuè, nec est vniuersalitas, nec propriè particularitas. Quarta (quæ hinc sequitur) ly, &, diuisiuè non est pars extremi, & quodam modo confundit alterum extremum: vt hîc Petrus & Paulus est homo, prædicatum quodam modo confunditur, postquam non licet illud resoluere antequam reducatur ad copulatiuam. Nec sequitur, Petrus & Paulus est homo, ergo homo est Petrus, & Paulus. Sed ly, &, complexiuè efficitur pars extremi: quia virtus eius non transit vltrà.

Ly, &, cõplexiuè et diuisiuè differunt.

Hinc sequitur, aliquando perspicuum esse ly, &, teneri hoc vel illo modo: aliquando verò opus esse distinctione. Quando ponitur copulatum à parte prædicati, generaliter reputatur complexiuè teneri, vt, Petrus est materia & forma. Sed certè aliquando potest accipi diuisiue: vt lac est album, & dulce, Petrus est homo, & animal, & substantia &c. Quando verò ponitur à parte subiecti, & verbum est singularis numeri, in rigore accipitur diuisiue: vt Petrus & Paulus est homo. Aliàs distinguito: vt hîc, Hispani & Galli sunt Christiani, imò hîc exercitus Hispanus & exercitus Gallus sunt Christiani, potest accipi vtroque modo: quia verbum plurale potest adaptari singulis partibus copulati, postquam sunt termini collectiui.

Igitur veritas propositionis de copulato diuisiuo attenditur penes copulatiuam, ad quam reducitur, si sit immediatè reducibilis. Vt ad veritatem huius, Petrus & Paulus est homo, sufficit, & requiritur ꝙ Petrus sit homo & Paulus sit homo. Et ad veritatem huius triti sophismatis, Parisiis & Romæ venditur piper, sufficit & requiritur quòd Parisiis vendatur piper & Romæ vendatur piper. Dixerim, immediatè reducibilis: Not. 2.

lis: quia hæc, homo est Petrus & Paulus, si admittas ly, &, teneri diuisiuè, non est reducibilis quo adusq; resoluatur subiectum.

Hinc sequitur hanc esse veram, cœlum & terra est vna res, hanc verò falsam, Petrus & chimera non est homo: quia sua contradictoria est vera, Petrus vel chimera est hō.

Sed contra illam, cœlū & terra est vnica res, arguitur: quia subiectū & prædicatum non supponūt pro eodē: nam prædicatū nō supponit nisi pro cœlo aut ꝓ terra seorsum subiectum verò non nisi pro duobus simul. Respondetur primò ꝙ veritas illius non debet cognosci per suppositionē extremorū, sed per reductionem ad copulatiuam: secundò negatur ꝙ subiectum nō supponat: nam verificatio illius debet fieri seorsum per partes, postquam ly, &, capitur diuisiuè. Et hoc est quod alij dicunt ꝙ ly, &, debet mutari in ly, vel, in verificatione, postquā est vniuersalitas, quæ non est pars, sicut subiectum huius vniuersalis, omnis homo est animal, verificatur, sic homo est aliquis homo.

Not.3. *Contra veritatē tamen illius vulgati sophismatis*, Parisiis & Romæ venditur piper, arguitur. Esto (vt res debet) vtrobiq; vendatur piper, non tamen idem, dicta propositio est falsa: ergo non sufficit ad eius veritatem veritas copulatiuæ ad quam reducitur. Probatur antecedēs. Sequitur bene, Parisiis & Romæ venditur piper, ergo Parisiis & Romæ venditum est piper, consequens est falsum, quia subiectum pro nullo supponit, cùm de nullo verū sit dicere, hoc est Parisiis & Romæ ens venditum. In hoc argumento reuocādum est in memoriam, quod adnotauimus cap. quinto de conuersionibus: videlicet, in hac propositiōe, Parisiis & Romæ venditur piper, non esse subiectum illud, quod præcedit, scilicet, Parisiis & Romæ venditum, & prædicatum ly, piper, imò

Not.1. De copulato. diuisiuo. potiùs ly, piper, quāquam sequatur est subiectum: quia reddit suppositū verbo adiecti uo. Itaq; resoluitur in hanc. a. piper vēditur Parisiis & Romæ. Ponitur ly, a, vt reducatur priùs ad copulatiuam, quā fiat ascensus sub subiecto. Aliàs argueretur à confusa ad determinatam. Et eadem propositio conuerteretur in hanc (si commodè fieri posset) Parisiis & Romæ ens venditū est piper, licet cōis opinio putet primā esse cōuertentē, & hanc secūdā, resoluentē. Verum est tñ ꝙ propriè nec debet resolui nec cōuerti. Quia resoluendo nō potest reseruari suppositio cōfusa de ly, piper, quā habet ratione de ly, &, nisi Barbarè addendo ly, a. Et in conuertente, vt probat argumentum, Parisiis & Romę ens venditum, non supponit. Respondetur ad argumentum negando antecedens, videlicet, illā esse falsam. Et ad illam consequentiam, Parisiis & Romæ venditur piper: ergo Parisiis & Romę venditū est piper. si ly, venditū, accipiatur tanquā adiectiuū de ly, piper, consequentia est bona: & negatur consequēs esse falsum. Nec debet probari per suppositionē subiecti, sed per copulatiuā, Parisiis vēditum est piper, & Romæ venditū est piper. Et tūc non est conuersio, imò ly, piper est subiectū. Si autē ly, venditū, accipiatur substātiuè: vt includat ens tanq̄ subiectū, tunc in rigore consequētia nō valet, vt ꝓbat argumētum: nisi dicas ꝙ ly, &, adhuc cōfundat illū nominatiuū, ens venditū. Et tūc in verificatione subiecti debet mutari ly, &, in, ly, vel. s. Hoc est Parisiis vel Romæ ens venditū. Sed melius est dicere, postq̄ totum hoc, Parisiis & Romæ vēditum postquā totū hoc, Parisiis & Romæ venditū accipitur vnica acceptione, ꝙ subiectū debet verificari per ly, &, quare nō supponit. Et ideò illa propositio propriè non ptest cōuerti. Nā tanquā sit categorica, est tamē immediatè reducibilis ad copulatiuā. Sed replicatur cōtra solutionē. Argu.2. Sequeretur inde has propositiones esse contrarias, Parisiis & Romæ venditur piper, Parisiis & Romæ nō venditur piper: quia manet eadē vniuersalis de ly, &, & nullus alius defectus cōmititur: & tamē sunt simul veræ. Nā affirmatiua nō est dubia: & probatur negatiua, nullū piper, venditur Parisiis & Romæ: ergo Parisiis & Romæ non venditur piper: ꝙ si dixeris argumētari à particulari ad vniuersale, ex parte de ly, &, quod in antecedente negatur & in cōsequēte affirmatur ad minus sequeret. nullū piper vēditur Parisiis & Romæ, ergo Parisiis vel Romæ non venditur piper. Respondetur ꝙ adhuc hæc secūda consequētia nihil valet: Arguitur. n. virtualiter à confusa ad determinatam ex parte de ly, vel, ac si argueres, omne piper vel non venditur Parisiis vel non venditur Romæ: ergo Parisiis vel Romæ non venditur piper vbi antecedens debet probari priùs per resolutionem subiecti: & consequens immediatè per reductionem ad disiunctiuam. Et hæc pauca sitis sint de ly, &, diuisiuo.

Lectio teria.

No.1. De copulato cōplexiuè tento. *Maius negotiū est de ly, &, complexiuè tento.* Ad veritatem propositionis

de ly,

de ly,&,complexiuè tento, est Paulus. Venetus & eius sequaces qui dicit requiri debitā correspondentiam partium prædicati, formalium aut virtualium ad partes subiecti. Sic vt vna pars prædicati vni parti subiecti, & altera prædicati alteri subiecti cōueniat: si fuerit affirmatiua: aut discōueniat, si fuerit negatiua. V.g. Hæc propositio, ignis & aqua sunt calidum & frigidum, est vera: quia vna pars prædicati conuenit vni parti subiecti & altera alteri. & hæc pariter materia & forma sunt Petrus, si totum nō distinguatur à suis partibus: quia vna pars subiecti supponit pro vna parte suppositi prædicati, & altera pro altera. Inferunt inde mirabiles propositiones, videlicet Petrus & Paulus sunt Petrus & Paulus, & Petrus & Paulus sunt differētia à Petro & Paulo. Prima enim pars non est dubia. Et secundam probant: quia Petrus & Paulus sunt differens à Petro & Paulo & differens à Petro & Paulo. Aequa ratione tenentur cōcedere ꝙ materia & forma Petri sunt Petrus, & tamen sunt differentia à Petro: quia sunt differens à Petro & differens à Petro. Et mirū est ꝙ materia & forma sunt differentia à Petro, & tamē Petrus nō differat à materia & forma. Et eadem ratione debent negare hanc, Petrus & Paulus differunt à Petro quia non sunt differens à Petro & differens à Petro, neutra enim pars prædicati supponit pro Petro. Hæc omnia nō aliter probant quàm ex cōmuni modo concipiendi. Sed re vera apertè sunt contra modum concipiendi. Quis enim concedat quòd Petrus & Paulus sunt Petrus, & Paulus & sint differentia à Petro & Paulo? Nam ex secunda parte sequitur quod differunt à Petro & Paulo: & tertio exponēs huius est, Petrus & Paulus nō sunt Petrus & Paulus: quæ est contradictoria prioris. Nec possunt respondere nisi negādo illam esse immediatè exponibilem. Et ideò dicunt ꝙ illa prius debet reduci ad copulatiuam, scilicet, petrus est differens à Petro & Paulo, & Paulus est differens à Petro & Paulo. Hæc tamen solutio est peior. Nam cum ly,&, accipiatur cōplexiuè debent similes propositiones probari, sicut aliæ categoricę, per suas exponentes, si sint exponibiles.

Nota. 2. *Sit ergo regula, Veritas propositionis* de copulato complexiuè sumpto cognoscenda est omnino sicut veritas aliarum categoricarū, scilicet, si copulatū est terminus cōmunis, per ascensum, & si fuerit singularis, per suppositionem extremorū immanenter ly,& in verificatione, postquam non est vniuersalitas. V.g. veritas huius, omnis homo & equus sunt animalia (signo cadente in totum copulatum vnica acceptione) cognoscitur per vnicum ascensum sub toto. Quòd si signum cadat in primam partē, veritas cognoscitur per ascensum copulatiuū sub prima parte, & disiunctiuum sub secunda. Sed veritas huius, Petrus & Brunellus sunt animalia, cognoscitur per suppositionē extremorū pro eodem. Et veritas huius, Petrus & Paulus differunt à Petro & Paulo, per expositionem de ly, differūt, scilicet, Petrus & Paulus sunt, & Petrus & Paulus non sunt Petrus & Paulus. Quare illa est falsa: licet hæc esset vera, Petrus & Paulus differt à Petro & Paulo: ly, &, diuisiuè à parte subiecti & cōplexiuè à parte prædicati. Vnde ad argumentum alterius opinionis Petrus & Paulus sunt differens à Petro & Paulo & differens à Petro & Paulo: ergo sunt differentia à Petro & Paulo, negatur consequentia. Diximus enim vltimo capite terminorum, quòd quando est aliqua determinatio termini pluralis numeri, tunc si terminus pluralis resoluatur in copulatum, debet illa determinatio ferri vnica acceptione in totum copulatum. Quare, Petrus & Paulus sunt differentia à Petro & Paulo, resoluitur in hanc, Petrus & Paulus sunt differens & differens à Petro & Paulo: vt ablatiuus feratur in totum copulatum. Et hæc, materia & forma sunt differentia à Petro resoluitur in hanc, materia & forma sunt differens & differens à Petro. Sed nō est necessaria hæc reductio, quia pespicaciores sunt propositiones de numero plurali determinato aliqua determinatione, quàm propositiones de copulato. Eadem ratione hæc, Deus & hoc instans incipiunt esse, debet probari sicut categorica, per expositionem de ly, incipit, scilicet Deus & hoc instans sunt & nō immediatè ante hoc fuerunt. Quare illa propositio est vera: licet diuisiuè sit falsa, Deus & hoc instans incipit esse.

N... Regula. 2. suppositionis. *Solet hic sumulistæ cōstituere regulas* ad cognoscendū suppositionē copulatę quanquā satis cognoscitur, sicut suppositio aliorū terminorū, per verificationē si verificatur de aliquo. Nihilominus vt suppositio totius cognoscatur per suppositiones partium, cōstituūtur duæ regulæ. Prima, Omne copulatum cuius vna pars supponit pro

aliquo toto: & altera ꝓ eodẽ aut pro parte illius, supponit pro ipso toto. Vt vtrunq; horũ copulatorũ, homo & homo, homo & caput, supponit pro quolibet homine. Secunda. Omne copulatũ, cuius vna pars supponit pro aliqua parte alicuius totius, & altera pro alia parte, aut pro parte includente aliã, supponit pro toto. Vt vtrunq; horum copulatorum, materia & forma, materia & caput, supponũt pro homine seu vt proprius loquamur, verificantur de homine si totum nõ distinguatur à suis partibus. Idẽ sentito in totis per aggregationem. Vt homo & homo, supponit pro duobus hominibus. Et ꝓportionaliter quãdo copulatum constat ex pluribus quàm ex duabus partibus. Vt, homo & equus & leo, supponit pro tribus animalibus simul. Ex his regulis sequitur quòd adhoc ꝙ aliquod copulatũ supponat, sufficit & requiritur ꝙ quælibet pars supponat. Vnde si aliqua pars nõ supponat, totum nõ supponit. Hęc omnia intelligito, quãdo oẽs partes supponunt pro eodem instanti: nam aliàs non habent vniuersaliter verũ. Etenim si copula huius ꝓpositionis, Petrus fuit peccator & iustus, vniat pro instanti, quælibet pars prædicati supponit pro diuo Petro: & tamen totum non supponit pro illo, quia nunquàm fuit simul peccator & iustus.

Argum. 1. *Contra hæc, quæ dicta sunt, & potissimè* cõtra hoc vltimũ corollarium arguitur. Casu quo Petrus & Paulus simul portẽt lapidem quem neuter illorũ seorsum sufficeret portare, prædicatũ huius propositionis Petrus & Paulus sunt portans lapidẽ & portans lapidẽ, supponit pro Petro & Paulo: & tamen neutra pars supponit pro Petro aut pro Paulo, ergo corollariũ falsum. Prob. maior. Sequitur benè, Petrus & Paulus portãt lapidem (ex casu) ergo sunt portantia lapidẽ (per resolutionẽ verbi, rursus) ergo sunt portans lapidem & portans lapidẽ, per resolutionẽ termini pluralis. Et sic de primo ad vltimũ illa propositio est vera: & per consequẽs prædicatũ supponit pro Petro & Paulo. Sed ꝓbatur quòd neutra pars supponat, quia nec Petrus portat lapidem nec Paulus. Si enim Petrus portaret, aut portaret totum lapidem, & hoc non, quia non sufficit portare: aut portaret partem aliquam, & hoc non quia cùm nõ sit maior ratio de vna ꝙ̃ de alia quãlibet portaret, quã diuisam posset portare & per consequẽs portaret omnes. Pro solutione nota ꝙ in huiusmodi verbis importantibus actionem, actio potest denotari de per se, aut de per accidens. Illa res agit de per se, quæ sine iuuamine alterius causæ cui non est essentialiter subordinata agit, vt ignis cùm calefacit Deo & cœlo concurrẽtibus. Non dixerim, quæ sine alia causa secunda agit: nam Deus concurrẽdo cum igne, de per se vtiq; agit: tametsi concurrat causa secunda, quę ei essentialiter subordinatur. Vnde Petrus de per se scribit, quanquàm id faciat calamo. Et illa res dicitur agere de per accidens, seu per aliud, quæ iuuamine alterius causæ, cui non est essentialiter ordinata, agit: vt Petrus in casu argumenti. Disputatio est de nomine, an agere de per accidẽs sit absolutè agere, & videtur ꝓbabilior pars negatiua. Nam in communi modo loquendi si Petrus & Paulus emissent domũ viginti aureis: vtroq; decem contribuente, neuter cẽseretur aut emisse domum aut possidere, sed ambo simul. Et hanc partem supponamus, vt currat argumentũ. Ad quod respondetur negando maiorẽ videlicet quòd prędicatũ supponat, quia neutra pars supponit: vt patet in probatione minoris. Et negatur illa consequentia, Petrus & Paulus sunt portantia lapidem, ergo sunt portans lapidẽ & portãs lapidem, sed inferendũ est, ergo sunt portans & portans lapidẽ. Nam sæpè dictũ est, quando determinatio fertur in terminũ pluralis numeri, tunc debet vnica acceptione ferri in copulatũ per quod resoluitur terminus pluralis numeri. Quod si teneas portare de per accidens esse absolutè dicendum portare, tunc formato sic argumentum Petrus & Paulus portant per se lapidem, ergo Petrus & paulus sunt portans per se lapidẽ & portans per se lapidem. Et erit eadem difficultas. Ex solutione sequitur ꝙ Petrus & Paulus sunt portãtes lapidem: & tamen nec Petrus aliquid portat nec Paulus, nisi de per accidẽs. Vnde rursus sequitur ꝙ Petrus magis laborat nihil per se portando, quàm si per se portaret decem libras.

Sed contra solutionem replicatur Replica. 1.

Sequitur benè, Petrus & Paulus sunt portãtes lapidem, ergo sunt portantes: ac subinde portans, & portans, vnde sequitur ꝙ Petrus sit portans. Et tunc arguitur. Petrus est portans, ergo est portans aliquid, & non nisi lapidem, ergo est portans lapidem. Adhoc argumentum, quod habet apparentiam, negatur illa consequentia, Petrus & Paulus sunt portantes lapidem, ergo sunt portãtes: quia

ly,

ly, portantes lapidem, in antecedente denotat ꝙ ambo simul portāt vnum lapidem, & in consequente, cùm, portantes ponitur absolutè, denotatur ꝙ vterque portat. Et ideò inferendum esset, ergo sunt simul portātes: & exinde nō sequitur nisi ꝙ sunt simul portans & portans, vt ly, simul, feratur in totū. Vel secundò potest dici, ꝙ consequentia argumenti est bona & consequens est verum sicut antecedens: nā facit hunc sensum quòd Petrus & Paulus portant seu sunt portātes simul vel seorsum, Et probatur: nam absurdum videtur & cōtra cōmunem modum loquendi: ꝙ Petrus & Paulus portēt lapidem & tamen nō portant: quia si nō portant, ergo nihil portāt ab æquiualentibus, ergo nec lapidem portant, quod est contradictio, Secundò replicatur ꝙ sit repugnātia in dictis. Concessa est ista, Petrus & Paulus sunt portans & portans lapidem, & negata est ista, Petrus & Paulus sunt portans & portans, loquendo de, portare, simpliciter. Tunc arguitur. Prædicatum huius secundæ est determinabile prædicati primæ: & hoc prædicatum non supponit: ergo nec prędicatum primæ. Respondetur quòd virtualiter determinabile prædicati in prima non est hoc, portās & portans, sed simul portans & portans, cuius partes debent verificari hoc modo, hoc est cum alio portans. Simili arte operaberis in quibuscūq; huiusmodi determinationibus copulatorum: verbi gratia cōceditur quòd materia & forma componunt adæquatè Petrum: & tamen nec materia componit adæquatè, licet quælibet componat absolutè. Et ideò verificatio partium debet sic fieri, hoc est cum alio componens adæquatè. Eodem modo Petrus & Paulus & Iohānes. &c. damnificauerūt Socratem notabiliter: & tamen nec Petrus dānificauit notabiliter, nec Paulus. &c. Si Petrus accepit racemum vineæ Socratis ignorantibus aliis, & postea Paulus alium, & tamen multi vindemiarunt totam vineam.

Replica. 2. *Sed aliter replicatur contra solutionem* principalis argumenti. Et qua ratione sequeretur ꝙ si Petrus sciret tres tantum artes liberales & Paulus alias quatuor, verum esset dicere ꝙ Petrus & Paulus sciunt septem artes liberales: quia illa determinatio denotat quòd ambo simul sciunt illas, & tamen neuter scit septem. Quòd si concesseris: arguitur contrà. Sequeretur eadem ratione si logica verbi gratia constaret ex decem propositionibus, quòd eadem ratione concedendum esset Petrus & Paulus sciunt logicam: & tamen neuter scit logicam: quod tamen videtur repugnare, quia si isti sciunt logicam, ergo sunt logici: & tamen non est opinabile quòd sint logici, nisi vterq; sit logicus: nam logici, tantum valet sicut, logicus & logicus. Ad hoc argumentum respondet Paulus Venetus, quòd quando est verbum importans actum animæ interiorem non est eadem ratio quando fertur in determinationem singularis numeri, & in determinationem pluralis numeri. Nam quando determinatio est pluralis numeri, sufficit correspondentia vnius partis virtualis illius ad vnam partem & alterius ad alteram: vt illic, Petrus & Paulus sciunt septem artes, sufficit quòd vnus sciat tres & alter quatuor. Sed quando determinatio est singularis numeri, requiritur ꝙ eadem conueniat vtriq; parti: vt ad veritatem huius, Petrus & Paulus sciunt logicam, requiritur ꝙ vterq; sciat logicā. Et placet mihi ista opinio, quæ consonat communi modo cōcipiendi: concedimus enim quòd in hac vniuersitate sciuntur omnes scientiæ, licet nullus sciat omnes & tamen si nullus sciat totam logicam licet quilibet sciret partem non concederemus logicam sciri in hac Vniuersitate. Et confir. maximè, tenendo quod logica sit vnus simplex habitus: quia tunc non potest vnus habitus inhærere duobus intellectibus quin inhæreat vtriq;. Si tamē, logica, sit terminus collectiuus, argumentū habet maiorem apparentiam. Sed nihilominus adhuc negandum est Petrum & Paulum scire logicam, quia in his stādum in communi modo concipiendi. Sed cōtra solutionem adhuc replicatur. In casu proximè præcedenti, sunt nescientes septem artes liberales, ergo nō sunt scientes septem artes liberales. Antecedens patet, quia sunt nesciens & nesciens septem artes liberales: neuter enim scit illas. Pro solutione argumenti meminisse opùs est illius, quod adnotauimus in primo libro. capitul. de termi. oppo. videlicet quòd quando aliqua negatio expressè fertur in terminum pluralis numeri, tunc si ille terminus resoluatur in copulatum, illa negatio debet ferri in totum vnica acceptione: vt, non videntes, tantum valet sicut, non videns & videns. Quando verò negatio non est expressa sed vnus terminus simplex includens negationem, tunc quia nulla est illic determinatio, singulæ partes includunt singulas nega-

negationes:vt, cæci. tãtùm valet sicut, cæcus & cęcus: quanq̃ in exponibilibus ampliùs examinabitur hæc regula. Vnde casu, quo ex Petro & Paulo videntibus fierent Socrates & Plato quorũ neuter videret, concessimus illic ꝙ Petrus & Paulus sunt cæci, & tamen falsum est dicere ꝙ sunt non videntes. tunc ad argumentũ negandũ est in primis, ꝙ in casu posito Petrus & Paulus sunt non scientes septẽ artes liberales: imò sunt scientes. quia nõ scientes tantùm valet sicut, non sciẽs & sciens septẽ artes. Sed dubium est, an sint nescientes vel ignorantes septẽ artes liberales: vbi non ponitur negatio expssa, sed implicita. Et videtur ꝙ sic, quia sunt ignorãs & ignorans septẽ. Et forsan enim, qua ratio ne cõceditur ꝙ sunt sciens & sciens septem: quia vnus scit tres & alius quatuor, eadẽ est concedendum ꝙ sint ignorans & ignorans septẽ: quia vnus ignorat quatuor, alius tres. Et confirmatur hoc: nã sicut concedebamus ꝙ Petrus & Paulus sunt vidẽtes & simul cæci, ita videtur concedendũ ꝙ sunt scientes & ignorantes. Et forsan Paulus Venetus cõcederet hoc. Nihilominus tamen ego non cõcederẽ ꝙ naturaliter scientes & ignorantes verificentur de eodẽ. Sunt enim termini oppositi sicut videntes & cæci. Et ideo solùm supranaturaliter verificarentur de eodem: si ex Petro & Paulo scientibus fierent alij duo ignorantes. Vnde ad argumentũ negatur primũ antecedens. s. Petrus & Paulus sunt nescientes septẽ artes. Et ad probationẽ iterũ negatur antecedẽs. s. & sunt nesciens & nesciens septẽ artes: vel ignorãs & ignorãs. & negatur illa consequẽtia, Paulus ignorat tres. & Petrus ignorat quatuor: ergo Petrus & Paulus sunt ignorãtes septem. Non enim valet in terminis priuatiuis, licet valeat impositiuis quia nesciẽtes semper includit negationem cõtrariam ad nomen, sciẽtes: & tamẽ denotatur in consequẽti ꝙ nec seorsum, nec simul sciunt septẽ. &c. Esset hic alia replica, videlicet, ꝙ si Petrus doceretur alias quatuor propositiones quas scit Paulus: & Paulus tres quas scit Petrus, vterq; fieret doctior & tamen ambo non fierent doctiores. Sed hoc non potest plenè examinari vsq; ad materiam exponibilium.

Argu. 2. *Secundò principaliter arguitur.*

Ex hac doctrina copulatorũ sequeretur ꝙ Petrus & Paulus pugnarent contra se (casu quo Petrus pugnaret contra Paulũ & Paulus contra Petrum) consequẽs est falsum: ergo doctrina est falsa. Maior patet. Petrus & Paulus pugnant contra Petrum & Paulum (quia sunt pugnans contra Petrum & pugnans contra Paulum) ergo Petrus & Paulus pugnant contra se. cùm loco relatiui liceat ponere suũ antecedens singulariter supponens. Sed probatur minor. Petrus & Paulus pugnant pro se (eadem ratione, quia sunt pugnans pro Petro & pugnans pro Paulo) ergo non pugnãt contra se: aliàs pugnarent contra illos pro quibus pugnant. Pro solutione huius argumenti, quod est dignũ scitu, notandum est ꝙ inter ly, se, solitariè positum referens copulatum complexiuè sumptum, & ly, se inuicẽ, se mutuò, inter se, & similia, sic interest, ꝙ ly, se, refert reciprocè singulas partes antecedentis: sed ly, se inuicem & reliqua referũt trãsmutatim. V.g. Petrus & Paulus vident se, tantùm valet sicut. Petrus videt se & Paulus videt se: sed si diceres, vident se mutuò, aut se inuicem, denotaretur quod Petrus Paulũ, & Paulus videret Petrum. Hoc ex grammatica euidentiùs cõstat, quàm vt alia indigeat in præsentiarum expositione. Ex cuius inaduertentia multi passim in hac materia hallucinantur. Igitur ad argumẽtũ negatur illa. s. Petrus & Paulus pugnant contra se. Sed tamen pugnant contra se inuicem, cõtra se mutuo, aut inter se. Sicut vice versa conceditur quòd pugnãt pro se, non tamen pro se inuicem. Eadem ratione negandum est quod Petrus & Paulus pugnant vt vincant se, quã propositionem multi malè concedunt, sed pugnant vt vincant se inuicem. Benè tamen pugnãt vt vindicent se, pugnat enim Petrus vt vincat Paulum & vt vindicet se, & Paulus vt vincat Petrum & vindicet se. Sed hoc dato diuersimodè respondetur ad illam consequentiam argumenti, Petrus & Paulus pugnant contra Petrum & Paulum, ergo pugnant cõtra se. Hentisber. enim concessa consequentia negat antecedens. Si enim, inquit, cõcederetur eadem ratione esset concedẽdum ꝙ pugnãt pro Petro & Paulo: & per consequens quòd pugnant contra illos, pro quibus pugnant. Sed re vera verisimilius est concedere in illo casu, quod Petrus & Paulus pugnant cõtra Petrum & Paulum: aliàs pugnarent, & contra nullos, aut aliquem pugnarent. Sed non valet illa consequentia, pugnant contra Petrum & Paulum: ergo pugnant contra se: propter naturam relatiui referentis sigillatim partes copulati. Sed solùm sequitur ꝙ pugnant contra se inuicem. Eodem modo concedo

concedo q pugnant pro Petro & Paulo, nõ tamen pro se inuicem, sed pro se. Nec est absurdum concedere quòd pugnant contra illos pro quibus pugnant in plurali. Sed esset absurdum concedere quòd quis pugnat cõtra illum pro quo pugnat. Hinc patet differentia inter has, Petrus & Paulus occiderũt se, & occiderunt se inuicem. Non enim occidunt seipsos nisi qui desperant. Sed digladiatores occidunt se inuicem. Licet ex bonitate intelligentis aliquando cùm audimus duos homines occidisse se, intelligamus qđ occiderint se mutuò. Eadem ratione de duabus contradictoriis concedimus, quòd sunt sibi inuicem contradictoriæ, negandum est tamen quòd sunt suæ contradictoriæ aut ipsarummet contradictoriæ. Sequitur tandem falsitas illius ridiculi corollarij, quod solet à multis concedi, videlicet, quòd si essent infiniti homines versus orientem & versus occidentem, & quicunq; esset filius præcedentis & pater sequentis: concedendum esset, hi sunt sui filij & sui patres: item, hi genuerunt se & sunt geniti à se. Hoc inquam, est falsum Nam denotatur propter reciprocam relationem quòd quilibet est pater & filius suus. Sed nec sunt in tali casu sibi inuicem patres aut filii: nam per hoc denotatetur, q Petrus esset pater Pauli, & Paulus pater Petri.

Nota. 4. *Per contaris hic tandem de veritate istarum*, Adam & Abrahã fuerunt. Adam & Antichristus fuerũt vel erunt ante diem iudicii. Respondetur primam esse verã, Nã ad veritatem illius nõ requiritur quòd fuerint pro eodem instanti. Sed secundam credo esse falsam, vt patet per disiunctiuam ad quam reducitur, quia nec fuerunt neq; erũt ante diem iudicii. Multa in priori editione dedimus tunc temporis digna certè quæ à scholis relegentur: à quibus proinde abstinemus in præsentiarum. Hoc vnum ex tertio capite repetentes, quòd in propositionibus consuetis nulla est necessaria mixta suppositio ad quodcunq; genus oppositionis. Sed cõtradictoria, verbi gratia huius, homo & quilibet equus sunt animalia, est hæc, omnis hõ & equus non sunt animalia. Vbi secunda pars copulati supponit confusè: sed tamen resoluta prima parte copulati manet in singularibus determinatè in ordine ad prædicatum: quia signum vniuersale nõ cõfundit particularitatem nisi in ordine ad se, & nõ in ordine ad alium terminum qui sequitur particularitatem, quod illic abundè, vt existimo, cõprobauimus. Et per hoc documentum poterit quicunq; ad quascunq; oppositiones respondere. Si verò quis barbarè confinxerit hoc sophisma, homo & a. equus non sunt animalia (vt primo loco resoluatur prima pars copulati, & secundo loco prædicatum, & postremò secunda pars) necesse est subinde confingere in sua cõtradictoria mixtam à parte prædicati, scilicet, omnis homo & omnis equus sunt. c. animalia, vt denotetur idem ordo. Hæc autem, licet nonnihil ad exercitium conducant, non tamen sunt digna quæ impressioni mandētur. Hoc enim irrisibilem fecit dialecticam, vt in prologo adnotauimus, quod quicquid iuuenes exercitii causa forte cõminiscebantur, impressum relinquebãt ad discruciandum auditores in perpetuum. Caueant ergo deinceps lectores longissima illa sophismata de, vtrunq;, & alterum, in scholas adducere, licet iuuenibus ad horam permittatur illis ludere.

Caput decimum & vltimum.

Disiunctiua est illa in qua cõiungũtur duę categoricę per hanc coniunctionem, vel: vt Petrus disputat vel Paulus dispueat. Ad veritatem disiunctiuę sufficit alteram partem esse veram: vt homo est animal vel equus est lapis. Et tamen permittitur quod vtraq; sit vera, sed non ita propriè: vt, homo est risibilis vel equus est hinnibilis. Ad falsitatem eius exigitur vtrãq; partem esse falsam: vt, homo est eqnus vel equus est homo.

Lectio prima.

Reliquum est tandẽ in hoc vltimo capite huius libri de vltima specie hypotheticarum, scilicet, de disiunctiuis disputare. Vbi adnotandum est ly. vel, (vt de cæteris coniunctionibus dictum est) posse acci-

accipi & disiunctiue: vt quando coniungit propositiones, cuius exemplum est in text. Et disiunctim vt quando coniungit terminos, Petrus vel Paulus disputat. Igitur pro primi expeditione, propositio disiunctiua, inquit Petrus Hispanus, est illa in qua coniunguntur duæ categoricæ per ly, vel: Id est, est propositio hypothetica in qua coniunguntur plures propositiones aut complexa propositionalia per ly, vel. Nam (vt de cæteris coniunctionibus diximus) potest esse disiunctiua, quæ habeat tres plures partes: & disiunctiua, quæ non constet ex propositionibus: vt consequens huius propositionis, si Petrus studeret vel esset doctus, vel ostenderet, non habere ingenium. Et subinte ligito ꝙ propositiones coniũgãtur tanquã partes principales per ly, vel: Ad excludendum hanc eandem conditionalem, quæ nõ est disiunctiua. Cũ audis per ly, vel, intelligito quancunq; copulã disiunctiuam: vt sunt aut, seu. &c. Coniunctio disiunctiua est, quę coniungit voces & disiungit sensus. Cupulatiua vero, quæ coniungit voces & sensus. Tãdem intelligito, formaliter vel virtualiter, vt suprà expositum est.

Proposi-tio disiun ctiua.

Nota. 2. Ad disiun ctiuæ veri tatem. &c. quid re-quiritur.

*At veritatem disiunctiuæ affir*matiuæ sufficit & requiritur aliquã eius partem principalem esse veram. Ad falsitatẽ verò sufficit & riquiritur quamlibet eius partem esse falsam, vt patet in exemplis textus. Ad possibilitatem disiunctiuę affirmatiuæ sufficit & requiritur aliquam eius partẽ esse possibilem: vt homo est iustus vel homo est lapis. Ad impossibilitatem sufficit & requiritur, quamlibet eius partem esse impossibile, vt homo est lapis vel lapis est homo. Ad necessitatem disiunctiuæ affirmatiuæ sufficit & requiritur aliquam partem esse necessarium: vel omnes simul in falsitate repugnare: vt, deus est vel homo est lapis, homo disputat vel homo nõ disputat. Illæ propositiones repugnant in falsitate: quarũ vna infertur ex contradictoria alterius. Quare omnis disiunctiua composita, vel ex cõtradictoriis vel ex subcontrariis est necessaria. Ad contingentiã disiunctiuæ sufficit & requiritur, aliquam eius partem esse cõtingentem, dummodò nulla pars sit necessaria, nec omnes repugnẽt in falsitate: vt Petrus disputat vel homo est lapis. Ex quo sequitur hãc disiunctiuam esse contingentem: aliqua propositio est affirmatiua vel aliqua est particularis, quia nunc ita est sicut per illam significatur, & casu quo non esset affirmatiua nec particularis in mundo, aliter esset quã nunc significatur per illã. At verò non potest esse falsa illa existente: quia ipsa existente, non potest esse quin sit vera. Eadem ratione hęc est cõtingens omnis propositio est particularis vel nulla est negatiua, licet non possit esse vera quandiu est. Quod sufficit & requiritur ad veritatem disiunctiuæ affirmatiuæ sufficit & requitur ad falsitatem negatiuæ contradictorię. Sicut quod sufficit & requiritur ad necesseitatem affirmatiuæ sufficit & requiritur ad impossibilitatem negatiuæ, et ita in cæteris secundum legem contradictoriarum. Et per hæc patet regula illa dialecticorum, disiunctiua in sequitur fortiorẽ partẽ, Et copulatiua debiliorem. Fortior enim pars est illa, quæ est vera aut necessaria aut ĩpossibilis: debilior verò illa, quę est falsa aut impossibilis. Est ergo sensus. Disiunctiua, quando vna pars est vera, tota est vera: copulatiua verò, qñ vna est falsa tota est falsa.

Nota. 3. Regulæ. 2. assensus:

*Solent hic constitui regulę de as*sensu & dissensu copulatiuæ & disiunctiuæ quæ certè non sunt admodùm necessariæ, postquam quis intellexerit quid requiritur ad veritatem & falsitatem copulatiuæ & disiunctiuæ. Nam nõ assintimus nisi vero, nec dissentimus nisi falso, aut secundum rem vel secundum apparentiã. Nihilominus sit prima regula. Ad assentiendum copulatiuæ afsiruatiuæ sufficit & requiritur parti cuilibet assentiri: sed ad dissentiendum sufficit, & requiritur, aut vni parti dissentiri, aut assentiri, ꝙ omnes inter se repugnant: aut alicui tertio cui alias assentimur: verbi gratia, Ego assentio nũc huic copulatiuæ: homo est rationalis & homo est risibilis: & dissentio huic, deus est & homo est lapis, propter secundã partem: & huic, papa sedet & papa nõ sedet propter repugnantiã partiũ, quãuis neutri parti dissentiam. Pariter si ego nunc videam coram me papam quem nõ noui, & videam ipsum vigilare, ego dissentiam tunc huic copulatiuæ, papa dormit & hic est papa, licet neutri patri dissentiam, nec illæ partes repugnant inter se, quia repugnãt inter se, sed quia repugnant alicui tertio, cui ego assentio: Sequitur nanq; papa dormit & hic est papa: ergo hic dormit, cuius oppositũ ego video. Video enim hũc vigilare, Enimuerò duas propositiones alicui tertio repugnare in veritate, est ambas simul inferre contradictorium illius tertij. Secunda regula. Ad assen-

Regula. 1.

Regula. 2.

assentiendum disiunctiuæ affirmatiuæ sufficit & requiritur, aut assentiri alicui parti, aut assentiri quòd omnes partes in falsitate repugnant inter se, aut alicui tertio cui aliâs dissentimur. Sed ad dissentiēdum sufficit & requiritur cuilibet parti dissentire: verbi gratia, assentimur huic disiunctiuæ deus est vel homo est lapis, propter primam partem: & huic, papa non dormit vel papa non dormit, propter repugnantiam partim in falsitate, quãuis neutri parti assentiam. Itidem huic, papa non dormit vel hic nō est papa, casu proximè posito, quod papa quem nō cognosco videlicet coram me: quia partes illæ repugnant in falsitate huic, hic dormit, cui dissentio. Duas enim propositiones repugnare alicui tertio in falsitate, est quod ex contradictoriis illarũ sequatur illud tertium. Quēadmodum sequitur papa dormit & hic est papa, ergo hic dormit. Nec opus est huic multiplicare alias regulas de sciētia, de fide & opinione: sed satis est admonere quòd pars scita dicitur fortior quàm credita: & credita fortior quã opinata, & opinata fortior quã dubitata. Et cum disiunctiua sequatur fortiorem partem, copulatiua verò debiliorē, subsequitur ꝙ ad hoc ꝙ copulatiua sit scita requiritur quod quęlibet pars sit scita. Et si vna pars est scita & alia credita, tota est credita: vt, homo est animal & Cristus est homo. Dico, tota, categorematicè: nō enim quælibet pars est credita: Et si vna est credita & alia opinata, tota est opinata: vt, Christus est homo, quãtitas distinguitur à re quanta. Et si vna est opinata & alia dubia, tota est dubia: vt, quantitas distinguitur à re quãta, & papa dormit. Per oppositum in disiunctiua, si vna pars est scita, tota est scita. Imò, quãquàm omnes sint dubiæ, tota est scita si partes repugnent in falsitate: vt homo currit vel homo non currit, At non pertinent ad summulistam examinare naturam horum assensuum (est enim doctrina Posteriorum) sed satis est perfunctoriè notare quòd scientia est assensus verus, certus. & clarus: fides est assensus certus & obscurus: opinio, assensus formidolosus. Sed illud est dubium cuius nullum habemus assensum nec dissensum.

Loci arguendi in disiunctiuis hi sunt. A parte disiunctiuæ ad totam est formale argumētum, vt Petrus est iustus, ergo Petrus est iustus, vel Petrus est diues. Subintelligantur & hic & in sequentibus minutiæ illæ, scilicet, à parte principali disiunctiuæ affirmatiuæ significante iuxta significationem suarum partium. &cæt. quæ superiori. c. exposita sun. A disiunctiua verò ad alteram partem non sequitur formaliter.

Not. 4. 1. Locus arguendi.

2. Locus. Secundus. A tota disiunctiua cũ destructione vnius partis ad positionem alterius, formaliter sequitur, vt Petrus non disputat vel Petrus loquitur, sed Petrus disputat, ergo Petrus loquitur: nam copulatiua cōposita ex minori & opposito consequētis, scilicet Petrus disputat & Petrus non loquitur, est contradictoria maioris, scilicet, illius disiunctiuæ. Modò quando oppositum cōsequentis & aliqua præmissarum repugnant alteri præmissæ, consequentia est bona.

*Est rursus notandum coniunctio*nem, vel, subalternari coniunctioni, &. Et ideo à copulatiua affirmatiua ad disiunctiuam ex eisdem partibus valet argumētum: vt lac est album & lac est dulce, ego lac est album vel lac est dulce. E diuerso verò, non sequitur formaliter. Sequitur secũdò quòd copulatiua & disiunctiua affirmatiua composita ex partibus contradicentibus contradicunt, vt. omne lac est album & omne lac est dulce, aliquod lac non est album vel aliquod lac non est dulce. Nam sicut ly, omne, & ly, aliquod, constituunt cōtradictionem mutata qualitate, ita ly, &: ly, vel. Vnde copulatiuè potest assignari contradictoria dupliciter: & per propositionē negationis, & per disiunctiuam compositam ex partibus contradicentibus. Sequitur tertiò copulatiuam affirmatiuam æquipollere disiũctiuæ negatiuæ ex partibus contradicentibus: itidem disiunctiuam affirmatiuam copulatiuæ negatiuæ. Nã si copulatiua & disiunctiua ex partibus contradicentibus contradicunt: vt, Petrus disputat, & Paulus disputat: Petrus non disputat vel Paulus non disputat, tunc per legem æquipolentiarum, præposita negatione vni illarum, æquiualebit alteri: Aequiualebit, inquam, in consequendo: quia non est opinabile, copulatiuam negatiuam subordinari in mēte disiunctiuæ affirmatiuæ, vt aliqui putant.

Not. 5. Oppositiones hypotheticarum.

Potes hîc demum illationem omnium hypothecarum & æquipollentias & oppositionem his duobus rotulis dignoscere.

Quia sol lucet, dies est:	Non quia sol lucet, dies est.
Sol lucet, ergo dies est:	Non sol lucet, ergo dies est.

Si sol lucet, dies est:	Non si sol lucet, dies est.
Sol lucet, & dies est:	Non sol lucet, & dies est.
Sol lucet, vel dies est:	Non sol lucet, vel dies est.

Nam si conferas propositiones affirmatiuas primi rotuli inter se, percipies primam esse subalternantē ad quatuor subsequētes & secūdam ad tres subsequentes: sicut quartam ad quintā. Tertia verò, quia conditionalis nihil ponit in re, neq; infert quartā, nec quintā: vt patet in his terminis, si homo volat homo habet alas. Quòd si conferas negatiuas secundi rotuli inter se, tunc per regulā bonæ cōsequentiæ, videlicet, ꝙ ex opposito cōsequentis sequitur oppositū antecedētis; percipies vltimā, scilicet, disiunctiuā negatiuam esse subalternātem ad omnes superiores, excepta tertia: ad quam impertinenter se habet: & quartā itidem ad superiores, eadem tertia excepta: & tertiā etiam esse subalternantē ad duas priores, & secundā ad primā. Quòd si conferas ambos alterutrū rotulos, videbis in primis singulas primi rotuli singulis secundi sibi è regione respondentibus esse contradictorias, quod per se est manifestum. Item videbis primā rotuli affirmatiuarū esse cōtrariam singulis omnibus negatiuis, excepta prima: & secundā affirmatiuarū singulis negatiuis, exceptis duabus primis: & quartā affirmatiuarū vltimæ negatiuæ. Quod probatur: quia illæ affirmatiuæ inferūt contradictorias negatiuarū, & nō inferuntur ab illis. Eadē ratione videbis primā negatiuarū subcōtrariari singulis omnibus affirmatiuis, excepta prima: & secunda singulis oībus, excepta prima & secūda: ac deniq; quartam negatiuā vltimæ affirmatiuæ.

At verò contra hoc quod dictū est sufficere ad veritatē disiūctiuæ, possunt formari similia argumēta sicut de copulatiuis. Not. 6. Primò, In reflexiuis cōceditur aliquā disiūctiuā esse falsam, cuius altera pars est vera, s. homo est lapis, vel hæc disiunctiua est falsa, quæ se falsificat. Nam si illa est vera, ergo aliqua pars est vera: nō prima, ergo secūda, Et illa significat totā disiunctiuam esse falsam, ergo tota disiunctiua est falsa: & tamen secunda pars est vera, quia ita est sicut per illā significatur, & nō se falsificat. Quanq̄ aliqui velint dicere ꝙ secūda pars se falsificat: quia putāt hanc consequētiam esse bonam, Disiunctiua est falsa, ergo quælibet pars est falsa quæ tamē aliis nō videtur valere quando disiunctiua est falsa solū per reflexionē. Et è conuerso datur disiunctiua vera cuius quælibet categorica est falsa. s. homo est lapis: vel hæc categorica est falsa. Secunda enim pars est falsa: quia se falsificat & tamē tota disiunctiua est vera nā ita est sicut per illā significatur (postq̄ ita est sicut significatur per secundā partem) & tamen tota non se falsificat. Eodem modo dabis disiunctiuā possibilem cuius quælibet pars est impossibilis, & è conuerso: & ita in cæteris.

Sunt qui contendant dare etiam disiunctiuam veram, cuius quælibet pars est falsa, in relatiuis reciprocis: qualis est hæc, omne animal est homo, vel ipsummet non est homo, quælibet enim est falsa: quia secūda æquiualet huic, omne animal non est homo. Nā postquā relatiuū refert singulatim: videtur ꝙ referat cū distributione: & tamen disiunctiua est vera: vt patet per ascensum sub antecedente. Nam si demōstraueris hominem, prima pars est vera: & si brutum secunda est vera. Adhoc tamen respōdetur ꝙ si admitteretur relatiuum reciprocum vnius categoricæ referre antecedens alterius: ita est ꝙ illa disiūctiua est vera & quęlibet pars est falsa: quia non debet probari per veritatem partiū, sed per ascensum sub antecedente. Illud tamē nullo modo est admittēdum. Si tamen relatiuum sit non reciprocū, vt si dicas, omne animal est homo, vel illud animal non est homo, tūc disiunctiua est vera, quia secunda pars semp est vera: æquiualet enim huic aliquod animal non est homo. Not. 3.

*Contra aliam regulam de necessi*tate disiunctiuæ, Arguitur secundò. In via Aristotelis opinantis mundū esse perpetuū ante & post, hæc disiunctiua est necessaria necessitate naturali, hic homo est vel hic homo est. &c. (demonstrando omnes homines qui sunt) & tamē neq; aliqua pars est necessaria, nec omnes repugnāt in falsitate, ergo regula falsa. Maior probatur: quia hæc est necessaria, homo est, & ex hac sequitur illa disiūctiua per descēsum. Minor quo ad primam partem manifesta est: & ꝓbatur secunda videlicet, ꝙ omnes partes nō repugnent: Nam omnes simul possunt esse falsæ: quia sicut quilibet homo contingenter producitur, ita & omnes simul qui modò sunt, sunt cōtingentes, etiam in via Aristotelis. Nā satis esset ad perpetuitatē mundi ꝙ essent alij ab istis. Ad hoc argumentū sunt qui respondeant Argu. 2.

deant concedendo illã disiunctiuã esse necessariam, quia omnes partes simul repugnãt in falsitate, propterea quòd necesse est esse aliquem hominem. Sed re vera hoc est sine apparentia dictum. Imò illa disiunctiua in qua demonstrantur omnes præsentes est contingens naturaliter, & illa pariter in qua demõstrantur omnes, qui sunt, fuerũt & erunt. Quia non repugnat naturæ rerũ nullum eorum produci, si producerentur alij. Et ideo ad argumentum dicendum est, quòd ille non est bonus descensus nisi ponatur cõstantia hoc modo, homo est, & isti homines sunt omnes homines, ergo iste homo est vel iste homo est &c. Et sicut consequens est contingens, ita & minor. Sed si nõ ponatur constantia vel subintelligatur, erit cõsequentia topica tantum & apparens: vt diximus in cap. de inductione, quòd non requiritur descensum esse consequentiam formalem, sed satis est quod sit quodammodo ostensiua, & de materia teneat. Tertiò dico quòd in via Aristotelis hæc propositio, homo est, non deberet probari necessaria per ascensum, sed sic necesse est vt sit aliquis homo, vel per disiunctiuam ex omnibus hominibus possibilibus alia enim est necessaria. Ex hoc sequitur aliquam vniuersalem esse necessariam, cuius quælibet singulari est contingẽs: & tota copulatiua per quam descenditur, vt est hæc, omnis homo est.

No.3. *Tertiò arguitur contra locos arguendi in disiunctiuis.* Non sequitur, ego dubito quod Papa dormit: ergo dubito ꝙ Papa dormit, vel Papa non dormit: nam si Papa dormiret me ignorãte, antecedens est verum & consequens falsum, tamen arguitur à parte disiunctiua ad totam: ergo primus locus arguendi est inefficax. Item non sequitur eòdem casu, ego scio quòd Papa dormit vel Papa non dormit, sed Papa dormit, ergo ego scio quòd Papa dormit, & tamẽ arguitur à tota disiunctiua cum destructione secundæ partis ad positionem primæ, ergo secundus locus arguendi non est bonus. Ad primũ distinguitur maior. Nam si in consequente ly dubito, modificet totam disiunctiuam sequẽtem, conceditur: & negatur minor: non enim arguitur à parte disiunctiuæ ad totam: consequens enim nõ est disiunctiua, sed categorica ex disiunctiua, cuius antecedens est pars prædicati. Si verò ly dubito, feratur in solam primã partem, tunc negatur consequentiam non esse bonam: imò sicut antecedens est verum, ita & consequens pro prima parte. Proportionabiliter ad secundum respondetur Si enim ly scio, in antecedente terminet totam disiunctiuam, consequentia non valet nec arguitur per regulam. Sed si ly scio, determinet solam primam partem, consequẽtia est bona & antecedens falsum pro vtraque parte.

Circa alias species oppositionis copulatiuę & disiunctiuę tandẽ notato quòd cùm ly &. sit vniuersalitas potest propositio quæcunque copulatiua habere propositionem contrariam ratione de ly, &, quanquã nulla maneat alia vniuersalitas in vtraque: puta, aliam copulatiuam compositam ex partibus contradicẽtibus: vt, Petrus dormit & Paulus vigilat, contrariatur huic, Petrus non dormit & Paulus non vigilat. Itidem cum ly vel, sit particularitas potest propositio quæcunque disiunctiua ratione illius habere subcontrariam, licet nulla alia maneat particularitas in vtraque: vt Petrus dormit vel Paulus vigilat, subcontrariatur huic, Petrus non dormit vel Paulus non vigilat. Quinimo quæcunque duæ copulatiuæ quarum vna pars vnius est contraria alicuius partis alterius quomodacunque aliæ partes se habeant, sunt virtualiter cõtrariæ: quia inferunt illas duas partes, quæ sunt contrariæ. Proportionabiliter quecunque duæ disiunctiuæ quarum vna pars vnius sub cõtrariatur vni alterius sunt virtualiter subcontrarię quomodocunque se habeant aliæ partes: quia inferuntur ex duabus subcontrariis. Sequitur tandem ex his, quod nec copulatiua ratione cõiunctionis, & potest habere subcontrariam: nec disiunctiua ratione de ly vel, potest habere contrariam Quare si sit copulatiua vbi nulla sit alia perticularitas, nullam poterit habere subcõtrariam: vt nullus homo disputat & nullus homo currit. Sicut nec disiũctiua vbi nulla est alia vniuersalitas potest habere contrariam vt homo disputat vel equus currit. Not.4.

Lectio secunda.

*Coniunctio, vel, tenetur coniun*ctim, quando coniũgit inter terminos: vt Petrus vel Paulus. Et potest, vt volunt Summulistę, quemadmodum ly &, teneri & cõplexiuè & diuisiuè, diuisiuè tenetur quando denotatur alterum extremum conueni Not.1. Disiunctũ

re alicui parti disiunctim: vt petrus, vel Paulus est homo. Complexiuè verò, quando alterum extremum denotatur conuenire toti disiuncto vnica acceptione accepto: vt, quicquid est homo vel equus est animal.

Regulæ.2. Vnde cōstituuntur duæ regulæ, Prima, Propositio de disiuncto accepto diuisiuè reducitur immediatè ad disiunctiuam: nisi totum disiunctum supponat confusè in ordine ad vniuersalitatem: vt, Petrus vel Paul⁹ est homo, reducitur ad hanc, Petrus est homo vel Paulus est homo: vt, omnis homo est bonus vel malus, debet probari immediatè per resolutionem subiecti: nam si immediatè reduceretur ad disiunctiuam, esset falsa: cùm tamen sit vera. Istæ verò, homo vel equus est animal, omnis homo vel omnis equ⁹ est animal, indifferenter reducuntur ad disiunctiuam, vel probātur per ascensum sub partibus, licet clariùs primò modo. Secunda regula: propositio de disiūcto cōplexiuè tento probatur per resolutionem vnicam sub toto disiuncto secūdum exigentiam suppositionis: & posteà singulares per suppositionem extremorū: vt, quicquid est homo vel equus est animal. Percontaris quibus regulis cognoscetur quando accipitur vnica & quando pluribus. Respondetur non esse certas regulas, nisi forsan vnam, videlicet, quā do totum disiunctum modificatur aliquo signo vnica acceptione tunc accipitur complexiuè: vt, exemplo nunc vltimò posito Quando verò à parte subiecti nullo signo modificatur totum, tunc accipitur diuisiuè in rigore: vt homo vel equus est animal. Itē a parte prædicati videtur accipi complexiuè, sed nihil vetat ꝙ accipiatur diuisiuè: vt elementum aut est ignis aut aër &c.

Not.2. *Sed contra istam distinctionem est* argumentum. Nam videtur disiunctum impropriè accipi complexiuè: vel saltem idem esse ac si accipiatur diuisiuè: idem enim sonat, Petus vel Paulus, & id quod est Petrus vel Paulus, Respondetur quòd non ita propriè disiunctum accipitur complexiuè, sicut copulatam. Nam in copulatis stat totum complexiuè supponere pro aliqua re, pro qua nulla pars copulati diuisiuè supponit, sed in disiunctis non stat totum supponere pro aliqua re, quin ꝓ illa supponat aliqua pars. Nihilominus est aliqua differentia inter disiunctum acceptum vnica acceptione vel pluribus acceptionibus. Et forsan significantius exprimitur distinctio sub his terminis, vnica & pluribus acceptionibus, q̄ si dicas complexiuè & diuisiuè. Vbi notandæ sunt duæ aut tres regulæ. Prima, Quando disiunctum non distribuitur vnica acceptione aut singularizat, non differt in affirmatiuis quomodò accipiatur disiunctum. Idem enim est in vniuersum dicere, homo vel equus currit diuisiuè, aliquid quod est homo vel equus currit complexiuè Petrus vel Paulus currit, aliquod quod est: Petus vel Paulus currit. Refert tamen in negatiuis, homo vel chimæra non est rationalis, aliquid quod est homo vel chimæra non est rationale: prima enim est vera, vt patet per disiūctiuam: & secūda falsa, vt patet per descensum sub toto disiūcto quod non supponit nisi pro hoīe. Dixerim in affirmatiuis ęquiualēre, quod intelligatur quando disiunctū supponit mobiliter: nam quando stat post speciale signū confusionis, non ęquiualet complexiuè & diuisiuè: vt non sequitur, teneor dare eleemosynam Petro vel Paulo, ergo teneor dare eleemosynā Petro vel teneor dare eleemosynam Paulo, variatur eñ appellatio: nam si habeo vnum solùm panē, duobus existentibus in extrema necessitate, illum possum dare cui voluero. Secunda regula. Disiūctum vnica acceptione, seu complexiuè singularizatum nunquam æquiualet sibi accepto pluribus acceptionibus, vt nunquam æquiualet, hoc quod est Petrus vel Paulus disputat: & Petrus vel Paulus disputat. Nam in prima subiectum est terminus singalis & in secunda est terminus cōmunis. Eâdem ratione nec in negatiuis æquiualent. Tertia regula, Disiūctum vnica acceptione distributum non æquiualet disiuncto acepto pluribus acceptionibus: etiam si partes illius distribuātur. Non eñ sequitur, omnis homo vel omnis equ⁹ est rationalis, ergo quicquid est homo vel equus est rationale. Imò verò, totale disiunctum in negatiuis conuertitur cum copulato diuisiuo, cuius omnes partes distribuantur: vt istæ conuertuntur, nihil quod est homo vel equus currit, nullus homo & nullus equus currit. Et in affiimatiuis disiunctum distributum infertur & copulato diuisiuo & distributo, non tamen sequitur è conuerso. Vt formaliter sequitur, omnis homo & omnis equ⁹ currit, ergo quicquid est homo vel equus currit. Non tamen sequitur è conuerso, quicquid est homo vel chimæra est rationale. ergo omnis homo & omnis chimęra est rationale, nisi poneretur Regulæ.3.

in an

in antecedente cōstantia vtriusq; partis, scilicet, homo est & chimęra est. Has regulas intelligito dummodo non cōmittatur alius defectus. Non enim sequitur, nullum albū disputauit & nullum album disputauit: ergo nullū album disputauit vel disputabit, si enim Petrus disputauerit qui nec sit nec fuerit albus erit tamē albus & non disputabit: antecedens est verum & consequens falsum. Arguitur enim ex parte de ly album, à minùs ad magis amplum negatiuè.

No.3. *Locus arguēdi in disiunctis est talis.* A parte disiuncti ad totum disiunctum est bonum argumentum. Hoc tamen intelligendum est secundùm ea, quæ dicta sunt. Si enim disiunctum teneatur diuisiuè: nullà opus est limitatione. Arguitur enim virtualiter à parte disiunctiuæ ad totam: vt Petrus disputat, ergo petrus vel paulus disputat. Si verò disiunctum teneatur complexiuè vnica acceptione, tunc locus tenet tanquàm ab inferiori ad superius: vt petrus disputat, ergo aliquid quod est petrus vel paulus disputat. Et in negatiuis ponenda est constantia illius partis, Aliàs non sequitur, chimæra nō est animal, ergo aliquid quod est homo vel chimæra non est animal: nisi adderes in antecedente, chimæra est. Item cauendum est in affirmatiuis nè totum disiunctum distribuatur. Nō enim sequitur, quicquid est homo est risibile: ergo quicquid est homo vel equus est risibile: arguitur enim ab inferiori ad superius distributum: Nec sequitur, petrus incipit esse albus: ergo petrus incipit esse albus vel niger. Nam ex parte exponentium negatiuarum arguitur ab inferiori ad superius cum distributione.

Loc' arguē

Circa oppositiones horum disiunctorum No.4 notato primò ly vel, complexiuè sumptum nec esse vniuersalitatem nec particularitatem. sicut diximus de ly & complexiuè sumpto. Et ideo non debet mutari in oppositis, sed solùm mutanda est quantitas totius disiuncti. Vt istæ contradicunt quicquid est homo vel equus est rationale, aliquid quod est homo vel equus non est rationale. Et proportionabiliter in cæteris generibus oppositionum, ita vt totum disiunctum censeatur vnicus simplex terminus. Secundò, notato quòd si disiunctum accipiatur diuisiuè: tunc ly vel, reputatur particularitas, & ideo in contradictorijs & contrariis debet mutari in vniuersalitatē vt diximus in disiunctiuis. Vt istæ contradicunt petrus vel paulus disputat, petrus & paulus non disputat: & istæ subcontrariantur, petrus vel paulus disputat, petrus vel paulus non disputat: & istæ contrariantur, omnis homo vel omnis equus currit, omnis homo & omnis equus non currit.

Circa huiusmodi oppositiones in disiunctis nulla sunt argumenta nisi quæ No.5. supponunt fictionem illarum suppositionum mixtarum. b. &. c. qualia in priori editione tempori dedimus. A quibus abstinendum duximus in præsentia. Qui voluerit illis ludere caueat scripto mandare.

FINIS TERTII LIBRI.

LIBER QVARTVS.



Vnt nonnullæ inter categoricas propositiones, quas exponibiles appellãt, nempe, quæ cum ratione alicuius termini obscurum implicent sensum, explicatione opùs habent. Quarum, prima species est exclusiuarum: quæ modificãtur hoc syncategoremate, tantùm, & similibus. At qui possunt huiusmodi syncategoremata cõstituere, & ꝓpositionẽ de excluso extremo, vt, Petrus est tãtũ Dialecticus, id est, nihil ampliùs sciẽs: & propositionẽ exclusiuã, vt, tãtũ homo est risibilis. Et vtroq; modo possunt dupliciter excludere: aut gratia alietatis, vt in his positis exẽplis: aut gratia pluralitatis, vt, tãtũ decẽ sunt prędicamenta. Propositionũ exclusiuarũ quadruplex est gen⁹. Primũ purè affirmatiuarũ, vbi verbum affirmatur & modus: vt tantùm homo est risibilis. Secundum purè negatiuarũ, vbi vtrũq; negatur: vt, nõ tantùm homo est risibilis. Tertium earum, quæ sunt affirmatiuę de modo & negatiuę de verbo: vt, tantùm accidens nõ est substãtia. Quartum earum, quę sunt negatiuę de modo, & affirmatiuę de verbo: vt, non tantum accidens non est substantia. Propositio primi generis exponitur copulatiuè per duas exponentes, videlicet, per præiacẽtem & vniuersalem negatiuam: vbi negatur prædicatum de omni alio à subiecto: si exponatur gratia alietatis, & proportionali modo gratia pluralitatis: vt tãtùm homo est risibilis, homo est risibilis: & nihil aliud ab homine est risibile: tantũ decem sunt prędicamenta, decem sunt prædicamẽta: & nõ plura quàm decem sunt prædicamenta. Propositio secũdi generis exponitur disiunctiuè, cõtradictorio modo. Propositio tertij generis exponitur copulatiuè: per præiacẽtem & vniuersalem affirmatiuã: vbi affirmatur prædicatum de omni alio à subiecto: vt, tantũ accidens nõ est substãtia, accidens nõ est substantia: & omne aliud ab accidente est substantia: tantũ nouem homines nõ faciunt populum, nouem homines nõ faciunt populum, & omnes plures quàm nouẽ faciunt populũ. Propositio quarti generis exponitur disiũctiue: cõtradictorio modo. Quæ quidem expositiones notantur his dictionibus: Iste regit, ꝓrã clauo. Atq; adeò propositio primi generis exponibilis gratia alietatis conuertitur mutuò in vniuersalem affirmatiuam: trãspositis terminis: vt, tantũ homo est risibilis, ergo omne risibile est homo & è conuerso.

Lectio prima.

DE *exponibilibus propositionibus* fecit Petrus Hispanus in calce Summularum vltimum capitulum, vbi nonnulla intermiscet minutiora q̃ vt sint digna, quæ inferãt textui. Et ideo, textũ eius nõ prorsus ad verbũ obseruam⁹, licet sentẽtiæ nihil immutemus. Erũt in hoc. 4. libro septem capita: secũdum species exponibiliũ, quæ frequentiùs sunt in vsu. Quorũ hoc primũ de exclusiuis, quatuor lectionibus distribuitur. No. 1.

Notan

Notanda sunt in primis tria, quæ dicuntur in fronte textus Primum est definitio propositionis exponibilis: quæ est illa quæ ratione alicuius termini obscurum habet sensum explicabilem per alias clariores. Dicitur ratione alicuius termini, siue sit syncategorema: vt tantũ, præter in quantum: siue sit verbum, vt, differt, incipit, definit: siue nomẽ, vt nomen cõparatiuum, infinitum, &c. Vnde, quãdo obscuritas propositionis prouenit ratione amphibologiæ non est propositio exponibilis: vt aio Troianos Romanos vincere posse: sed debet prouenire obscuritas ratione simplicis significationis termini. Dicitur obscurum sensum habens, ad excludẽdũ alias propositiones quomodocunq; probabiles per alias. Nam quãq̃ relatiuum sit resolubile in suum antecedens, & connotatiuum in suũ absolutum non tamen cõstituunt propriè propositionis exponibiles. Quia non habent obscurum sensum, vt patet in his, animal quod est homo est rationale, album fuit nigrũ, & similibus.

Propositio exponibilis.

Propositio exponens est illa clarior propositio, per quam alia exponitur.

Exponẽs.

*Secundũ dictum est quòd propo*sitio exponibilis est categorica: quod aliqui negant. Opinantur enim ꝙ hæc propositio tantùm homo est risibilis, quia exponitur per copulatiuã, propterea subordinatur illi in significando: & per consequens est hypothetica. Sed certè hoc est falsum, nam si illa subordinaretur copulatiuè, sequeret primò ꝙ ly tantùm non reperiretur in mente: Et tunc esset mentali, homo est risibilis, non posset præponi ly tãtum. Nequæ eâdem ratione hoc verbũ differt reperiretur in mente: nam eadem ratione, Petrus differt à Paulo, subordinaretur suis exponentibus, vbi nõ ponitur illud verbum, quod certè absurdum est dictum. Et manifestè arguitur contra istos, Nã Latinus qui nescit exponere istas dictiones, audita exponibili, concipit illa in mente, & nõ exponentes: Quis enim concessit quòd audita hac reduplicatiua, omnis homo in quantum rationalis est risibilis nihil concipiat quoadusq; formet quatuor categoricas per quas exponitur. Sunt ergo huiusmodi exponibilis propositionis categoricæ. Sed contra hoc est argumentũ. Primum: quia in mente omnia debent esse explicita: & per consequens: nullus debet ibi esse terminus obscurus. Secundum, qui istę exponibiles nõ habent omnes propietates aliarum categoricarũ. Multæ enim sunt, quę non conuertuntur, & multæ, quæ non probantur immediatè per ascensum vt infrà videbitur: Ergo non sunt categoricæ sed hypotheticæ. Ad primum, Respondetur quòd omnia esse explicita in mente, debet intelligi hoc modo: Videlicet nullam esse in mẽte vltimata æquiuocationem, vt declarauimus libro primo. quia non potest vnicus conceptus plura significare, nisi vniuocè: nihil tamen vetat quin detur illic conceptus explicabilis per alios sicut in voce. Ad secundum respondetur quòd non omnes categoricæ debent probari eòdem modo, sed aliæ per ascensum, & aliæ per exponẽtes, & aliæ alia via.


Not.2.

Propositio exponibilis est categorica.

Tertium dictum est, primã speciem exponibilium esse exclusiuarũ, quod Summulistę huius tẽporis negant. Dicunt enim propositiones vniuersales esse exponibiles: vt, omnis homo est animal, & similes. Quæ exponuntur copulatiuè per præiacentem & vniuersalem negatiuam: vbi negatur contradictorium prædicati de eodem subiecto, vt, omnis homo est animal, homo est animal, & nullus homo est non animal. Et fundatur hęc expositio in hoc quòd exclusiua conuertitur cum vniuersali de terminis transpositis, vt habetur in calce textus. Cum ergo hęc exclusiua, tantùm animal est homo, exponatur per has categoricas, animal est homo, & nihil non animal est homo, sequitur, vt conuertentes istarum sint exponentes huius vniuersalis, omnis homo est animal. in quam conuertitur illa exclusiua. Sed ex hoc fundamento sequitur vniuersalẽ negatiuam non posse exponi hoc modo: quia non habet exclusiuam in quam conuertatur. Et ideo assignant alium modum magis vniuersalem conuertendi, per præiacentem & vniuersalem negatiuam de ly quin. Vt omnis homo est animal, sic exponitur, Homo est animal, & nullus homo est homo, quin sit animal, nullus homo est lapis: homo non est lapis & nullus homo est homo, quin nõ sit lapis. Sed re vera mirandum est in mentem hominum ascendisse propositiones vniuersales esse exponibiles. Nam cùm ipsæ perspicacissimum sensum habeant, per obscuriores exponuntur contra naturam expositionis. At verò isti nihil aliud considerabant in huiusmodi expositionibus quã quòd exponibilis conuerteretur cum exponentibus. Sed certè si hoc sufficeret, eadem

Nota.3.

Propositio vniuersalis nõ est exponibilis.



ratione vniuersalis esse exponens illius copulatiuę quam vocant exponentē. Item sequeretur ꝙ hæc indefinita, homo nō est animal, exponeretur per hanc disiunctiuā, nullus homo est animal, vel aliqs homo est homo qui nō est animal, quæ cōtradicit copulatiuæ per quā exponitur sua cōtradictoria vniuersalis. Et hæc, homo est animal, æqua ratione exponeretur per hāc, omnis homo est animal, vel aliquis homo est homo qui est animal, cùm contradictoriæ propositiones per contradictorias exponantur: quod tamen esset assertu ridiculum. Ad hæc tandem sequeretur ex dictis modis exponendi processus in infinitum in exponentibus, cū secunda exponēs sit vniuersalis, ac subinde exponibilis quod tamen nomini expositionis repugnat. Quòd si dicas, in propositionibꝰ de cōparatiuo, & de ita, & sicut, idipsum cōtingere, cū comparatiuū exponatur per ita & sicut, & ita & sicut. per comparatiuū, certè nō solùm non satisfacis argumēto: sed duplicas incōuenientia. Nam peius est concedere circulum, videlicet, ꝙ vnum exponat per aliud & è conuerso: vt videbimus capit. de comparatiuis. Nulla igitur facienda est mentio de vniuersalibus inter exponibiles: sed sunt tātùm sex species vsitatæ exponibilium. s. exclusiuæ, exceptiuæ, reduplicatiuæ propsitiones de differt, de incipit & desinit, & de comparatiuo: quibus addunt iuniores alias de ly æternum, & infinitum. &c. Quæ certè non sunt adeò obscurę, vt sint connumerādæ inter exponibiles. Ordo exponibilium (tametsi nō magni refet) est huiusmodi. prioris ordinis sunt illæ, quæ exponuntur ratione alicuius syncategorematis: secundi sunt illę quæ exponuntur ratione verbi, & tertij illæ quæ exponūtur ratione nominis. Et ratio est, quia illæ prioris ordinis habent obscuriorem sensum quām secūdæ, & secundæ quām tertiæ. Et in primo ordine primum est genus exclusiuarū, quæ exponuntur per duas categoricas: secundum genus est exceptiuarum, quæ exponūtur per tres: & tertiū reduplicatiuarum, quæ exponuntur per quatuor.

Nota. 4. *Prima ergo species exponibiliū est* propositionum exclusiuarum, quæ modificantur, huiusmodi syncategorematibus, tātùm, solùm, præcisè, duntaxat, vnicum. &c. Et possunt hæ dictiones constituere propositionem de excluso extremo, quādo dictio exclusiua fertur in alterum extremorum, & maximè in prædicatum: vt homo est tantū Dialecticus: hæc verò, Petrus habet vnicum filium, non est de excluso extremo, sed de exclusa parte extremi. Et possunt etiam constituere propositionem exclusiuam: vt quādo dictio ponitur in fronte totius propositionis, vt tātùm homo est risibilis. Hic enim nisi supponatur oppositum in rigore semper facit exclusiuā. Hic verò, homo tantùm animal est, potest accipi vtroq; modo. Rursus notandū ꝙ ly tantùm, faciens propositionem de excluso extremo, potest excludere, aut gratia significati materialis, si feratur in terminum absolutum: vt Petrus est tantùm homo: aut gratia significati formalis, si fertur in terminum connotatiuum: vt, Petrus est tantùm Dialecticus. Et istæ sunt magis in vsu quàm priores. Et gratia materiæ potest excludere etiam dupliciter, scilicet gratia alietatis, vt in exemplo posito: & gratia pluralitatis, vt, prædicabilia sunt tantùm quinque. Proposi- tio de ex- cluso extre- mo.

*Propositio de excluso extremo ex*ponibilis gratia significati materialis & gratia alietatis, exponitur secundùm iuniores Summulistas per vnā categoricam, in qua loco extremi exclusi ponitur copula implicationis: vbi de illo termino negatur eius cōtradictorius: vt Petrus est tantū homo: Petrus est homo qui non est nō homo. Et proportionabiliter exponitur gratia pluralitatis, prædicabilia sunt tantùm quinq;, id est, prędicabilia sunt quinq; & nō plura quàm quinq;. Ex quo inferunt regulam vniuersalē, ꝙ huiusmodi propositiones de excluso extremo grā significati materialis, siue exclusio fiat gratia alietatis siue pluralitatis, conuertitur cum sua praiacente: vt Petrus est tantùm homo & Petrus est homo, prędicabilia sunt tantùm quinq;, & prædicabilia sunt quinq;. Sed contra hanc expositionem & regulam, quando fit exclusio gratia alietatis, arguitur. Hæc propositio est falsa & hæretica, Christus est tantùm homo: & tamen secundum expositionem illorum esset vera: nam Christus est homo qui nō est nō homo. Et eadem ratione hic est instātia suæ regulæ: nam præiacens est vera. s. Christus est homo, & de excluso extremo falsa, Christus est tantùm homo. Et ideo tutiùs exponuntur huiusmodi propositiones per ly aliud: vt Christus est tantùm homo. i. homo & nihil aliud quam homo. Et re vera hic est germanus sensus huiusmodi propositionū, Nota. 5.

Petrus

Petrus est tantũ homo. Petrus est homo & nihil aliud, id est, neque est Deus neq; angelus, &c. Nam dicere, Petrus est homo qui nõ est non homo, nihil addit supra hoc quod est esse hominem: cùm tamẽ esse tantum hominẽ aliquid addit supra hoc quod est esse hominẽ. Vnum tamen hoc admonuerim in pſentia ꝙ huiusmodi propositiones de extremo absoluto nonnunq̃ Latinè excludũt non aliam substantiã, sed alias perfectiones vt, Petrus est tantũ homo, idest, nihil est amplius, nullam aliam videlicet virtutẽ aut perfectionem habet: & sic nõ cõuertitur cũ sua præiacente. Cõtra secundũ mẽbrum gratia pluralitatis arguitur ꝙ non cõuertitur præiacens cum propositione de excluso extremo. Hęc enĩ est vera, Petrus & Paulus sunt duo entia: tamen hęc est falsa, Petrus & Paulus sunt tantũ duo entia (saltem supposito ꝙ totũ nõ distinguatur à suis partib⁹) nam Petrus & Paulus sunt quatuor medietates. Respondetur ꝙ quando fit exclusio gratia pluralitatis regula habet vniuersaliter verũ Et ad hoc argumentũ negatur hanc esse falsam, Petrus & Paulus sunt tantũ duo entia (admisso totum esse suas partes) nam quanquàm Petrus & Paulus sint quatuor medietates nõ sunt quatuor entia: quia ens nõ supponit pro parte entis, sed pro toto. Sed arguitur in aliis terminis. Ad minus hęc est vera Petrus & Paulus sunt quatuor partes: & tamẽ hęc est falsa, Petrus & Paulus sunt tantùm quatuor partes, nam sunt octo partes, & sexdecim partes. &c. Et per consequens sunt plures q̃ quatuor. Ad hoc argumentũ respondebitur infrà, cap. 6. de cõparatiuis argumento vltimo, vbi disputabitur an in continuo sunt plures quàm duæ partes.

Nota. 6 Proposi-tio de ex-clusa co-pula.

*Sunt prætereà secundũ Summu*listas propositiones de exclusa copula: vt Petrus tantũ est albus, tantùm fuit albus. tantum erit albus: hoc tantũ possibiliter est (demõstrata re possibili, quam Deus nunquã est facturus.) Et in priori editione secuti opinionem cõmunẽ: diximus huiusmodi propositiones exponi per præiacentẽ, & aliam oppositæ qualitatis, de contradictorio prædicato: vt Petrus tantùm est albus, id est, Petrus est albus & non est non albus: Petrus tantũ non erit albus. id est, non erit albus & erit omne nõ album sed re vera hoc est merum commentum & illa exclusio potius est ab opposito prędicati quam copulæ, quare nõ faciũt huiusmodi sensum: sed aliũ, quẽ illic etiã insinuauimus, hunc. s. Petrus tantũ est albus, id est est albus, & nec fuit nec erit albus. Hoc instans tantùm est. i. hac instans est & nec fuit nec erit, Tantùm fuit albus. i. fuit albus, & non est nec erit albus. Et si admittantur negatiuę, Petrus tantũ nõ erit albus. i. nõ erit albus. sed est & fuit albus. Hoc tãtùm possibiliter est. i. hoc possibiliter est, & tamẽ nec est nec fuit nec erit. Itaq; dictio exclusiua addita verbo, excludit alias differentias temporis, quæ non includuntur in tali verbo: quod addiderim quia, tãtùm est non excludit possibile. Et per hæc facile exponentur huiusmodi propositiones in quibus tamen parum est vtilitatis.

Lectio secunda.

*POst propositiones de excluso ex*tremo subsequuntur exclusiuæ. Vnde propositio exclusiua est illa: in qua dictio exclusiua, in principio posita, totam modificat: vt tantum homo est risibilis, Circa quas quatuor disputauim⁹, videlicet, quomodò exponantur, quomodo conuertantur, quomodo termini illarum supponãt, ac deniq; quomodo in illis omne genus oppositionis constituatur. Nota. 1. Proposi-tio exclu-siua.

Quod ad primũ punctum attinet, propositionũ exclusiuarũ quadruplex est genus vt suis cuiusq; exẽplis in textu monstratũ est. Et primũ genus exponitur copulatiue per præiacentẽ, & vniuersalẽ negatiuam: ubi negatur idem prædicatũ de omni alio à re subiecti. i. à re significata per subiectum: vt tãtum homo est risibile, homo est risibilis, & nihil aliud ab homine est risibile pari modo gratia pluralitatis mutando ly aliud, in ly plura quàm, vt sunt exempla omniũ generũ in textu. Hanc expositionem quæ est etiam Petri Hispani & omniũ antiquorum, iuniores Sũmulistæ tanq̃ insufficientẽ relinquũt. Primò quia inde sequeretur hanc exclusiuã esse verã, tantũ pater est Deus: nã pr̃ est Deus, & nihil aliud à patre est De⁹: quia aliud à patre nõ supponit pro alia persona diuina: quæ tamen est falsa, in verã Theologia. Item sequeretur hãc esse veram, tantũ hæc Phœnix fuit Phœnix quia nihil aliud ab hac Phœnice fuit Phœnix. vbi subiectum non supponit pro alia Phœnice, supposito quod nunquam duæ Phœnices fuerunt simul: & ly fuit, vniat pro instanti. Et ideo expositio communis est, vt, Not. 2.

loco de ly aliud, apponatur terminus infinitus contradictorius subiecti: vt tantū homo est risibilis, homo est risibilis, & nihil nō homo est risibile: & aliæ aliorum generū proportionabiliter. Quam expositionē nos in priori editiōe secuti sumus, Sed re vera iam nunc magis probamus modum antiquum, non solùm quia antiquior sed certè quia clarior & tutior. Sequitur enim ex ista modernorum expositione hanc propositionē tertii generis esse veram, tantùm chimæra non est in mūdo, vt ipsi cōcedunt: quia chimæra non est in mundo, & omne non chimęra est in mundo. Quod tamen repugnat modo cōcipiendi nam eàdem ratione debent concedere, tantùm Adam non est in mundo, tantùm Abraham non est in mundo, & ita numerando omnes res, quæ fuerunt, & erūt & non sunt. Et mirum est quòd tantū Adam nō sit in mundo & tamen nec Abraham sit in mundo nec aliæ multę res, Si tamen exponas per ly aliud ab, secundæ exponentes sunt falsę: quia aliud à chimęra vel aliud ab Adam, nō supponit. Nam vt hoc sit aliud à chimæra requiritur ꝙ hoc sit & chimæra sit & hoc non sit chimęra, Vnde ad primum argumentum in cōtrariū respondetur hanc esse falsam, tantum pater est Deus: quia ly, tantùm, non solùm excludit aliam essentiā, sed aliquādo aliud suppositū essentiale, scilicet, pater est Deus & nullum suppositum aliud à paetr est Deus. Ad secundum itidem respondetur quòd illa est falsa, tantùm hæc Phœnix &c. imò alia ab ista fuit Phœnix: quia adhoc quòd ly alia ab ista, supponat mediante copula de extrinseco tempore, nō exigitur quód fuerint in eodem instāti, sed satis est ꝙ vna fuerit & alia fuerit, & vna nō fuerit alia. Eadem ratione non sufficit expositio Georgii & aliorum per copulam implicationis. s. tātum Adam non est in mundo: id est, Adam non est in mundo, & omne illud quod non est Adam est in mundo, quia idem inconueniens sequitur, quod suprà intulimus cōtra expositionem iuniorum. Verum est tamen ꝙ vbi nō fuerit difficultas de differentia inter hos modos exponendi, indifferenter vtemur omnibus, aliquādo causa breuitatis per terminum infinitum, & aliquando causa claritatis per copulam implicationis. Sed est argumentū cōtra istum modum exponendi. Nam tunc sequeretur consequentiam non esse formalem ab exponētibus ad exponibilem: nec è conuerso: vt, homo est animal, & nihil aliud ab homine est animal: ergo tantùm homo est animal, quia in simili non sequitur, homo est animal, & nullum aliud album ab homine est animal: vt patet si nullum animal præter hominem sit album. Ad hoc respondetur primò quòd non video quare debeat esse consequentia formalis ab exponentibus ad exponibilem Satis enim est ꝙ quacunq; exponibili data illo modo bene exponatur. Secundò dico ꝙ illa expositio est formalis. Nec illa est eiusdem formæ: vbi ponitur ly albū. Sed debet seruari solum relatiuum cū ablatiuo postꝙ ita præcipitur in regula exponendi.

Quatuor illas regulas exponendi quatuor genera exclusiuarū, quò facilè memoria retineantur, adnotamus his quatuor dictionibus. Iste regit prorā clauo, vbi. a. significat vniuersalem affirmatiuā. i. particularem affirmatiuā. e. vniuersalē negatiuā. o. particularem negatiuā. Prima ergo dictio significat exponētes exclusiuę primi generis esse particxlarē affirmatiuam & vniuersalē negatiuam. Secunda significat exponentes exclusiuę secundi generis esse contradictorius. s. vniuersalem negatiuā & particularem affirmatiuam, Tertia denotat exponētes exclusiuæ tertij generis esse particularem negatiuam & vniuersalem affirmatiuam. Ac deniq; quarta significat exponētes quarti generis esse cōtradictorias. s. vniuersalem affirmatiuam & particularem negatiuam. Hæc tamen omnia intelligantur quando propositio exclusiua est de subiecto communi & vbi non ponitur aliud signum distributiuū: quâm ly tantùm. Nam si dicas, tantum Petrus currit, prima exponens est singularis. Et si dicas, tantum omnis homo est risibilis. prima exponens est vniuersalis. Nota. 3.

Loci arguendi in hac materia sunt isti. Primus, Ab exponibili ad exponentes & è conuerso, est bona & mutua cōsequētia. Secūdus ab exponibili copulatiuę ad quālibet exponentium est formale argumētum, sed non è cōuerso. Tertius, A qualibet exponentium ad exponibilē disiunctiuè est validum argumentum sed non è conuerso. Not. 4.

At verò cōtra primum locum arguitur. Non sequitur. Ens est quātitas & nihil aliud ab ente est quātitas: ergo tantū ens est quantitas. Cōseques enim manifestè est falsum vt patet per vniuersalē, omnis quantitas est ens: nam quantitas discreta non est ens, sed entia. Et quòd antecedens sit verum mani- Rrgu. 1. Loci. arg.

manifestũ est pro prima parte. Et probatur secunda: quia sua cõtradictoria est falsa, scilicet, aliquid aliud ab ente est quãtitas, cuius subiectum pro nullo supponit. Circa hoc argumẽtum notato ly tantũ, posse excludere

Exclusio fit tripliciter

tripliciter, scilicet, singulariter tãtũ, & pluraliter tantũ, & simpliciter, scilicet, singulariter & pluraliter. Quæ differentia percipitur ex numero subiecti aut prædicati exclusiuæ. Quando enim sunt singularis numeri, & nõ sunt termini collectiui, fit exclusio singulariter tantũ. Et quando sunt pluralis numeri aut collectiui, fit exclusio pluraliter tantũ, Quando vero sunt partim collectiui partim diuisiui fit exclusio simpliciter. Qñ fit exclusio singulariter, debet subiectũ secũdæ exponentis determinari signo singularis numeri vt, tãtùm homo est risibilis, homo est risibilis, & nihil aliud ab hoĩe est risibile. Quãdo verò fit exclusio pluraliter debet determinari signo pluralis numeri: vt, tantũ homines sunt risibiles, homines sunt risigiles, & nulla alia ab hominibus sunt risibilia. Sed quãdo fit exclusio simgliciter debet subiectum secundæ exponentis accipi singulariter & pluraliter. Vnde ad argumentum respondetur ꝙ non rectè arguitur ab exponentibus ad exponibilem, Nam illud prædicatũ quãtitatis est terminus partim diuisiuus & partim collectiuus. Supponit enĩ pro quocũq; corpore quod est quantitas cõtinua, & pro quibuscunq; simul, quę sunt quãtitas discreta. Quare secunda exponẽs debet esse hæc, nihil aliud & nulla alia ab ente est vel sunt quãtitas: quę est falsa. Imò alia ab ente, scilicet, duo homines sunt quantitas. Verum est tamen melius esse sub singulari numero intelligere vtrunq;, q̃ bàrbare exprimere ambos numeros. Quo fit vt si admiseris, in hac propositione, tantùm Deus nõ est creatura exclusionem fieri simpliciter, illa est falsa: quia aliqua alia à Deo nõ sunt creatura sed creaturæ, sed istæ ineptiæ sunt puerorum.

Argu. 2.

Secundò arguitur. Non sequitur, tm̃ regis equus est equus, ergò regis equus est equus, & nullius non regis equus est equus, & arguitur ab exponibili ad exponẽtes: ergò locus ille nõ tenet. Minor est nota. Et prob. ma. Nam casu quo eosdẽ omnino equos regis possideãt subditi, & nõ sunt alij equi, exponibilis est vera: vt patet per vniuersalem in terminis trãspositis: omnis equus est regis equus. Et secunda exponẽs est falsa: quia alij à rege habent equos.

Exclusio dupliciter

Circa hoc argumentum notato, ꝙ quando signum exclusiuum fertur in aliquod complexũ, tunc potest excludere vel ab opposito totius vel ab opposito partis. Et secundũ hoc debet infinitari in secunda exponente aut totũ vel pars, si fiat expositio per terminum infinitũ. Et proportionabiliter per ly aliud. Vnde si in hoc argumẽto fiat exclusio ab opposito totius, tunc exclusiua est vera sed illa nõ est secunda exponẽs, imo hæc, nihil aliud à regis equo est equus: vel, nihil nõ regis equus: vt infinitetur totũ. Si vero fiat exclusio ab opposito obliqui, tunc illa est secunda expones, sed exclusiua est falsa. Nec habet vniuersalem in terminis transpositis: vt videbimus lectione sequenti.

Argu. 3.

Tertiò principaliter arguitur. Nõ sequitur, tantũ albũ erit nigrum, ergò albũ erit nigrũ, & nihil nõ albũ erit nigrũ, & tñ arguitur ab exponibili ad exponẽtes, ergò minor est nota. Et maior probatur. Nam casu quo Petrus sit in posterũ successiue alb⁹ & niger, & nec sint nec erunt alia alba vel nigra, exclusiua est vera: vt patet per vniuersalẽ in terminis trãspositis, oẽ quod erit nigrũ est vel erit albũ. Et secunda exponẽs est falsa. Nam cõtradictoria est vera. s. aliquod nõ album erit nigrũ: quia Petrus erit niger, qui in aliquo instanti erit nõ albũ, vel aliud ab albo quod idẽ est. Circa hoc argumentũ notato ꝙ in exclusiuis de extrinseco tempore semper debet infinitari subiectũ secũdæ exponentis secundũ exigentiã cõtradictionis ad primã exponentẽ. v. g. quia ly albũ, in illa exclusiua seu in sua prima exponente stat pro illo quod est vel erit albũ, etiã ly nõ albũ albũ vel aliud ab albo, debet accipi pro illo, quod nec est nec erit albũ. Et ideo si in hac, nõ albũ erit nigrũ, ly nõ, in rigore infinitet subiectũ cũ tota sua ampliatiõe, illę sunt optimè exponẽtes: & sicut exclusiua est vera in casu argumẽti, ita & secũda exponens Nam cõtradictoria est falsa, quæ facit hunc sensum: Quod nec est nec erit albũ, erit nigrũ. Si vero in hac, nõ albũ erit nigrũ, nõ infinitetur subiectũ, nisi quoad significationẽ & nõ quoad ampliationẽ, vt sit sensus, quod modò nõ est albũ, vel in aliquo instanti nõ erit albũ, erit nigrũ, tunc nõ rectè datur secũda exponens: sed debet esse hæc, nihil aliud ab albo quod est vel erit album erit nigrũ. Sed an in rigore infinitet primo vel secundo modo iam nos diximus argumẽto quinto de modalibus, quod Aristotel. videtur

sentire secundũ modum, quando cõcedit ꝗ
nã cytharizans possibiliter est cytharizans:
quæ esset impossibilis, si ly non, faceret sen-
sum, quod non possibiliter cytharizat. Sed
iam cõmuniter tenetur primus modus, ꝗ in
finitat secundũ exigentiã contradictionis,
saltẽ quãdo infinitatio ponitur ante copulã
nam post copulã aliud est, vt illic probaui-
mus. Per hoc notabile exponentur istę, tan
tũ albũ possibiliter est nigrũ, albũ possibili
ter est nigrũ, & nihil aliud ab albo possibili
ter est nigrũ: vt sit sensus, Nihil aliud ab illo
quod possibiliter est albũ possibiliter est ni
grum. Et pari modo dicendum de ly cõtin-
genter, de ly necessariò. Vnde in huiusmodi
exclusiuis de intrinseco tempore & modali
bus perspicatior fit expositio per copulam
implicationis. Tantum album erit nigrum
album erit nigrum, & nihil quod nõ est vel
erit album erit nigrum. Tantùm albũ pos-
sibiliter est nigrum, album possibiliter est
nigrum: & nihil quod non potest esse albũ
possibiliter est nigrum.

Not.4. *Quartò principaliter arguitur.*

Non sequitur, Deus possibiliter nõ est crea
tura, & omne aliud à Deo possibiliter est
creatura, ergò tantũ Deus possibiliter nõ est
creatura: & tamen arguitur ab exponenti-
bus ad exponibilem tertij generis, ergò lo-
cus arguendi nullus. Minor est nota. Et pro
batur maior: nã exponentes manifeste sunt
Et probaṫ falsitas exponibilis. Aliud à Deo
vt puta omnis creatura, possibiliter non est
creatura, ergò non est solus Deus id quod
possibiliter non est creatura. Circa hoc ar-
gumentum notandum est quòd quando si
gnum exponibile pręcedit copulam & mo
dum, & exponitur per exponentes opposi
tæ qualitatis, altera exponentium debet da
ri per copulam contradictoriam ad expo-
nentem, quæ est præiacẽs. Nam cùm dictio
exclusiua feratur in copulã, excludit secun
dùm exigentiam contraditionis. Vnde ad
argumentum negatur rectè argui ab expo
nentibus ad exponibilẽ. Imò secunda expo
nẽs est omne aliud à Deo necessariò est crea
tura, quę est impossibilis sicut exponibilis.
Hæc verò est necessaria, Tantum creatura
possibiliter non est Deus. Quare nõ sequi-
tur. Tantùm Deus impossibiliter est creatu
ra, ergò tantũ Deus possibiliter non est crea
tura. Nam ex parte secundarum exponen-
tium arguitur à possibili ad necessarium,
Quapropter illa exclusa non potest habe-
re subalternantẽ ex parte modi, Neq; subal
ternatam, quia neque illa infert aliã ex par
te primarum exponentiũ, Non enim sequi
tur, tantũ creatura possibiliter non est ens:
ergò tantũ creatura impossibiliter est ens.

Commendandum est memoriæ illud,
quod diximus, quãdo signum præcedit co
pulam & modum: nam si modus præcedat
tunc non debent dari exponentes per copu
las contradictorias: vt si dicas, album possi-
biliter differt à nigro, vt declarauimus cap.
de differt.

Quinto principaliter arguitur.

Non sequitur, tantùm Salmãticæ venditur No.5.
piper, ergò Salmanticę vẽditur piper, & nõ
alibi ꝗ̃ Salmanticę venditur piper: & tamen
arguitur ab exponibili ad exponẽtes, ergò
locus arguendi nullus. Maior est nota. Et
probatur minor. Nam casu quo extra Sal-
manticam non venderetur piper & Salman
ticæ venderetur, exponibiles est vera, vt no
tum est. Et probatur secundam exponentẽ
esse falsam. In hac domo venditur piper (de
monstrata domo vbi venditur) & hæc do-
mus est alius locus a Salmantica, quia eius
pars, ergò. Respondetur ꝗ si ly tantùm, ex-
cludat ab opposito totius. s. venditum Sal-
manticæ, nõ rectè exponitur illo modo. Et
casu, quo omne piper venderetur Salmanti
cę & Parisijs idem numero, exponibilis es-
set vera, quæ conuertitur in hanc vniuersa-
lem, omne piper venditur. Salmanticę: & il
la secunda exponẽs data esset falsa. Sed de
bet dari alia videlicet, nihil non vẽditũ Sal
manticę est piper. Si verò fiat exclusio ab
opposito solius obliqui tunc optimè argui
tur ab exponibili ad exponentes: & sicut
exponibilis est vera in casu argumenti: ita
& secunda expones. Et negatur illa conse-
quentia, in hac domo vẽditur piper, & hæc
domus est alius locus à Salmantica ergò ali
bi quàm Salmanticæ venditur piper. Solũ
enim sequitur quòd in loco, qui non est Sal
manticæ, venditur piper, sed inde non sequi
tur quòd alibi. Nam, alibi, tantũ valet quã-
tũ, extra. Et ille locus non est extra Salman
ticam, sed intra. Eadem ratione non sequi-
tur, in Castella venditur piper, & Castella
est locus alius à Salmãtica, ergò alibi quam
Salmanticæ venditur piper: quia locus Ca-
stellæ vbi venditur non est extra Salmanti
cam: sed solùm sequitur quod in loco, qui
non est Salmantica venditur piper, puta, in
loco continente Salmanticam. Ex his se-
quitur

quitur hãc esse verã, tantũ homo est crispus, vel tantũ homo est simus: esto quòd caput, quod est aliud ab homine, sit crispum, & nasus sit simus. Nam, vt docet sanctus Tho. 1. p. q. 31. ar. 4. dictio. exclusiua nõ excludit parte quando prædicatum conuenit parti sicut toti. Vnde secunda exponẽs illius non est hęc; nihil aliud ab homine est crispum. Sed nihil aliud ab hoĩe quod nõ est pars eius. Eadem ratione dictio exclusiua, quæ fertur in causas secundas nõ excludit causas superiores, quibus subordinantur neq; instrumẽta. Cõceditur enim ꝙ tantùm homo generat hominem, tametsi Deus & cœlum concurrat cum illo. Et concediitur quòd tantùm faber ferrat, quamuis id faciat serra.

Argu. 6. *Sextò principaliter arguitur.* Nõ sequitur: Tantũ homo est ipsemet, ergò homo est ipsemet, & nihil aliud ab homine est ipsummet, & tamen arguitur ab exponibili ad exponentes, ergò locus arguendi nullus. Minor est nota. Et probatur maior. Exclusiua est vera, vt cõstãt per eius vniuersalẽ, si cõgruè posset proferri, oĩs ipsemet est hõ: quæ valet tantũ quantum, oĩs hõ est ipsemet. Sed falsitas secundæ exponentis probatur: quia aliud ab hoĩe est ipsummet. Respondetur ꝙ exponibilis huius argumẽti videtur amphibologica. Videtur em̃ facere hũc sensum, ꝙ tantùm hõ est de quo verè affirmamus esse ipsummet, qui est falsus: vt patet per exponẽtes datas. Sed alius est sensus magis vsitatus s. ꝙ tantũ hõ est ipsemet homo: qui est ver⁹. Sed tũc negatur illã esse secundã exponentem, quæ data est in argumẽto: imò est hæc, Nihil aliud ab homine est ipsemet, relatiuo referente hominẽ. Idem dicito de hac, Tantũ homo videt se, casu quo quicunq; homo videat seipsum, & nõ videatur ab aliis, (sed bruta etiã videãt se) quę in primo sensu est falsa, & in secundo est vera. Quare in primo sensu vniuersalis eius terminis trãspositis est hæc, omne vidẽs se est hõ, vt relatiuũ referat subiectũ vidẽs, sed in secnndo sensu videbimus lectione sequenti, quam habeat vniuersalem.

Argu. 7. *Septimò arguitur. Non sequitur,* Genitiuũ solus nominatiuus pręcedit: & nullũ aliũ casum solus nominatiuus pręcedit, ergò solũ genitiuũ solus nominatiuus præcedit: & arguitur ab exponẽtibus ad exponibilẽ, ergò locus arguẽdi null⁹. Minor est nota. Et ꝓbatur maior: exponẽtes sunt verę, vt notũ est: & arguitur exponibilẽ esse falsam. Sequitur bene, Solũ genitiuũ solus nominatiuus pręcedit, ergò solus nominatiuus solum genitiuũ præcedit: consequens est falsum, vt manifestat prima exponens. s. nominatiuus solũ genitiuũ præcedit, ergò & antecedens.

*Ad argumentũ cõcessa minori ne*gatur maior. Imò sicut exponẽtes sunt veræ, ita & exponibilis. Sed nõ valet illa cõsequentia, vbi transponuntur signa exponibilia. Et multi id solũ assignant pro defectu, ꝙ variatur probatio. At non sat est hunc defectum assignare: cùm quia aliàs hoc esset diuerticulum ignorantium, qui vbicunq; assignarent hunc defectum, tum etiam quia à determinata ad confusam est bonũ argumẽtum, vt homo nõ est animal, ergò omne animal homo non est: & tamẽ variatur probatio. Quare ille nõ est defectus. Alij assignant defectum à confusa ad determinatã ex parte de ly nominatiuus. Sed tunc restaret assignare defectũ si argueretur cum distributione, solũ omnẽ genitiuum solus omnis nominatiuus præcedit, ergò solus omnis nominatiuus solùm omnem genitiuum præcedit. Igitur defectus est, vt ego existimo, à confusa ad determinatam ex parte ipsiusmet signi, solum. Nam quanq̃ est vniuersale, includit particularitatem. Et ideo in entecedente ly, solũ, in secundo loco confunditur à priori signo: postquã expositio debet incipi à priori. Et in consequente: quia illud signum quod sequebatur præcedit, supponit determinatè. Argu. 8.

Vltimò arguitur contra modum exponẽdi gratia pluralitatis. Non sequitur, tantùm duo elementa non sunt calida, ergò duò elementa non sunt calida, & omnia plura elementa quàm duò sunt calida, & tamen arguitur ab exclusiua gratia pluralitatis ad eius exponẽtes, ergò modus exponẽdi non est bonus. minor est nota: Et probatur maior. Nam exclusiuã nemo est qui non concedat, cùm ex quatuor elemẽtis duo solũ non sint calida. s. aqua & terra: & tamẽ secũda exponẽs est falsa. s. plura q̃ duo sunt calida: nã nõ sunt nisi alia duo calida: puta ignis & aër. Argu. 9. & vlt.

Respondetur negando maiorem. Arguitur enim rectè si illa propositio exponatur gratia pluralitatis. Et sicut secunda exponens est falsa, ita & exponibilis ipsa. Sed tamen est notandum ꝙ nonnũquàm exclusiuę accipiuntur gratia alietatis etiam si subiectum sit terminus numeralis. Et certè in illo sensu accipitur exclusiua assumpta in argumento, quando conceditur, scilicet, ꝙ duo ele-

elementa non sunt calida, & alia, quæ non sunt de numero illorũ duorum sunt calida. Sed tamen vt plurimùm, quando subiectũ est terminus numeralis exponuntur gratia pluralitatis: vt tantùm nouem homines nõ faciunt populum, tantùm duæ lineæ rectæ non faciunt figuram.

Lectio tertia.

No.1. Exclusiua conuertitur in vniuersalem.

Secundum punctum exclusiuarum est quomodo cõuertãtur. De quo in textu constituitur vltima propositio, videlicet, Propositio exponibilis primi generis, gratia alietatis conuertitur mutuo in vniuersalem affirmatiuam terminis transpositis: vt tantùm animal est homo, ergò omnis homo est animal: & è conuerso. Quæ quidem conuersio innititur consequentiis illis. 2. Periher, ab affirmatiua ad negatiuam, & à negatiua ad affirmatiuam: variato prædicato Sequitur enim bene, tantùm animal est homo, ergò animal est homo, & nihil non animal est homo, per expositionem: rursùs, ergò homo est animal, & nullus homo est nõ animal, per cõuersionem simplicem: rursùs, nullus homo est non animal, & aliquis homo est (quæ sequitur ex prima exponente,) ergò omnis homo est animal, à negatiua ad affirmatiuam, posita constantia: at q; adeò, (de primo ad vltimum) tantũ animal est homo, ergò omnis homo est animal. E conuerso itidẽ sequitur bene omnis homo est animal, ergò aliquis homo est animal: & nullus homo est non animal. Prima pars sequitur à subalternante ad subalternatam: & secunda ab affirmatiua ad negatiuã variato prædicato. Ex quibus rursùs per conuersionem simplicem sequũtur exponentes huius, tantùm animal est homo, & per consequens sequitur exponibilis ipsa. Hinc fit, exclusiuã secundi generis mutuò conuerti in particularem negatiuam.. Si, v. g. hæc, tantùm animal est homo, conuertitur mutuò in hanc, omnis homo est animal, contradictoria eius (per regulas bonæ consequẽtiæ) mutuò cõuertitur in contradictoriam alterius. Sequitur secundò quòd exclusiua de prædicato singulari conuertitur in singularem: vt tantùm Papa est Paulus: ergò Paulus est papa: & è conuerso. Sequitur deniq;, has propositiones, tentùm Imperator possibiter est aliquis homo, tãtùm iustus possibiliter est aliquis Turca, & similes esse necessarias, vt manifestant suæ vniuersales.

At verò ex eo ipso fundamento cui innititur hæc regula cõuersionis eliciuntur quinque exceptiões in quibus exclusiua non habet vniuersalem, nec vniuersalis exclusiuam. No.2. Quinque exceptiones. Prima, quando propositio exponitur gratia pluralitatis. Non enim sequitur, tãtùm duo homines sunt animalia, ergò omnia animalia sunt duo hoĩes: nam quando in initio mũdi erant soli primi parentes (cum multis brutis animalibus) exclusiua erat vera, & vniuersalis falsa. Et ratio est, quia secunda exponens nõ datur per terminum contradictorium, & sic nõ possunt tenere illæ consequẽtiæ intermediæ. Nec conuertitur, vt aliqui putant, talis exclusiua in vnam de signo collectiuo. Nam eodem casu hæc etiã erit falsa, omnia animalia sunt duo homines. Secunda, quando prima exponẽs non potest conuerti simpliciter: vt si dicas, tantùm homo est species (vt fiat exclusio à significato simplici de ly homo,) tunc nõ sequitur, tãtùm homo est species, ergò omnis species est homo. Tertia, quando prima exponens est virtualieer negatiua: quia talis exclusiua virtualiter non est primi generis. Quare nulla istarum, tantùm homo est vel non fuit albus, tantùm homo non cõtingenter non est albus, habet vniuersalem: quia prima exponens, vt diximus de cõuersionibus, est virtualiter negatiua, cum inferatur ex negatiua. Sed hæc tantũ homo est & non fuit albus, optimè cõnertitur mutuò in hãc, omne album quod est & nõ fuit album est vel fuit homo. Et hæc tantũ homo cõtingenter nõ est albus, habet hãc omne albũ quod contingenter non est album possibiliter est homo, quia primæ exponentes istarũ sunt virtualiter affirmatiuæ. Quarta exceptio. Quando subiectum viuersalis non cõpletæ distribuitur, tunc nullam habet exclusiuam in terminis transpositis. v. g. Nulla istarum, oẽ animal fuit in arca Noë (pro generibus singulorum) vterq; homo est animal, habet exclusiuam. Ratio est, quia ly tantùm, vt statim videbimus, distribuit cõpletæ prædicatum. Et ideo arguendo ab vniuersali ad exclusiuam argueretur ab incompleta ad completam distibutionem. Quinta exceptio. Quando in exclusiua nõ fit exclusio ab opposito totius, vt si dicas: tantùm hoĩs equus est animal (vt fiat exclusio ab opposito genitiui) non cõuertitur in vniuersalem. Et ratio est, quia cùm in secunda exponente non infinitetur totum subiectũ, fit vt ex conuertente

tente illius, cum constantia, non inferatur vniuersalis de prædicato finito.s.omne animal est hominis equus. Aliæ sunt exceptiones, quæ non possunt cadere sub regulis: quia committitur alius defectus.

Argu.1. *At contra tertiam exceptionem* fortè quis arguet, φ hæc exclusiua, tantũ homo est vel nõ est animal, mutuo cõuertatur in hanc, omne animal est & nõ est homo, cũ tamen prima exponens sit virtualiter negatiua: nam est disiunctiua, cuius vna pars est negatiua. Ad quod negatur illã exclusiuam conuerti in illam vniuersalem: licet consequentia esset bona & mutua: quia non tenet cõsequentia per cõuersionem nec forsan per locum intrinsecum, sed quia tam exclusiua q̃ vniuersalis est formaliter impossibilis.

Argu.2. *Sed contra quartam exceptionem* arguitur. Hæc vniuersalis, cuiuslibet hominis equus currit, cõuertitur in hac mutuò, tãtùm illud cuius equus currit est homo, cùm nõ possit dari vna vera, altera existente falsa: & tamẽ subiectũ vniuersalis nõ distribuitur cõpletè: ergò quarta exceptio non tenet vniuersaliter. Item cõtra quintã exceptionem: Hæc exclusiua, Tantùm hominis equus currit (vt sit ixclusio ab opposito partis) cõuertitur in hãc mutuô, omne illud cuius equus currit est homo, ergò quinta exceptio nõ tenet vniuersaliter. Ad hęc respõdetur φ exceptiones intelligũtur de cõuersione propriè dicta quando fit de subiecto prædicatũ, & de prædicato subiectũ: quod non obseruatur in his cõsequentijs assumptis: sed tenent istæ per alias cõsequentias intermedias. Vt sequitur mutuò, cuiuslibet hominis equus currit: ergò quilibet homo est illud cuius equus currit. Et cõsequens cõuertitur in illã exclusiuã primi argumenti. Et eodẽ modo sequitur mutuò, tantũ hominis equus currit: ergò tantùm homo est illud cuius equus currit, & hæc conuertitur in illam vniuersalem secundæ cõsequentiæ. Parũ refert an istæ cõsequentiæ sint formales, Nam si hæc consequentia est similis formæ, tantum hominis equus currit: ergò tantùm homo est album cuius equus currit, clarum est cõsequentias non esse formales. Sed tamen credo, quòd ad instandum in simili forma debet seruari illud relatiuum, vt iacet. Et ideo fortè sunt consequentiæ formales.

No.3. *Ex ista regula conuertendi exclusiuas* sequitur species suppositionis extremorũ exclusiuæ quod est tertiũ punctũ exclusiuarũ. Et vt latiùs hoc pateat, id exponimus aliquot regulis. Prima, terminus præcedens dictionẽ exclusiuã supponit secundũ exigentiã signorũ, quæ in ipsum ferũtur. Vt in hac, cuiuslibet hominis tantùm equus est hinnibilis, ly hominis, supponit distributiuè: & in hac, hominis tantũ equus est hinnibilis, supponit determinatè. Quo fit: tales propositiones immediatè esse resoluẽdas ratione illorũ terminorũ præcedentium anteq̃ exponantur ratione dictionis exclusiuæ. Regula.1.

No.4. Regula.2. *Secunda regula. Dictio exclusiua* gratia alietatis cõfundit terminũ in quẽ proximè fertur, & distribuit prædicatũ. Hanc regulã cognoscimus per vniuersalem exclusiuæ. Nam si, tantũ animal est homo, æquiualet huic, omnis homo est aĩal, fit vt extrema supponant eodẽ modo. Hoc intelligitur in propositionibus de modo loquendi consueto. Nan si dicas, tantùm.b.homo omne animal est, subiectũ supponit determinatè.

Ex hoc sequitur extrema istarum, tãtùm animal est homo, tantum animal omnis homo est, non supponere eodem modo. Nam in prima, ly animal, confunditur in ordine ad ly homo, sicut in sua vniuersali, omnis homo est animal: sed in secunda non cõfunditur in ordine ad prædicatũ, imò prima exponens est hæc, animal omnis homo est. Quare prima est vera & secunda, falsa Et ratio huius diuersitatis est: quia in prima prædicatũ distribuitur à ly tantũ, & ideo tantũ confundit subiectum in ordine ad prædicatum. Sed in secunda prædicatum non distribuitur à ly tantùm: sed peculiariter à ly omnis. Et ideo confusa subiecti non stat in ordine ad prædicatũ: sicut suprà declarauimus in hac, Cuiuslibet hominis equus nõ est animal: vbi ly equus, non cõfunditur in ordine ad prædicatum. Sequitur secundò φ regula hæc secunda debet intelligi solùm in exclusiuis primi generis habẽtibus vniuersalẽ. Quare in hac, tantùm hominis equus currit (vt fiat exclusio ab opposito partis) prædicatum non distribuitur: quia illa exclusiua non habet vniuersalem. Nec valet descensus copulatiuus sub illo prædicato. Nam si homines, & equi à solis hominibus possesi currerent, exclusiua esset vera, & singulares prędicati essent falsæ, in quibus demonstrarentur homines. Tertio sequitur φ prædicatũ exclusiuæ nõ distribuitur nisi pro suppositis, pro quibus restringitur in vniuersali, Vt quia

quia vniuersalis huius exclusiuæ, tm̃ Deus necessariò est ens, est hęc, omne ens quod necessariò est ens possibiliter est Deus: vbi ly ens, restringitur pro necessariis, fit vt predicatũ exclusiuę nõ distribuat, nisi pro necessariis, quod patet: quia illa exclusiua est vera: & singularis sub prædicato vbi demonstraretur creatura esset falsa. In summa, ad cognoscendum suppositionem exclusiuæ primi generis, recurrendum est ad vniuersalem. Ex quo sequitur ꝙ sub subiecto exclusiuæ non valet ascensus nisi disiunctiuus: sed sub prædicato licet ascendere & descendere copulatiuè. In has verò, tantùm animal omnis homo est, nõ licet immediatè ascendere sub prædicato, cùm subiectum stet determinatè in ordine ad ipsum. Ob idq; singulares essent veræ, & exclusiua falsa. At quia in his, tãtùm homines homo & homo sunt, tantùm equus cuiuslibet hominis quilibet equus est, prædicatum determinatur à dictione exclusiua, licet ascendere & descendere vnica acceptione sub toto prædicato, non tamen seorsum sub partibus: quia totum distribuitur vnica acceptione à ly tantùm, & nõ partes: ita vt singulares sint istæ, Tantùm homines hoc quod est homo & homo sunt tantũ equus hoc quod est cuiuslibet hominis quilibet equus est. Sed tamen si ascenderes sub determinatione, tunc casu quo singuli homines singulos equos possiderent, singulares essent veræ & exclusiua falsa. Nec in hac, tantũ equus est hominis equus, licet descendere: nisi suh toto prædicato. Nam si descendas sub ly hominis, copulatiuæ exclusiua est vera & multæ singulares falsæ, rebus vt nunc.

No.5. Regula.3.

Tertia regula, quando extremum inquod fertur signum exclusiuũ, modificatur aliis signis quam signo exclusiuo, supponit secundum exigentiam illius. Vt subiectũ huius, tantùm.b.homo est animal, supponit determinatè. Et subiectũ huius, tantũ omne animal est homo, supponit distributiuè. Et perspicatiùs, ac tutiùs resoluuntur tales propositiones per ascensum & descensum immediatum, anteq̃ exponantur: vt prima per ascensum disiunctiuũ, & secunda per cõpulatiuũ. Ex his colligitur differentia inter has tres propositiones, tantũ aĩal est homo, tantùm animal omnis homo est, tantùm.a. animal omnis homo est. Nam in prima licet immediatè ascendere & descendere sub prædicato: & est vera, rebus vt nunc. In secunda verò non licet, quia subiectũ stat determinatè: & æquiualet huic, tantũ.b.animal oĩs homo est, vt suprà declarauimus. Sed in tertia licet ascendere & descendere sub prædicato, sicut in prima. Nam prima exponẽs secundæ est hæc, animal oĩs homo est: & prima tertia, a, animal oĩs homo est, quare prima & tertia sunt æquiualentes & veræ, & secunda falsa. Nec certè sunt audiendi propter rationem dictã qui in prima exponente huius, tantũ animal oĩs homo est, dicunt.a.animal oĩs homo est. Quod adhuc confirmatur. Nam eadem ratione prima exponẽs huius, tantùm creatura nõ est ens, deberet esse hæc, a, creatura non est ens, vt subiectum confundatur in ordine ad prædicatum: & sic illa propositio esset vera: quod est inopinabile.

*Quarta regula. Quando exclusi*ua nõ potest habere vniuersale, nõ est certa regula suppositionis terminorũ. Quare tales propositiones non sunt probandæ per resolutiones extremorum, sed per expositionem dictionis exclusiuę. v.g. quia hæc exclusiua, tantùm angelus & ens sunt ens (vt fiat exclusio ab opposito partis) non habet vniuersalem, vt suprà diximus, non est certa regula de suppositione illorum terminorum. Et casu quo sit vnus solus angelus, cũ Deo, vna singularis est vera sub secunda parte copulati inqua demonstraretur angelus, & tamen exclusiua est falsa. Et si accipias proprędicato ly creatura, eodem casu exclusiua est vera, & vna singularis sub eadẽ secunda parte est falsa, in qua demonstretur Deus. Quare nec licet ascendere sub illa disiunctiuè, nec descendere copulatiuè. Nec licet talis ascensus, aut descensus sub prædicato, Nam eodẽ casu, vbi prædicatum est ly ens, vna singularis est vera sub prædicato, demõstrando angelũ, & tamẽ exclusiua est falsa. Et si accipias hanc, tantùm angelus & angelus sunt ens exclusiua est vera & vna singularis est falsa sub prædicato, demonstrando Deum. Sed hæc pauca exempli gratia sufficiant, nè in abyssum immergamur sophismatum Regula.4.

*His suppositis arguitur cõtra cõ*clusionem textus & expositionem eius. Hæ vniuersales, omnis homo est .b. animal, omnis homo omne animal est, in nullam conuertuntur exclusiuam: & tamen secundùm regulas positas deberent conuerti, ergò regulæ non sunt bonæ. Probatur maior: quia maximè conuerterentur in hanc, tantum animal est homo, quæ tamen est vera, & vniuersales Argu.1.

Regula. 1. ſales falſę:Reſpondetur negãdo maiorẽ.Imò verò notanda eſt regula vniuerſalis: Omnis propoſitio vniuerſalis affirmatiua vbi totũ ſubiectum completè diſtribuitur, conuertitur in excluſiuam in cuius prima exponente termini ſup ponant eodem modo ſicut in vniuerſali.v.g,omnis homo eſt.b.animal,cõuertitur in hãc,tantùm.b.animal omnis homo eſt: quia in prima exponente.ſ. animal omnis homo eſt,termini ſupponunt ſicut in vniuerſali. Et eadem ratione conuertitur in hanc,quæ illi æquiualet:tantùm animal omnis homo eſt.Et hęc,omnis homo omne animal eſt, conuertitur in hanc, tantum omne animal omnis homo eſt.Et hæc, omnis homo eſt animal:præterq̃ quòd conuetitur in hanc,tantùm animal eſt homo,conuertitur etiam in hanc.eius æquiualentẽ,tantũ.a.animal oĩs homo eſt. Itaq; aſſumpta quacunq; vniuerſali affirmatiua de ſubiecto completè diſtributo, tranſponantur extrema eodem modo ſupponentia,& addatur ſubiecto dictio excluſiua:& in illam excluſiuã cõuertitur illa vniuerſalis mutuò. Et ratio eſt: quia illa vniuerſalis conuertitur tunc cum prima exponente: & cũ eadem vniuerſalis inferat conuertentẽ ſecundæ exponentis, ab affirmatiua ad negatiuã:fit vt vniuerſalis cõuertatur cum excluſiua: vt quiuis facilè poteſt experiri.Imò verò,q̃n prædicatũ primæ exponentis diſtribuitur cõpletè, & ſubiectum ſupponit determinatè aut diſtributiuè,tunc illa non poteſt verificari, niſi prædicato habente vnicũ ſuppoſitũ.Et ideo prima exponens infert. formaliter ſecundã exponentẽ. Vt ſi.a.omne.b.eſt, vel ſi omne.a. omne.b. eſt, ſequitur vt nihil aliud ab.a. omne.b.ſit: & per conſequens prima exponens conuertitur cum tota excluſiua.

Secundò principaliter arguitur: Argu. 2. nõ ſequitur, oẽs hoĩes.a.homo & oĩs homo ſunt:ergò tantũ homo & oĩs hõ ſunt hoĩes: nam caſu quo eſſent duo hoĩes, vniuerſalis eſt vera, & prima exponẽs excluſiuè eſt falſa.ſ.homo & oĩs homo ſunt hoĩes:& tamẽ arguitur ab vniuerſali ad excluſiuã(ſupponimus enĩ excluſionẽ fieri ab oppoſito totius) ergo.Quod ſi dicas argumentari à cõfuſa ad determinatã ex parte primæ partis copulati in ordine ad ſecundã:ſequitur inde vniuerſalẽ illius excluſiuæ debere eſſe hanc,omnes hoĩes.b. homo & oĩs homo ſunt, quod eſt falſum:nam in ſimili forma hæc eſt vera,tantum homo & oĩs equus ſunt portantia lapidem,hac exiſtente falſa,omnia portantia lapidem.b. homo & omnis equus ſunt, caſu quo Brunellus cum Petro portet vnum lapidem & cum Paulo alterum, & non ſint alia animalia.Ad argumentum conceſſa maiore negatur minor·non enim rectè arguitur,ſed excluſiua eius eſt hæc,tantùm.a.homo & omnis homo ſunt homines. Vbi notanda eſt Regula regula quòd quando cõuertitur vniuerſalis de copulato extremo,debent partes illius copulati ſupponere in excluſiua, ſicut in vniuerſali. Et quia prima pars copulati in vniuerſali ſupponebat ſimpliciter confuſè in ordine ad ſecundã,ita debet manere in excluſiua. Et ad replicam itidem negatur illã eſſe vniuerſalem illius excluſiuæ.Nam in excluſiua, tantùm homo & omnis homo ſunt homines, ſecundùm regulas ſuprapoſitas prima pars copulati ſupponit determinate in ordine ad ſecundum, & cõfuſè in ordine ad prædicatum:quia ſecunda pars nõ diſtribuitur à ly tantùm confuudente primam.tamẽ prædicatũ diſtribuitur ab illo. Et ideo vniuerſalis eius eſt hæc, omnes homines homo & omnis homo ſunt:vbi prima pars copulati ſupponit confuſè in ordine ad ſubiectũ & determinatè in ordine ad ſecundam partem Sed excluſiua alterius vniuerſalis.ſ. omnes homines.b.homo,& oĩs homo ſunt,eſt hęc, tantum.b.homo & omnis homo ſunt homines:quæ clsrius probabitur per aſcenſum diſiunctiuum ſub prima parte copulati.

Tertiò principaliter arguitur, nõ Argu. 3. ſequitur,tantũ animal eſt hominis equus:ergò cuiuſlibet hominis quilibet equus eſt animal:nam rebus vt nunc,antecedens eſt verum & conſequens falſum: & tamen arguitur ab excluſiua ad eius vniuerſalem, ergò locus arguendi nullus. Regula. 3. Ad hoc argumentum conceſſa maiore negatur minor: non enim bene arguitur.Eſt nanq; notanda tertia regula quòd quando prædicatum excluſiuè eſt complexum,totum diſtribuitur vnica acceptione: & ideo ſi debet conuerti in vniuerſalem,ſubiectum illius debet illo modo diſtribui. Quare vniuerſalis illius excluſiuę eſt hęc,Quilibet hominis equus eſt animal.Et vniuerſalis huius,tantùm animal cuiuſlibet hominis equus eſt, eſt hæc, omnis equus qui eſt cuiuſlibet hominis equus eſt animal.Et vniuerſalis huius,tantùm animal cuiuſlibet hominis quilibet equus eſt, eſt hæc, omnis equus qui eſt cuiuſlibet hominis quilibet equus eſt animal.

Ex

Ex quo sequitur, hanc, cuiuslibet hominis quilibet equus est animal vbi subiectũ distribuitur pluribus acceptionibus nullã habere exclusiuam.

Argu.4. *Quarto arguitur: non sequitur,* tantum homo videt se: ergo omne videns se est homo, relatiuo referente vtrobiq; illum terminum, homo, & tamen arguitur ab exclusiua ad vniuersalem: ergo locus arguẽdi nullus. Minor est nota, postquam relatiuũ eodem modo accipitur. Et probatur maior Nam casu quo singuli homines videant seipsos, & omnes alios, & nihil aliud ab homine videat hominẽ, exclusiua est vera & vniuersalis falsa, vt notum est descendenti sub prædicato quod est antecedens relatiui. Ad argnmentum conceditur maior. Arguitur enim respectu de ly homo, à confusa inordine ad ly tantũ, ad determinatam in ordine ad distributionem de ly videns. Etenim in exclusiua non licet resoluere subiectum antequam exponatur exclusiua: sed tamen in vniuersali priùs resoluendum est prędicatũ quod est antecedẽs relatiui, quàm subiectũ Quare illa exclusiua non potest habere vniuersalem. Et illa vniuersalis conuertitur in hanc exclusiuam, tantum.b. homo videt se vt prius resoluatur subiectum disiunctiuè, quam exponatur dictio exclusiua. Si vero in exclusiua, tãtum homo est videns se, relatiuũ referat determinabile, videns, iam diximus superius illam conuerti in hanc vniuersalem, omne vidẽs se est homo, relatiuo idẽ referente. Sed replicatur quod exclsiua sumpta in argumento sit falsa in illo casu. Nam secunda exponens est falsa, scilicet, nihil aliud ab homine videt se, imò aliud ab homine videt se, vt patet per ascensum copulatiuum sub ly homine: quod est antecedẽs relatiui: nam aliud a Petro videt Petrum, &. aliud à Paulo, videt Paulum, &c.

Respondetur negando veritatem illius aliud ab homine videt se, nec potest fieri ascensus sub ly homine, antequam resoluatur totum aliud ab homine, Et in illo casu non potest demonstrari res alia ab homine quæ videat hominem.

Argu.5. *Vltimo arguitur, non sequitur,* tantum Deus substãtia fuit, ergo omnis substantia deus fuit. Nam antecedens erat verum & consequens falsum in primo instãti esse quo incipit esse mũdus: & tamẽ arguitur ab exclusiua ad vniuersalem: quia si aliquis esset defectus, maximè ex parte ampliationis, qui tamẽ nullus apparet, cũ vtrobiq; ambo extrema præcedant copulam. Respõdetur concessa maiore negando minorẽ arguitur enim respectu de ly substãtia, à min' ad magis amplũ distributiue, Nam in exclusiua, esto prædicatũ præcedat copulã, tenetur pro illo quod fuit quantũ ad veritatem propositiõis: sed in vniuersali, quia ponitur a parte subiecti, stat pro omni illo quod est vel fuit substãtia. Itaq; in primo instanti esse mundi, ly substantia, in exclusiua supponit solum pro Deo: & in vniuersali pro illo & pro omni substantia creata. Et ratio huius est, quia propositio de preterito semper requirit suã de inesse verã etiã si ambo extrema precedant. Et ideo in terminis irresolubilibus tantundem valet, deus substantia fuit, & Deus fuit substãtia: & eodem modo restringitur prędicatum: licet in terminis resolubilibus non sit idem, Petrus albus fuit & Petrus fuit albus. Et ideo vniuersalis illius exclusiuæ est hæc, omnis substantia quæ substantia fuit, est vel fuit Deus. Si tamen argueretur, sine distributione, bene sequeretur, Deus substantia fuit, ergò substantia Deus fuit. Idem est obseruãdum in aliis copulis vniuersalibus. Non enim sequitur, tantum Deue ens nessario est, ergo omne ens Deus necessario est. Sed inferendum est, ergo omne ens quod necessario est possibiliter est Deus. Nec sequitur, tantum creatura ens contingenter est: ergo omne ens creatura contingenter est. Sed inferendum est, ergo omne ens quod contingenter est possibiliter est creatura: sed de his satis.

Lectio quarta:

Nota.1. SVperest tandem pro vltimo puncto tradere modũ cõstituendi oppositiones in exponibilibus. Et quidem in constituenda contradictione nulla est difficultas: cõstituitur enim per propositionem negationis vt propositiones secundi generis contradicunt propositionibus primi, & propositiones quarti generis contradicunt propositionibus tertij. Sunt veruntamen non nullę regulæ magis particulares pro omni genere oppositionum. prima. Nullæ duę propositiones exponibiles ambæ copulatiuæ, aut ambæ disiunctiuę sunt cõtradictorię. Nam in primis manet eadẽ vniuersalitas ex parte de ly &, & in secundis eadem particularitas ex parte de ly vel. Secunda pro propositionious quę nõ sunt immediatę exponibiles Nullæ duę propositiones exponibiles ambæ

Regulę.4 oppositionum.

hę copulatiuę, in quibus manet eadem particularitas resolubilis immediatè disiunctiuæ, participant aliquam legem: quia manet eadem particularitas immediatè resolubilis eadē vniuersalitas ex parte signi exponibilis: verbi gratia, admissa fictione de ly. b. (quia non possumus aliter exempla ponere) hæ. tantùm. b. animal est homo, tantū. b. animal non est homo: nullam legem participāt. Si enim inter animalia sit tantū vnus homo & vnus equus, ambæ sunt veræ: & rebus vt nunc, ambæ, sunt falsæ. Et eadem ratione si sint duæ exponibiles ambæ disiunctiuæ, & manet eadē vniuersalitas in vtraq; immediatè resolubilis, nullā legem participant: vt patet in cōtradictoriis istarum præposita negatione vtrique. Tertia regula propositionibus, quæ sunt immediatè exponibiles. Omnes propositiones exponibiles immediatè, ambæ copulatiuæ: quarum aliqua exponens vnius repugnat in veritate alicui exponenti alterius, & aliqua non repugnat in falsitate exponentibus alterius: sunt formaliter contrariæ: verbi gratia, hæ, tantùm animal est homo, tantùm animal non est homo, sunt contrarię: quia secunda exponens vnius repugnat secundę alterius in veritate, & non repugnat in falsitate: cùm sint contrariæ. Et pariter hæ, tantùm omne animal est homo, tantùm omne animal nō est homo, quia primę exponentes sunt contrariæ. Et hæ, tantùm animal est homo, tantùm omne animal non est homo, sunt pariter contrariæ: quia primæ exponentes repugnant in veritate: cùm sint contradictoriæ, & secundæ exponentes non repugnant in falsitate. Itaq; non requiritur quòd duæ exponentes sint contrariæ, nec parcipent aliquam legem: sed quomodocunque vna exponens vnius repugnet alteri in veritate, & illa vel alia non repugnet exponentibus alterius in falsitate. Hæc regula est vniuersalissima, non solùm in exclusiuis, sed in omnibus exponibilibus. Et ratio est manifesta. Nam cum ad veritatem exponibilium quæ exponuntur copulatiuè requiratur veritas omnium exponētium, sequitur quòd si vna vnius: & alia alterius non possunt esse simul veræ: nec ipsæ exponibiles possunt esse simul veræ. Et si vna vnius & alia alterius possunt esse simul falsæ: exponibiles ipsæ possunt esse simul falsæ. Quo fit vt contradictoriæ talium exponibilium sint subcontrariæ. Sed contra hanc regulā est argumentum. Nam tunc sequeretur quòd vna propositio esset contraria sibi ipsi. s. omne ens præter creaturam est ens, omne ens præter creaturā est ens: quia secūda exponens vnius: s. omnis creatura est ens: & tertia alterius s. nulla creatura est ens, sunt contrariæ. Negatur consequētia. Intelligitur enim regula quòd tales exponentes sint contrarię secundum habitudinem qua sunt exponentes talium exponibilium. Modò si accipiantur in simili forma istæ exceptiuæ, omne ens præter creaturā est substantia, omne ens præter creaturā est substantia, secunda, & tertia exponens non participant in prędicatis. Quarta regula. Omnes propositiones, quæ cōuertuntur cum duabus cōtradictoriis sunt contradictoriæ, & quæ conuertuntur cum duabus contrariis sunt cōtrarię, & quæ conuertuntur cū duabus subcōtrariis sunt subcontrariæ. Regula est manifestissima. v. g. tantùm animal omnis homo est, non tantùm animal est homo, sunt contradictoriæ: quia primę æquiualet huic, omnis homo est animal: in quam conuertitur, & secunda æquiualet huic, homo nō est animal, quæ est contradictoria illius vniuersalis, in quam conuertitur sua contradictoria exclusiua.

Ex his sequitur primò quòd in exclusiuis, sicut in cęteris categoricis, potest cōstitui rotulus oppositionum. Exempli gratia. Ex his quatuor exclusiuis, tantùm animal est homo, tantùm animal nō est homo non tantùm animal est homo, non tantum animal non est homo, prima & secūda sunt contrariæ, tertia & quarta subcontrariæ: prima & tertia contradictorię: sicut secunda & quarta. Sequitur secundò propositiones immediatè exponibiles non compręhendi strictè sub regulis oppositionum categoricarum. Nam istæ propositiones, tantùm animal est homo, tantùm animal non est homo, sunt contrariæ in quibus tamen manet eadem particularitas subiecti in vtraq;. Et ratio est, quia non censentur quantùm ad hoc categoricè, sed hypotheticè, postquam immediatè resoluuntur in hypotheticas. Nota. vlt.

Latiùs extendimus istas regulas in priori editione. Sed labor erat & grauis & vanus.

Nec est necesse hic multiplicari argumenta: quia non possumus tāgere difficultatem nisi vel contra regulas oppositionum in generali, vel contra regulas exponendi, quę tamen superiùs satis examinatæ sunt.

Caput secundum.

O Secundū



Ecundum genus ex ponibilium est propositionum exceptiuarum. Propositio exceptiua est, quæ modificatur hoc syncategoremate, preter, & similibus. Atqui quatuor sunt genera exceptiuarũ. Primũ est purè affirmatiuarũ: vbi videlicet & verbũ affirmatur, & modus: vt, omne animal præter hominẽ est irrationale. Secũdũ purè negatiuarũ, vbi videlicet vtrũq; negatur, vt nõ omne animal præter hominem est irrõale. Tertiũ: earũ, quæ sunt affirmatiuę de modo, & negatiuę de verbo: vt omẽ animal pręter hominẽ non est rationale. Quartũ, earum quę sunt negatiuę de modo, et affirmatiuę de verbo, vt nõ omne animal præter hominẽ nõ est rationale. Propositio primi generis exponitur copulatiuè per tres exponentes: videlicet ꝑ præiacentẽ, & vniuersalem affirmatiuã: in qua affirmatur terminus à quo fit exceptio de parte excepta: & vniuersalem negatiuã, in qua negatur prædicatũ de eadẽ parte excepta: vt omne animal pręter hominẽ est irrationale, omne animal aliud ab homine est irrationale: & oĩs homo est animal, & nullus homo est irrationalis. Propositio exceptiua secũdi generis exponitur disiũctiuè, per contradictorias exponentium propositionis primi generis. Propositio exceptiua tertij generis exponitur copulatiuè, per præiacentẽ, & vniuersalem affirmatiuã: in qua ꝑdicatur terminus à quo fit exceptio de parte excepta: & vniuersalem itidẽ affirmatiuam in qua affirmatur prædicatũ de eadem parte excepta: vt omne animal præter hominẽ non est rationale omne animal aliud ab homine non est rationale: & omnis homo est animal: & omnis homo est rationalis. Propositio exceptiua quarti generis exponitur disiunctiuè per contradictorias exponentiũ propositionis tertij generis: quæ quatuor exponentium genera his dictionibus designantur, lauate, commoti, peccata, hysopo.

Lectio prima.

Inter exponibiles secundũ locum habent exceptiuę, vt suprà dictum est. Quarum expositiones traduntur in textu. Vbi primò notandum dictiones exceptiuas esse ly, præter, præterquã, excepto, & si quæ aliæ sunt huiusmodi, Particula, nisi licet sensum faciat conditionalem (valet enim perinde atque si non) habet tamen sensum vicinum exceptiuæ, vt cùm diximus, vix reperitur virtus nisi in cœlo, id est, præterquã in cœlo Et, vt notat Paulus Venetus, ly, nisi, non cõgruè excipit nisi à distributione negatiua, formali vel virtuali: vt nullus saluabitur nisi qui legitimè certauerit, vix reperitur aurum nisi in Indi: &c. Sed hoc ad Grammaticam pertinet examinare. Nota. 1.

Secundò notandũ quòd in propositione exceptiua quatuor sunt termini considerandi. s. terminus à quo fit exceptio: qui est ille quẽ sequitur dictio exceptiua: & pars rs extra capta, seu melius pars excepta: qui est accusatiuus, aliusve casus, qui ꝓximè sequitur dictionem exceptiuam: & prædicatum, in quo fit exceptio: & dictio ipsa exceptiua, per quam fit exceptio. Atqui, ad congruitatem exceptiuæ duę requiruntur conditiões. Prima ꝙ terminus exceptus sit quodam modo inferior ad terminũ à quo fit exceptio. i. ꝙ ex mõ eorum significãdi non repugnet quin termin⁹ à quo fit exceptio possit verificari de omnibus suppositis termini excepti, & de aliquibus aliis. Non enim cõ- Nota. 2. Quatuor termini exceptiui.

grue

grue excipitur nisi pars à toto. Inepte nãq; diceres, omnis homo præter animal, aut præter equum. Sed istæ admittendę sunt, omne animal præter album, omne album præter dulce &c. quanq̃ terminus exceptus non sit quidditatiuè inferior, sicut si diceres, omne animal præter hominẽ. Intelligitur hęc conditio, si dictio exceptiua accipiatur exceptiuè. Nam si accipiatur diminutiuè, id non requiritur: vt si dicas: decẽ homines exceptis duobus non faciũt populũ. Secunda conditiõ est ꝙ terminus à quo fit exceptio sumatur cum signo vniuersali, sibi distribuatur, siue non: vt omne animal præter hominem est irrationale, non omne animal præter hominem est irrationale. Neq; hę conditiones (vt quibusdã videtur) sunt censendæ voluntariæ. Nam fundãtur in regulis Grãmaticis.

Nota. 3. Extrema exceptiuę

*Tertiò notandũ est circa distinctio*nem extrẽmorũ exceptiuæ ꝙ aliqui putant subiectum exceptiuę esse totum cõplexum ex termino à quo fit exceptio & parte excepta, quod est subiectum primæ exponentis. Et secundum istos prima exponens esset præiacens exceptiuæ, Sed licet non adeò referat, postq̃ quæstio est de nomine, nihilominus verisimilius est subiectũ esse solũ terminum à quo fit exceptio. Primò, quia totum illud, animal præter hominem, non facit illic vnum congruum complexũ. Secundò, quia dictio exceptiua cum parte extrà capta est velut modus modificans totam exceptiuam, sicut ly, tantum: & ideò non efficitur pars subiecti. Et secundum hoc præiacens exceptiuæ, non est prima exponens, sed vniuersalis, quæ restat dempta dictione exceptiua, & patet extrà capta: vt pręiacens huius, omne animal præter hominem est irrationale: est hæc, omne animal est irrationale: sicut præiacens exclusiuæ est propositio, quæ restat dempto signo exclusiuo.

Sed hoc supposito dubium est, vtrũ subiectum exceptiuæ restringuatur à parte extrà capta, quantùm ad suppositionẽ: verbi gratia, vtrum subiectũ huius, omne animal præter hominem est irrationale, restringatur: vt solùm supponat pro animali alio ab homine. Sunt qui opinantur. Sed tamen nobis non est verisimile. Imò credimus ly, animal supponere vniuersaliter pro omni animali. Et ratio est: quia dictio exceptiua non denotat subiectum non supponere pro parte extra capta (imò quando dictio affirmatur, tunc in secunda exponente verificatur terminus à quo fit exceptio de parte extra capta (sed excipit suppositum talis termini à ratione prædicati: vt denotet prædicatum non conuenire illi.

*Quarto notandum, quòd non pos*sunt hic distingui ptopositiones de excepto extremo ab exceptis ita propriè sicut in exclusiuis. Nam vel propositio de excepto extremo cõuertitur cum exceptiua, vel est inepta. Exempli gratia. Sunt qui accipiãt hanc propositionẽ, omne animal pręter hominem est irrationale, tanquam de excepto subiecto: vt sit sensus, omne animal quod non est homo est irrationale. Et in eodem sensu debent concedere istam, omne animal præter hominem est substantia: quia non requiritur veritas tertiæ exponẽtis negatiuę: sed solùm quòd omne animal quod nõ est homò sit substantia. Sed certè huiusmodi propositiones non faciunt Latinè tales sensus. Nam hęc est significatio dictionis exceptiuæ, vt aliquod suppositum excipiat à subiecto, à quo remoueatur prædicatũ. Et ideò nullam fecimus mentionem in textu de propositionibus de excepto extremo.

Nota. 4. ppositio de excepto extremo.

*Quintò notandũ, quòd materia ex*ceptiuarum quatuor punctis absoluitur, sicut materia exclusiuarum: videlicet si sciamus quomodo exponanť, quomodo termini supponant, quomodo opponanť, & quomodo conuertanť. Quod ad primũ attinet, quatuor sunt in textu genera exceptiuarũ, sicut exclusiuarum. Nec sunt distinguenda octo genera, vt aliqui volunt. Dicunt enim hanc, omne animal non præter hominẽ est irrationale, esse in quinto genere, & contradictoriam eius in sexto: & hanc, omne animal non pręter hominem non est irrationale, in septimo: & contradictoriam eius in octauo. Nam ista genera pręterquã ꝙ propositiones sunt Barbaræ, sub aliis generibꝰ cõprehenduntť. Quintũ enim genus reduciť ad secundum, & septimum ad quartum. Vnũ tamen est hic adnotandũ: quòd negatio nominalis, sicut fronti copulatiuæ præposita non negat copulam hypotheticalẽ: ita nec apposita in principio exponibilis negat signũ exponibile, quod in hac parte censetur hypotheticũ: postquã exponitur hypotheticè. Quare hęc, nullum animal præter hominem est rationale, non est propositio secũdi generis, sed tertij, exponibilis copulatiuè.

Nota. 5.

Modi exponendi exceptiuarum Nota. 6.

perspicui sunt in textu nec indigent expositione. Non vsi sumus in prima exponente termino infinito, cum Modernis, sed relatiuo alietatis, cũ antiquis: quia melius sonat Latinè, animal aliud ab homine, quàm animal nõ homo. Et maximè: quia termini infiniti respectu copulæ de extrinseco tempore obscuritatem offendunt, vt videbimus inter arguendum, Aliquando tamẽ, causa breuitatis, vtemur termino infinito, & aliquando copula implicationis: vt, omne animal præter hominem, tripliciter exponamus, scilicet, omne animal aliud ab homine, omne animal nõ homo, omne animal quod nõ est homo. Item diximus, propositionem primi generis exponi per tres vniuersales: quia loquimur de illis, vbi pars excepta est terminus communis: Dictio enim exceptiua distribuit terminum rectum ab illa. Si verò pars excepta fuerit singularis, secũda & tertia exponentes debent esse singulares. Sed prima exponens semper debet esse vniuersalis, vel sumpta cum signo vniuersali. Sed quod attinet ad qualitatẽ: prima exponens vniuersaliter est eiusdem qualitatis cum exceptiua: & tertia oppositæ qualitatis. Secunda verò, in exceptiuis primi & tertij generis, vbi dictio exceptiua affirmatur, est affirmatiua: in secundo verò & quarto genere, vbi dictio exceptiua negatur, est negatiua.

Quantitas exponentium.

Qualitas.

Quantitas & qualitas harum exponentium continetur his quatuor dictionibus, lauate, commoti, peccata, hisopo. Prima videlicet denotat, exponentes primi generis esse duas vniuersales affirmatiuas & tertiã vniuersalem negatiuam. Secunda denotat, exponentes secundi generis esse contradictorias, scilicet, duas particulares negatiuas, & tertiam particularem affirmatiuam. Tertia verò denotat, exponentium tertij generis primam esse vniuersalem negatiuam, alias duas vniuersales affirmatiuas. Quarta denique significat, exponentium quarti generis contradictorio modo, primam esse particularem affirmatiuam, & alias duas particulares negatiuas.

Nota. 7. Supositionum regulæ.

Secundũ punctum exceptiuarũ est de suppositionibus terminorum exceptiuę. Vbi sit prima regula. Terminus à quo fit exceptio supponit secũdum exigentiam signorum, quæ feruntur in illum: vt in primo genere supponit distributiuè, & in secundo determinatè. At non licet ipsum per inductionem resoluere ante expositionem: tum propter incongruitatem, quę esset, verbi gratia, in hac, hoc animal præter hominẽ est irrationale: tum quia non valet descensus. Nam hæc est vera, omne animal præter hominem est irrationale, & quælibet singularis esset falsa: vbi sub ly, animal, demonstraretur brutum: vt patet per secundam exponentem, omnis homo est hoc animal.

Secunda regula. Pars excepta, si sit terminus communis distribuitur à dictione exceptiua si affirmatur: licet secundum Petrum Hisp. & antiquos supponat simpliciter: sed parum refert quòd supponat distributiuè. Cuius signum est, quia in secunda & tertia exponente distribuitur. Et licet ascendere purè copulatiuè sub illa in exceptiuis primi & tertij generis, non tamen licet descendere, eò quod argueretur, ex parte subiecti primarum exponentium: ab inferiori ad superius distributũ: vt patet in hac consequentia. Omne animal præter hominem est irrationale, ergo omne animal præter Petrũ est irrationale. Tertia. Suppositio prędicati nõ potest certo designari, nam in prima exponente non distribuitur, & in tertia distribuitur. Vnde sub illo non licet ascendere disiũctiuè: & per consequens non supponit determinatè. Non enim sequitur, omne animal præter hominem est hoc sensibile (demonstrando brutum) ergo omne animal prępter hominem est sensibile: nam casu quo nullũ aliud esset animal brutum nisi illud demonstratum, antecedens esset verum, & consequens falsum, nec valet sub illo descensus copulatiuus, & per consequens non supponit distributiuè. Non enim sequitur, omne animal præter hominem est irrationale: ergo omne animal præter hominem est hoc irrationale, rebus vt nunc.

Nota. 8. Oppositionum.

*Tertium punctũ positum est in con*stituẽdis oppositionibus, quę per ea quæ dicta sunt de exclusiuis, facilè cognoscuntur. Et regulę sunt ferè eædem. Contradictio enim in primis eodem modo cõstituitur, per propositionem negationis: propositiones secundi generis contradicunt propositionibus primi, & propositiones quarti contradicunt propositionibus tertij, Vnde sequitur sicut in exclusiuis quòd nullæ duæ exceptiuæ exponibiles ambæ copulatiuæ, aut ambæ disiunctiuæ sunt contradictorię: quia in primis manet eadem vniuersalitas. & in secundis eadem particularitas. Sed & pro aliis generibus oppositionũ seruit eadem regula, quæ

la, quæ in exclusiuis. Nempe, si sunt duæ exceptiuæ, quę ambę copulatiuè exponuntur & aliqua exponens vnius alicui alterius in veritate formaliter repugnat, & exponentes ambarum non repugnant in falsitate, sunt contrarię. v. g. Istę duę, omne animal præter hominem est irrationale, omne animal præter hominem non est irrationale, sunt contrariæ: quia primæ exponentes sunt contrariæ. Et contradictoriæ istarum sunt subcontrariæ. Imò vniuersaliter propositiones primi, & tertij generis contrariantur: & propositiones secundi & quarti subcontrariantur si constet ex eisdem terminis: nullo alio variato, præter qualitatem copulę: vt in his omne animal præter hominem est irrationale, omne animal præter hominem non est irrationale: Non omne animal præter hominem non est irrationale. Non omne animal præter hominem est irrationale.

Nota. 9. Regu. tres *Ex his, quæ dicta sunt subsequuntur* tres regulę, quas hic solēt adnotare Summulistæ. Prima omnis vniuersalis in parte vera & in parte falsa, potest reddi vera per exceptionem suppositorū pro quibus redditur falsa: vt, quia hęc, omne animal est irrationale, est vera pro brutis & falsa pro hominibus, efficitur vera hoc modo, omne animal præter hominem est irrationale: & hæc omne animal nō est rationale, efficitur hoc modo vera, omne animal præter hominem non est rationale. Vniuersalis in parte vera & in parte falsa, est illa, quæ sub termino distributo habet aliquas singulares veras, & aliquas falsas. Quare hæc, incipit omnis homo esse (casu quo nunc essent aliqui homines: qui nunc inciperent esse & aliqui non inciperent) non est in parte vera & in parte falsa. Imò est simpliciter falsa: quia non est resolubilis immediatè per illas singulares, sed p exponētes de ly, incipit. Neq; ista, omē animal fuit in arca Noe (subiecto incompletè distributo) est in parte vera & in parte falsa: sed simpliciter vera: quanquam habet aliquas singulares falsas: quia non resoluitur copulatiuè per illas. Sed esset in parte vera & in parte falsa, si aliqua species esset de qua nullum animal fuisset in arca Noe.

Et eadem ratione, Vterque homo loquitur (duobus hominibus loquentibus & cæteris tacentibus) non est in parte vera & in parte falsa, imò simpliciter vera. Et esset tamen in parte vera & in parte falsa: si solùm essent duo homines, quorum alter loqueretur & alter taceret. Sed tunc non posset reddi vera per exceptionem: quia non est vera per tot supposita, quod requiruntur secundum restrictionē de ly, vterq;, puta pro duobus. Secunda regula est conuertens primæ. scilicet, Omnis exceptiua copulatiuè exponibilis repugnat suæ præiacenti. Vt istæ formaliter repugnant in quibuscunque terminis, omne animal præter hominem est irrationale, omne animal est irrationale: quia ex præiacente & secunda exponente sequitur contradictoria, seu contraria tertiæ, hoc modo. Omne animal est irrationale, omnis homo est animal, ergo omnis homo est irrationalis: in barbara: & eodē modo repugnāt istæ, omne animal non est rationale, omne animal præter hominem non est rationale.

Nam sequitur benè, omne animal non est rationale, omnis homo est animal, ergò nullus homo est rationalis: in celarent. Vnde, si aliquando committeretur defectus, arguendo à præiacente cum secunda exponente, ad cōtrariam tertię, non esset necessarium præiacentem repugnare exceptiuæ, Vt hæ non repugnant, vtrunq; animal est irrationale & vtrunque animal præter hominem est irrationale: nec hę, quasi omne animal perfectum est quadrupes & quasi omne animal perfectum præter hominem est quadrupes.

Tertia regula. Omnis exceptiua primi generis infert duas subcontrarias, in quibus subiicitur terminus à quo fit exexceptio, & prędicatur prędicatum exceptiuę, vt formaliter sequitur, omne, animal præter hominem est irrationale, ergo aliquod animal est irrationale: & aliquod animal non est irrationale. Nam affirmatiua sequitur ex prima exponente: ab inferiori ad superius non distributum affirmatiuè: & negatiua sequitur ex secunda & tertia exponētibus: vt nullus homo est irrationalis, omnis homo est animal: ergo aliquod animal non est irrationale: in felapton. Sed ex exceptiua tertij generis non sequuntur subcontrariæ: quia non sequit negatiua, scilicet, omne animal prędter hominem non est rationale: ergo aliquod animal non est rationale. Nam si nullum esset animal nisi solus Petrus: antecedens esset verum, & consequens falsum.

Lectio secunda.

His præhabitis loci arguendi in exceptiuis sunt tres. Primus, ab exceptiua cuiuscunq; generis ad exponentes, & è conuerso Nota. I. Loci. argu

uerso, est mutua & formalis consequentia.

Secunda, ab exceptiua primi & tertij generis, quæ exponuntur copulatiuè, ad quamlibet eius exponentium est bona consequentia: sed non è conuerso. Tertius, in exceptiuis secundi & quarti generis, quæ exponuntur disiunctiuè, à qualibet exponentium ad exceptiuam, est bona consequētia: sed non è conuerso.

At verò contra huiusmodi regu- las primò arguitur. Non sequitur, omne instans, præter hoc præsens fuit: ergo omne instans aliud ab hoc præsenti fuit: & arguitur per secundam regulam: ergo ille locus non tenet. minor est nota. Et probatur maior. Nam exceptiua manifesta est. Et quòd illa prima exponēs sit falsa, patet: quia aliud instans ab hoc, pro nullo supponit. Requiritur enim aliud instans fuisse simulcum hoc vt fuerit ad aliud ab hoc. Propter hoc argumentum exponunt Summulistæ per terminum infinitum, & non per relatiuum: quia videlicet instans præteritum fuit, non hoc præsens, & tamen non fuit aliud ab hoc præsenti. Sed re vera gratis negant quòd instās præteritum non fuerit aliud ab hoc. Non enim requiritur aliud instans fuisse simul cum hoc, vt fuerit aliud ab hoc: quando copula est de extrinseco tempore, sed satis est quòd vnum sit vel fuerit, & aliud sit vel fuerit, & vnum non fuerit aliud.

Argu.1.

Argu.

Secundò arguitur. Non sequitur omne animal præter album non fuit nigrū ergo omne animal aliud ab albo nō fuit nigrum: & tamen arguitur per secundam regulam: ergo ille locus non tenet. Minor est nota. Et probatur maior. Nam casu quo inter animalia solùm fuerint Petrus & Paulus quorum Petrus fuerit albus & niger successiuè. sed Paulus nec albus nec niger, exceptiua est vera, vt notū est: quia illa vniuersalis, omne animal non fuit nigrum, est vera pro Paulo & falsa pro Petro: ergo excipiēdo Petrum, qui fuit albus & niger, reperitur vera Sed ꝙ exponens illa sit falsa, arguitur. Nam subiectum distributum videtur supponere pro Petro, qui in aliquo tēpore non fuit albus: de quo tamen non negatur prædicatū.

Nota.3.

Circa hoc argumentum est notan- da hæc regula, pars excepta excipitur secundum exigētiam ampliationis copulæ vnde ad argumētum negatur maior: imò optimè sequitur: & illa exponēs est vera, sicut exceptiua, nec subiectum supponit, pro Petro. Nam negatio inclusa in relatiuo negat ablatiuum secūdum totam ampliationem: ita vt tantum valeat aliud ab albo (ante ly, fuit) sicut aliquid quod nec est, nec fuit album. Et hoc perspicaciùs fit per relatiuū quàm per terminum infinitum. Nam si diceres, omne animal non album non fuit nigrum, obscurum esset an ly, non album supponeret tūc pro Petro, qui in aliquo instanti fuit non album: vel deberet negatio infinitare totā ampliationem, quod non consonat Aristoteli concedenti, non cytharizantē possibile est cytharizare. Et forsan in his ampliationibus perspicacior est prima exponens per copulam implicationis, scilicet, omne animal quod nec est nec fuit album, non fuit nigrū Et ita in exponibilib⁹ primi generis. Aequa ratione prima exponens huius, omne ens præter creans possibiliter est creatura, non est hæc in rigore, omne ens non creans, possibiliter est creatura. Nā ens non creans, supponit pro Deo, mediante ly, possibiliter, saltem secundū Aristotelem, vt modò dicebamus. Sed est hæc, omne ens quod nō potest esse creans possibiliter est creatura, vel aliud à creante quod idem est: nam negatio inclusa in ly, aliud, negat totam ampliationem, vt patet in tertia exponēte ipsius. Et prima exponēs huius, omne ens præter creans necessariò est, debet esse hæc, omne ens quod nō pōt esse creans necessariò est. Itaq; in vniuersum obseruet ampliatio illi⁹ partis exceptę.

Nota.4.

Atqui quod de parte excepta di- ctum est in prima exponente, obseruādum etiam est in secundā de termino à quo fit exceptio: vt videlicet eodē modo amplietur sicut in exponibili. Quare nō sequitur, omne ens præter creaturā fuit: ergo omnis creatura fuit ens. Nam in primo instāti mundi exponibilis fuit vera, & exponentes falsæ. Sed hæc est secūda exponēs: omnis creatura est vel fuit ens. Sed cōtra hoc est argumentum De inesse illius exceptiuæ nunquā fuit vera, ante primū instans esse mundi: ergo illa exceptiua in illo instanti non erat vera. probatur antecedens: quia secūda exponēs huius de inesse, omne ens pręter creaturam est ante creationē mūdi erat falsa. Respōdet ꝙ hmōi exponibiles nō sunt immediatè ꝓbādę ꝑ de inesse, sed ꝑ exponētes, vt patet in casu argumēti. Et eadē ratione hæc omne ens præter creaturā necessario est, est necessaria & tamen de inesse illius non est necessaria. Imò ante creationem mūdi erat falsa, vt pa

tet per

tet per secundam exponentem. Et pari ratione hæc, omne ens preter substātiam contingenter est. a. nō debet immediatè resolui ratione de ly: cōtingēter, sed ratione de ly, preter. Nam si ly. a. valeat tantū sicut Deus vel accidēs, exceptiua est vera, & istæ falsę, omne ens pręter substātiā possibiliter est. a. & omne ens pręter substantiā possibiliter non est. a. quę sunt exponētes de ly, contingēter.

Argu. 3. *Tertiò & principaliter arguitur:* Non sequitur, omē ens aliud à creatura possibiliter est & omis creatura possibiliter est ens, & omnis creatura possibiliter nō est: ergo omne ens pręter creaturan possibiliter est: & tamen arguitur ab exponentibus ad exponibilē, ergo. Antecedens probat. Nam exponentes manifestè sunt veræ. Et quòd exponibilis sit falsa: constat: nam aliàs præiacēs, omne ens possibiliter est: staret simul in veritate cum exceptiua: contra secūdam regulam suprà positam. Hic est notanda alia regula circa tertiam exponentem, videlicet, Tertia exponens debet dari per contradictoriam copulam ad copulam ipsius exceptiuę, Et ratio est, quia dictio exceptiua includit negationem cadentem in verbum principale. Vnde ad argumentum negatur minor: sed tertia exponens deber esse hæc, nulla creatura possibiliter est: eadem ratione tertia exponēs huius, omne ens præter creaturam possibiliter non est est hæc: omnis creatura necessariò est. Et tertia exponens huius, Omne ens præter creaturam necessariò est: est hæc, omnis creatura possibiliter non est. Hinc fit, has propositiones, omne ens præter creaturā necessario est ens, omne ens præter creaturam possibiliter est ens, non esse subalternas. Imò prima est vera. & secunda falsa. Et eàdem ratione, nec istæ subalternantur, omne ens, præter creaturā impossibiliter est creatura, omne ens præter creaturam possibiliter non est creatura: vt patet si vtrobique consideres tertias exponentes. Sed quæris an saltem istæ sint contrariæ, omne ens præter creaturam necessariò est ens, omne ens præter creaturam possibiliter est ens: nam videtur quod sint contrariæ per regulam suprà positam: quia secunda exponens primæ, scilicet, omnis creatura possibiliter est ens, est cōtraria tertiæ exponenti secundæ, scilicet, nulla creatura possibiliter est ens, & exponuntur copulatiuè. Respondetur quòd non sunt contrariæ, imò sunt impertinētes. Nec dictę exponentes cōtrariantur secundum habitudinem qua sunt exponentes, vt est intelligenda regula supra posita. Nam si accipias has in simili forma, omne ens pręter creaturam necessario est substantia, omne ens præter creaturam possibiliter est substantia: secunda & tertia exponentes non participant in prædicatis. Sed de his satis.

Vltimò arguitur: Non sequitur, omne animal aliud ab homine rationale nō est, & omnis homo est animal: & omnis homo est rationalis, ergo omne animal præter hominem rationale non est: tamen arguitur ab exponentibus ad exponibilem: ergo locus arguendi nullus. Maior probatur: quia exponentes sunt manifeste veræ. Et quòd exponibilis sit falsa, patet: nam aliàs præiacens staret simul cum exceptiua in veritate contra secūdam regulam supra positam. Ad argumentum negatur minor: nam tertia exponens debet dari contradictorio modo ad primam: non solùm quo ad copulam: sed quo ad suppositionē prædicati. Quare tertia exponēs debet esse hęc, omnis homo omne rationale est, quę est falsa sicut exceptiua. Ar. 4. & vl.

Caput tertium.

TErtiū genus exponibilium est propositionum reduplicatiuarum. Propositio reduplicatiua est: q modificatur hoc syncategoremate, in quantum & similibus. Et accipiuntur huiusmodi dictiones dupliciter, scilicet, specificatiuè: & reduplicatiuè. Specificatiuè, vt cognosco Coruscum inquantum venientem, color inquantum color est obiectum visus. Reduplicatiuè, quando denotāt causam. Et tunc constituuntur quatuor genera propositionum. Primum est Simpliciter affirmatiuarum vbi & verbum affirmatur, & modus: vt,

omnis homo inquantum rationalis est risibilis. Secundum est simpliciter negatiuarum vbi vtrunq; negatur: vt non omnis homo inquantũ rationalis est risibilis. Tertiũ est propositionũ quæ sunt affirmatiuę de modo & negatiuæ de verbo: vt omĩs homo inquãtùm rõnalis non est hinnibilis. Quartum est propositionũ, quæ sunt negatiuæ de modo: & affirmatiuę de verbo: vt nõ omnis homo inquantũ rationalis nõ est hinnibilis. Propositio primi generis exponitur copulatiuè per quatuor exponẽtes. s. per preiacentẽ & per affirmatiuã: vbi terminus reduplicatus affirmatur de subiecto exponibilis: & affirmatiuã in qua affirmatur p̃dicatũ de eodẽ termino reduplicato: & per causalẽ vbi exprimitur ratio cõnexionis p̃dicati ad subiectũ, verbi gratia, omĩs homo inquãtũ rationalis est risibilis, omnis homo est risibilis: & omnis homo est rationalis, & omne rationale est risibile: & quia aliquid est rationale ipsum est risibile. Propositio secũdi generis exponitur disiunctiuè: per quatuor exponẽtes cõtradictorias exponẽtium primi generis. Propositio tertij generis exponitur copulatiuè: per quatuor exponẽtes, scilicet, per prȩiacentẽ: et secundam affirmatiuã in qua affirmatur terminus reduplicatus de subiecto exponibilis: & tertiã vniuersalẽ negatiuam: in qua negatur prędicatũ de eodẽ termino reduplicato: et quartam causalẽ vbi exprimitur ratio remotionis prædicati á subiecto. v. g. omnis homo inquantũ rationalis non est hinnibilis, sic exponitur: omnis homo non est hinnibilis, & omnis homo est rationalis, & nullũ rationale est hinnibile, & si aliquid est rationale, ipsum non est hinnibile. Propositio quarti generis exponitur disiunctiuè per quatuor exponentes contradictorias exponentium tertij generis.

Lectio prima.

Inter propositiones ratione aduerbij, aut expositionis exponibiles, vltimum locum tenent reduplicatiuæ, quippe quę quatuor propositionibus exponũtur. Quod quidẽ genus exponibilium cęteris omnibus scientiis plurimũ subscribit. Et in textu duo fiunt. Primũ declarat quid est propositio reduplicatiua, & quod modis accipiatur dictio reduplicatiua. Vbi notãdum dictiones reduplicatiuas esse ly, inquantũ, secundum quod, prout, & si quę sunt aliȩ id gen⁹. Et accipiunt dupliciter. s. specificatiuè & reduplicatiuè. Et fortè est alius modus diuersus, vt accipiant diminutiuè, saltem ly, secundũ. Specificatiuè accipiuntur adhuc dupliciter: vno modo vt specificãt conceptum alio modo, vt specificant formam seu rationem. Primo modo accipiuntur tales dictiones quando modificant actum animi interiorem: vt cognosco coruscum inquantùm venientẽ, denotat, ꝙ cognosco coruscũ per illũ conceptũ veniẽs, & nõ per aliũ. Quanq̃ etiã hic quodammodo specificet rationem, seu formam obiecti. Denotatur enim quòd de corusco nihil aliud cognosco nisi ꝙ est veniens: & nõ cognosco, an sit coruscus, vel lepus: vel aliquid aliud. Et hic, ly, homo, significat Petrũ inquantũ hominẽ, denotatur ꝙ ly, homo, de Petro nihil significat nisi rationem cõmunem per illum cõceptum homo Et, hic, Deus odit hominẽ inquãtũ peccatorem, denotatur ꝙ nihil aliud odit Deus de homine, nisi peccatum. Et notato ꝙ istæ dictiones specificãtes nõ sunt necessariæ, nisi quum virtute appellationis termini nõ exprimitur illa ratio. v. g. cùm dico, cognosco venientem, non opùs est addere, inquãtum venientem: quia ly, cognosco, appelat illum cõceptum. Sed si dico, cognosco coruscum & non cognosco illum per illum conceptũ coruscus: sed per illum veniens: opus est addere inquantum veniẽtem. Quando vero istæ

Nota. I. Dictio reduplicatiua.

istæ dictiones non modificāt actum animi interiorem, tunc specificant solùm formam vel rationem rei, vt color inquantum color est obiectum visus, ens inquantum ens est subiectum metaphy. &c.

No. 1. Diminutiuæ. *Dixerim dictiones has, saltem ly, secundum*, accipi tertio modo diminutiuè: quia in hac, Aethiops est albus secundū dētes, nō propriè accipitur reduplicatiuè, cum præiacēs. s. Aethiops est albus, nō fit simpliciter vera, quod requiritur ad veritatē reduplicatiuæ: & eadē ratione, nec accipitur propriè specificatiuè: quia non specificatur forma cōnexionis prædicati ad subiectum, sed accipitur diminutiuè: quia denotat prędicatum, albus, non conuenire simpliciter subiecto, sed secundū quid. id est, secundum partem. Est em̄ pulchra regula. D. sancti. 3. p. q. 16. ar. 8. videlicet, Ea quæ indifferenter cōuenire possunt toti vel parti, si cōueniant soli parti, nō attribuimus simpliciter toti: vt nō dicimus ꝙ Aethiops est albus absolutè: sed albus secundū dētes, ea tamen quæ solū possunt conuenire toti ratione partis attribuimus absolutè toti: concedimus enim absolutè. Petrus est crispus: quia non dubitamus quin hoc insit solū ratione capitis. Et ideò non cōcedit illic. s. Tho. absolutè hanc, Christus est creatura: quia pōt dubitari an hoc conueniat Christo simpliciter vt dicebant Arriani, an solum ratione humanitatis vt di cunt fideles. Et hęc, Christus secundū humanitatem est creatura, ab omnibus indubiè conceditur si ly, secundum, accipiatur diminutiuè, Et negat statim ar. 9. ꝙ Christus incepit esse, quia aliqui possent dubitare incepisse secundum omnem eius naturam, vt dicebat Arrius. Sed solùm incepit, secundum humanitatem: vt concedit Augustin. super Ioannem.

Not. 2. Quatuor termini reduplicatiuæ. *In secunda parte textus traditur* expositio huiusmodi dictionum, quādo accipiuntur reduplicatiuè: & nota in propositione reduplicatiua quatuor terminos. Qui sunt, dictio reduplicatiua, terminus reduplicatus, subiectum & prædicatū: verbi gratia in hac, omnis homo inquantum rationalis est risibilis, ly, inquantum, est dictio reduplicatiua, & ly, rationalis, est terminus reduplicatus, & ly, risibilis, est prædicatum, & ly, homo, subiectū. Nam, sicuti diximus de dictione exceptiua, etiam ly, inquantum, non efficitur pars subiecti, sed modificat cum termino reduplicato totam propositionem faciēs illam exponibilem. Quare pręiacēs est illa, omnis homo est risibilis.

His terminis cognitis, perspicui sunt modi exponendi, qui traduntur in textu, secūdum quatuor genera propositionū exponibiliū. Vbi nihilominus aliqua sunt notāda. Primum, ꝙ vniuersalis & particularis constituuntur sub eodem genere: vt homo inquantū rationalis est risibilis: est propositio primi generis, & proportionabiliter in cæteris. Et ideò nō diximus, primam aut secundam exponentes debere esse vniuersales aut particulares, sed primam debere esse præiacentem, & secundam vnam affirmatiuam siue vniuersales sint, siue particulares. Tertia verò debet esse vniuersalis: quia ly, inquantum distribuit terminum reduplicatum. Et quia nec primæ duæ exponētes, nec quarta seruant certam quātitatem, non adnotauimus illas certis diffinitionibus. Not. 3.

Sed quia dictum est, quartā expo nentem esse causalem, sciēdum est quòd secundum antiquos vt meminit. s. Tho. 1. q. de malo. argu. 2. dictio reduplicatiua quādoq; dicit causam prædicati, quandoq; solā concomitātiam inter terminum reduplicatum & prædicatum: verbi gratia in his, homo inquantū rationalis est risibilis, homo inquātum materialis est corruptibilis, ly, inquantum, dicit causam: sed in hac, homo inquantum albus habet albedinem, ly, inquantum non dicit causam: quia esse album non est causa habēdi albedinem: sed denotatur illic concomitantia, quia terminus reduplicatus & prædicatum se concomitant in subiecto, Vnde, quando ly, inquantū, dicit solùm comitantiam, vltima exponēs non debet esse causalis, sed conditionalis: vt si aliquid est album illud habet albedinem: sed tamē frequenter non sunt in vsu huiusmodi reduplicatiuę, nisi in sensu causali. Atqui quādo ille modus, inquantū, dicit causam potest importare omne genus causæ, nēpe aut materialis: vt, homo inquātum corpus est alterabilis: aut formalis, vt homo inquantū habet albedinem est albus: aut efficientis, vt ignis inquantum calidus calefacit: aut finalis, vt, homo inquantum viuit comedit. Not. 4.

Sed est secundò notandū circa eandē vltimā exponētē, ꝙ moderni nolunt pro subiecto antecedētis vti termino trāscēdēte, Not. 5.

O 5 sed

sed ipsomet termino reduplicato: vt quarta exponens huius, omnis homo inquantũ rationalis est risibilis, sit hæc; quia rationale est rationale ipsum est risibile. Et ratio istorum est, quia aliàs (inquiunt) nõ esset consequẽtia formalis ab exponentibus ad exponibilem: saltem si fieret expositio cõditionaliter. V.g. hæc cõsequẽtia nõ esset formalis, si aliquid est rationale ipsum est albũ (cum cęteris exponentibus) ergo omnis homo inquantũ rationalis est albus. Nam cum ly, aliquid, nullum habet synonymũ terminũ in exponibili, licet loco illius ponere ly, lapis, & tunc hæc cõsequentia esset similis formę, omnis homo est albus, omnis homo est rationalis, & omne rationale est albũ: & si lapis est rationalis lapis est albus: ergo omnis homo inquantũ rationalis est albus: quæ nihil valet (vt dicũt) nam casu quo omnis homo sit albus, tres primæ exponẽtes sunt manifestè veræ: & quarta itidem, quia est cõditionalis, cuius antecedẽs est impossibile: & tamen reduplicatiua est falsa pro quarta exponente, scilicet, Si homo est rationalis homo est albus: quę est mala consequentia. At verò, isti gratis negant cõmunem & verum modum exponendi, Est enim sciendum ꝙ dictio reduplicatiua dicit generalẽ causam connexionis prædicati ad subiectum: ita vt cuicunq; cõueniat ratio termini reduplicati, cõuenit proinde prædicatũ, & ideò quarta exponens debet dari per terminum transcendentẽ, scilicet, quia aliquid est rationale ipsum est risibile. Et eodem modo si sit conditionalis. Tametsi si possit dari per subiectum ipsius reduplicatiuæ. s. quia homo est rationalis, ipse est risibilis. Sed tunc solum exprimitur particularis causa connexionis prædicati in hoc determinato subiecto. Vnde ad rationem illorum respondetur primò ꝙ nõ requiritur, ab exponentibus ad exponibilem esse consequentiã formalem: sed satis est teneat in materia. Et secũdò dicimus ꝙ etiam expositio per terminũ trãscendentem est formalis. Et illa consequẽtia quæ adducitur in simili forma est optima: & sicut reduplicatiua est falsa, ita & quarta exponens. s. Si lapis est rationalis, ipse est albus: nam est mala consequẽtia, cùm non teneat per locum intrinsecum.

Dubitatio. *At, dubium est, an possit proposi-*
Not. 7. tio reduplicatiua sufficiẽter exponi per pauciores, quàm quatuor exponentes. Respon-
Cõclusio. 1 detur per tres cõclusiones. Prima est, Quarta exponens est necessaria: quia illa est quæ explicat naturã reduplicatiuę. Et casu quo omnis homo esset albus, tres exponentes reduplicatiuæ, omnis homo inquantũ rationalis est albus, essent veræ & tamen reduplicatiua esset falsa, defectu quartæ exponẽtis. Secũda conclusio. Secunda exponens itidẽ est necessaria, nam eodẽ casu hæc exponibilis est falsa, omnis homo inquantũ niger est coloratus, defectu secũdæ exponẽtis, & aliæ tres exponentes sunt veræ. Tertia cõclusio. Prima & tertia exponentes nõ sunt necessariæ: quia includuntur in aliis duabus, & ex illis inferũtur. Quòd prima inferatur ex tertia & secunda manifestũ est, in hac reduplicatiua, omnis homo inquantũ rationalis est risibilis. Sequitur enim formaliter, omne rationale est risibile, & omnis homo est rationalis: ergo omnis hõ est risibilis: in barbara. Et si accipias reduplicatiuam tertij generis, ex tertia & secunda infers primam in celarent. Et tertia itidem infertur ex. ij. & . iiij. Sequitur enim in quibuscũq; terminis. Quia aliquid est rationale ipsum est risibile, & aliquid est rationale (quod sequitur ex secunda exponẽte) ergo omne rationale est risibile. Imò ex sola quarta exponente sequitur tertia. Qui ad veritatem huius causalis, quia aliquid est rationale ipsum est risibile, requiritur veritas antecedentis & cõsequentis. s. ꝙ aliquid sit rationale, & omne rationale sit risibile. Si ergo secũda & quarta exponentes inferũt tertiã: & secunda & tertia inferunt primã, sit de primo ad vltimum, vt secunda & quarta solę sufficiant. Imò verò si pro subiecto antecedentis in quarta exponente acciperemus subiectũ ipsius reduplicatiuæ sola quarta exponens infert omnes alias, & reduplicatiua conuerteretur cũ sola quarta exponente. Hæ nanq; æquipollent, omnis homo inquantũ rationalis est risibilis, & quia homo est rationalis ipse est risibilis, vt quisq; potest practicare. Vnde satis esset exponere per vnicam exponentẽ, aut saltem per secundã & quartã, nisi quia Petrus Hispanus & omnes summulistæ exponunt per quatuor vt expositio sit extẽsior & perspicacior. Sed arguunt aliqui contra hoc ad probandũ ꝙ tertia exponens sit necessariò nec sequatur ex secunda & quarta. Nam hę reduplicatiuæ sunt falsæ, Deus inquãtũ ens est Deus, omnis homo inquãtũ animal possibiliter est risibilis: defectu tertiæ exponentis, & tamẽ si illa nõ exprimeretur, essent veræ: quia aliæ tres exponẽtes sunt verę, saltẽ si vltima

vltima detur conditionaliter. s. si aliquid est ens; illud est Deus: si aliquid possibiliter est animal, ipsum possibiliter est, risibile: quia sunt conditionales in quibus consequens est necessarium. Sed nos respondemus ꝙ illæ reduplicatiuę sunt falsæ, non solùm ratione tertiæ, sed ratione quartæ exponentis: nã illæ conditionales sunt falsæ, cùm non teneant per locum intrinsecum.

Not. 8. Suppositio. *Circa suppositiones terminorum* reduplicatiuæ notandum, subiectum supponere secundum exigẽtiam signorum, sicut in cæteris categoricis. Sed tamen terminus reduplicatus, non omnino distribuitur sicut pars excepta distribuitur à ly, præter. Cuius signum est primum quòd non distribuitur in ambabus exponentibus in quibus ponitur, sed solũ in tertia. Item nec valet iste descensus, omnis homo inquantum rationalis est risibilis: ergo omnis homo inquantum hoc rationale est risibilis. Item nec supponit purè particulariter: quia non valet ascensus disiunctiuus, scilicet, Petrus inquãtum habet formã in hac materia est hoc indiuiduũ: ergo Petrus inquantum habet formam in materia est hoc indiuiduum. Quare nõ absurdè diceretur, quòd terminus reduplicat⁹ supponit simpliciter. At verò prædicatum reduplicatiuæ supponit cõfusè tantum, sicut supponit in prima exponente.

Not. 9. Oppositio. *Circa oppositiones reduplicatiuarum* nihil est particulariter considerãdum. Sed opponuntur sicut cæteræ categoricæ, dummodò ad cõtradictionem obseruetur, quòd dictio reduplicatiua si affirmatur in vna negetur in altera. Et ad contrarietatem obseruetur ꝙ vel dictio in vtraq; affirmetur, vel saltem in vna. Nam si in vtraq; negaretur, maneret eadem particularitas, cùm dictio negata exponatur disiunctiuè. Et ad subcontrarietatem obseruetur quòd dictio vel vtrobiq; negetur. vel saltem in vna, aliàs maneret vniuersalitas. Vnde propositio primi generis & propositio tertij cõtrariantur, si fuerint vniuersales: & propositio secundi generis cõtradicit propositioni primi generis, & subalternatur propositioni tertij generis: propositio verò quarti generis contradicit propositioni tertij generis, & subalternatur propositioni primi generis: vt patet in hac hac figura.

Omnis homo in quantũ rationalis est risibilis.	Omnis homo in quãtum rationalis nõ est risibilis.
Non omnis homo inquantum rationalis nõ est risibilis.	Non omnis homo inquantum rationalis est risibilis.

His adnotatis, loci arguendi in huiusmodi exponibilibus, sicut in cæteris sunt tres. Primus, à reduplicatiua cuiuscũq; generis ad eius exponẽtes, & èconuerso, est bona & mutua consequentia. Secundus. A reduplicatiua primi & tertij generis quę exponuntur copulatiuè ad quamlibet exponentium est bona cõsequẽtia, sed non èconuerso. Tertius. In reduplicatiuis secundi, & quarti generis, quæ exponuntur disiunctiuè à qualibet exponentium ad exponibilẽ est bona consequentia. Not. 10. Loci arguendi.

Lectio secunda.

In hoc genere exponibilium po- Argu. 1. tissima essent dubia in materia incarnationis & Trinitatis, nisi captum excederet sum mulistarum. Arguitur ergo faciliùs: Non sequitur, Deus inquantùm Deus contingenter creat ergo Deus contingenter est Deus: & arguitur ab exponibili ad secundam exponentem: ergo secundus locus arguendi nullus. Quòd si dicas ꝙ in secunda exponẽte terminus reduplicatus debet præcedere copula sicut in exponibili, aliàs variatur appellatio de ly, contingenter, supra terminũ reduplicatũ, adhuc non sequitur, si inferas, Deus, Deus cõtingẽter est. Adhoc respondetur, sicut in cæteris exponibilibus diximus: ꝙ termini in exponẽtibus debent ampliari sicut in exponibili. Et quia termini præcedentes ly, contingenter, stant pro possibili, secunda exponẽs debet esset hęc, Deus possibiliter est Deus. Quare istæ quatuor, Deus in quantum Deus possibiliter est creans, cõtingenter est creans: necessariò est substantia, impossibiliter est creatura, eandem habent secundam exponentem.

Secundò arguitur: non sequitur, Argu. 2. omnis homo in quãtũ creatura possibiliter non est, ergo omnis hõ necessariò est creatura:

tura,& tamē arguitur per regulam,ergo regula nulla. Probatur minor quia postquā secunda exponēs est oppositæ qualitatis ad
Not. 1. primam,debet dari per contradictoriam copulam:vt dictum est in exceptiuis, & exclusiuis. Sed ꝙ cōsequētia nō valeat probatur: quia exponibilis est vera, vt notū est:nam omnis creatura:eò quòd creatura potest nō esse:& exponens est falsa, si termini supponant accidentaliter.

Ad hoc respondetur concedendo illā consequētiam nō valere. Non enim est eadem ratio in hac parte reduplicatiuarū & exceptiuarū & exclusiuarū. Nam si in illis requirebatur exponentes oppositæ qualitatis dari per contradictorias copulas,eò erat, ꝙ ly,tantùm, & ly præter includit negationes,quæ ferūtur in copulas,& reddunt sensus contradictorios.Sed ly,in quantum,nullam includit negationem. Sed si cōtingit secundam exponētem nō esse eiusdem qualitatis cum prima, est quia prima insequitur qualitatem copulæ principalis, & secunda qualitatem dictionis reduplicatiuæ. Quare secunda exponēs dictæ exclusiuę est,omnis homo possibiliter est creatura, vbi termini eodem modo ampliantur sicut in exponibili.Idem cēsendum est de quantitate terminorum,vt non dentur secundùm exigentiā contradictionis.Vt si dicas,omnis homo & equus in quantum animalia, nō sunt lapides.Partes subiecti eodem modo debēt supponere in prima & in secunda exponēte. s. omnis homo & equus non sunt lapides, & omnis homo & equus sunt animal.

Argu. 3. *Tertiò arguitur, non sequitur, Petrus* inquantum albus erit coloratus, ergo quia Petrus est vel erit albus Petrus erit coloratus:& arguitur ab exponibili ad quartā exponentem:ergo modus arguendi nullus. Maior est nota:quia exponibilis est vera, casu quo Petrus erit albus:& exponens est falsa quia est mala cōsequētia: nam stat quòd Petrus sit vel erit albus & tamen non erit coloratus: vt si modò sit albus, & post hoc nō erit.Sed ꝙ arguatur ab exponibili ad exponentem,probatur:nam ly, albus in exponibili stat pro illo,quod est vel erit: & eodem modo accipitur in antecedente quartæ exponentis.

Ad argumentum cōcessa maiore negatur illam esse quartam exponētem.sed est hęc:quia Petrus erit albus Petrus erit coloratꝰ:& ratio est, quia dictio reduplicatiua denotat concomitantiā inter terminū reduplicatum & prędicatū,vt suprà diximus.Et ideò antecedēs & consequens vltimæ exponentis debent dari per eādem copulam:nisi diuersæ sint copulæ in ipsa exponibili: vt si dicas,Petrus inquantū est albus erit coloratus,cuius vltima exponens est, quia Petrus est albus erit coloratus,quę est falsa.Ex hoc sequitur ꝙ quarta exponēs huius, Deus inquantum Deus necessariò est substētia, est hæc, quia Deus necessariò est Deus,Deꝰ necessariò est substantia. Et quarta exponens huius, Deus inquantum Deus cōtingenter creat,in rigore debet esse,hæc,quia Deus cōtingenter est Deus, Deus contingēter creat. Verum est tamen ꝙ in huiusmodi propositionibus aures sunt cōsulēdę:nam aliquando faciunt sensum acsi sint diuersæ copulæ termini reduplicati & prædicati. Vt sensus huius,Deus inquātum Deus contingenter creat,est acsi diceres, Deꝰ inquātū est Deus cōtingenter creat. Quare secunda exponēs erit hæc,Deus est Deus:& quarta hæc, quia Deus est Deus,Deus contingenter creat.Et pari modo hæc,Deus inquantum Deus necessariò est,videtur facere hūc sensum,Deus est Deus,& q̃a Deus est Deus,necessariò est.

Caput quartum.



Vartum signum exponibile est verbū, differt. Cuius duo sunt genera propositionū: primū affirmatiuū,vt substātia differt ab accidēte:& alterū negatiuū, vt substantia non differt ab accidēte.Propositio primi generis exponitur copulatiuè per duas affirmatiuas denotantes consistentiā extremorū:& tertiā negatiuā in qua alterū negatur de altero:vt substātia differt ab accidente, sic exponitur,substātia est, & omne accidēs est,& substantia non est accidens.Propositio secūdi gn̄is exponitur disiunctiuè, cōtradictorio modo.

Lectio

Lectio vnica.

Not. 1. Post propositiones, quæ sunt exponibiles ratione aduerbij aut præpositionis, sequuntur quarto loco propositiones exponibiles ratione verbi. Et primò exponibiles ratione de ly, differt, quæ pauciores habent exponentes quàm ly, incipit. Atqui in huiusmodi exponibilibus nō distinguntur nisi tātùm duo genera. Et ratio est, quia idem est signū exponibile & verbum propositionis. Quare si verbum affirmatur, propositio est simpliciter affirmatiua: & si negātur, simpliciter negatiua. Cuius expositiones perspicuæ sunt in textu. Vbi notādum ꝙ prima exponēs: vt dictū est in reduplicatiuis, modò est vniuersalis, modò particularis secundū quantitatem subiecti. Sed secunda debet esse vniuersalis, si ablatiuus rectus à ly, differt, fuerit terminus communis: quia ly, differt, cùm includat negationem, distribuit talem ablatiuū. At verò si ambo extrema differentiæ præcedāt verbū, tunc etiam secunda exponens potest esse particularis: vt si dicas, substantia & accidēs differunt. Ex modo exponendi negatiuas, sequitur has esse veras, cœlum non differt à chimæra, Antichristus nō differt ab homine sanctissimo, in quibus alterum extremū non supponit: iuxta modum loquendi Aristo. 10. metaphysices, non enti nihil est idem aut diuersum.

Not. 2. *Secundò notandum, ꝙ quando additur* verbo, differt, aliquis modus differentiæ, tunc ille debet proportionabiliter poni in omnibus exponentibus, vt hō differt genere à lapide, sic exponitur, homo est alicuius generis: & lapis alicui⁹ generis, & homo non est eiusdem generis cuius est lapis: & intelligitur de immediato genere. Et hæc, hō differt specie ab equo proportionabiliter. Et hoc intelligitur quando determinatio illa denotat illud in quo differunt. Nam aliquando denotat illud per quod vnū differt ab alio: quod videlicet est ei peculiare: vt si diceres, homo ratiōe differt à bruto, tūc illa determinatio non debet addi alteri extremo: sed illa propositio resoluitur per hanc, homo differt à bruto, quia habet rationem, quam non habet brutum. Ex quo sequitur huiusmodi determinationes non distribui: quia ly, differt, non fertur in illas. Nec licet descendere sub illis. Non enim sequitur, Petrus differt specie à brunello, ergo differt hac specie: siue humanam, siue equinā demonstres: nam si demonstres equinam prima exponens est falsa, scilicet, Petrus est huius speciei: & si humanam, secunda est falsa: quare non absurdè diceretur quòd supponūt simpliciter.

*Tertiò notandum quòd propositio*nes de ly, differt, non omnes sunt immediatè exponibiles. Not. 3. Vnde propositio immediatè exponibilis est, vbi ly differt, est verbum principale, vel participium eius ponitur à parte prędicati, sine aliquo signo quod feratur in totū: vt Petrus differt à Paulo, Petrus est differēs à Paulo. Et istę sunt de modo loquendi consueto. Et tunc dicitur ly, differt capi syncategorematicè: & exponibiliter. Sed aliæ sunt propositiones in quibus capitur categorematicè: vt quando participium ponitur à parte subiecti, vel ponitur à parte prædicati: cum aliquo signo quod feratur in totum: vt aliquod differēs ab homine est equus, Deus omne differens à creatura est. Et sunt probandæ immediatè per resolutionem sub toto: vt hoc differens ab homine est equus, demonstrando equum: Deus hoc differens à creatura est, demōstrando ipsum Deum. Et illæ singulares sunt probādæ per suppositionem extremorū sicut cæteræ categoricæ. Sed ad cognoscendum an ly, differens à creatura, supponat pro Deo, recurrendum est tandem ad expositionem de ly, differt. Sed potest prima conuerti immediatè in propositionem consuetam, vt in hanc, equus est differens ab homine: nam illæ inconsuetæ essent potiùs tanquàm barbaræ, à scholis relegādæ. Sed si illas admiseris, tunc hæc exclusiua, tantū differēs à Deo est creatura, est immediatè exponibilis ratione de ly, tantùm. Ex his sequitur hanc propositionem esse veram, Petrus est differens ab animali quod nō differt ab equo (si relatiuum referat ablatiuum) nam tantum valet, sicut Petrus differt ab equo: sed est falsa si relatiuum referat ly, differens, vt patet per copulatiuam ad quam reducitur, scilicet, Petrus est differēs ab animali, & illud differens, scilicet Petrus, non differt ad equo.

*Quartò notandū, quòd in huiusmo*di expositionibus de differt, extēdimus verbum, differt, vt conuertatur cum ly, diuersum aut quomodocūq; distinctū: nam iuxta modū loquēdi philosophorū, quē docet Arist. v. metaph. tex. xv. & li. x. tex. xj. latiùs exten- Not. 4.

extenditur diuersum, quàm differens. Nam diuersa dicuntur, quæcunq; quomodocũq; distincta, quanq̃ in nullo conueniant. Imò quæ in nullo cõueniũt, sunt primò diuersa, cùm diuersum, & idem contrariè opponantur. At verò differẽtia non dicũtur nisi illa, quæ conueniunt in aliquo genere, vt homo differt ab equo: vnde rationale quod cõtrahit animal ad esse hominis dicitur differentia hominis. Quare Deus & creatura & decẽ prędicamenta inter se magis sunt diuersa, q̃ differentia. Item in diuinis pater est alia persona à filio distincta, & tamen propriè non est differens: quia illic non est genus nec differentia. Sed hęc nõ pertinẽt ad terministas.

Not. 5. *Quintò notandum ly, aliud, eodem* modo exponi, sicut ly, differt: vt animal est aliud à lapide, hoc vno obseruato, ꝙ in neutro genere denotat distinctionẽ essentiæ, in masculino verò distinctionẽ tantũ suppositorum. Quare cõfitentibus nobis ꝙ pater in diuinis, est alius à filio, negandum est ꝙ sit aliud à filio. Ex quo sequitur hoc sophisma esse verũ, cœlũ est aliud q̃ terra & nihil aliud q̃ terra. Nam cœlum est aliud ab illa re, quæ est terra & nihil aliud q̃ terra.

Not. 6. *At circa suppositiones terminorum* huiusmodi exponibilium nihil est notandũ. Nam termini pręcedentes verbũ supponunt secundũ exigentiã signorũ, sicut in cæteris categoricis ablatiuus rectus à verbo affirmato distribuitur. Et possunt huiusmodi propositiones etiam vbi verbũ est immediatè exponibile, immediatè resolui per singulares, si extrema sunt termini communes Vt in hac, omnis homo differt ab equo, potest fieri ascensus immediatè, aut sub ly, homo, aut sub ly, equo. Sed in hac, homo differt ab animali, non valet ascensus copulatiuus sub ly, animali ante resolutionem subiecti supponentis determinatè: aliàs argueretur à pluribus determinatis ad vnicã, & rebus vt nunc, antecedens esset verum & cõsequens falsum. At tutius & perspicatius est exponere tales propositiones ratione verbi quàm ascendere, aut descẽdere sub illo ablatiuo, & maximè in propositionibus de extrinseco tẽpore aut modalibus vt statim videbimus. Atqui sunt nõnullæ propositiões in quibus subiectũ videtur supponere simpliciter saltem ex bonitate intelligẽtis. Vt si dicas, homo est aliud ab equo, differt inter bonum & malum. Videtur enim sensus, nõ quòd iste homo vel ille differat ab equo, vel hoc bonum ab illo malo: sed quòd species hominis differt ab equo, & genus boni à genere mali.

Circa oppositiones nihil singulare notandũ est pręter regulas aliarum categoricarũ. Nec potest hic cõstitui rotulus, sicut in superioribus exponibilibus, ratiõe signi exponibilis: sed solùm ratione signorũ quãtificantium, sicut in cæteris categoricis. Vt omnis homo differt ab equo, omnis homo nõ differt ab equo: aliquis homo differt ab equo, aliquis homo non differt ab equo. Not. 7.

*Loci arguendi in huiusmodi expo*nibilibus queadmodũ in cæteris, sunt tres. Primus, ab exponibili ad exponẽtes, & ecõuerso est mutua cõsequentia, Secundus, Ab exponibili affirmatiua ad quamlibet exponentium est bona cõsequẽtia: sed nõ ẽ conuerso. Tertius, A qualibet exponẽtiũ exponibilis negatiuæ ad exponentem est bona consequentia sed non ẽ conuerso. Not. 8.

*Contra modum exponendi in pri*mis arguitur ꝙ non sit formalis ab exponibili ad exponentes. s. Petrus differt à Paulo, ergo Petrus est, Paulus est. &c. quia hæc est similis formę, Petrus differt à Paulo: ergo Petrus disputat & Paulus disputat. Vnde, vt sit cõsequentia formalis, dicunt in exponentibus, Petrus est Petrus, & Paulus est Paulus. Sed iam sæpè diximus nõ esse necesse expositionẽ esse cõsequentiam formalẽ. Sed satis est ꝙ quacunq; exponibili data, illo modo bene exponatur. Et ideò nõ est relinquendus modus antiquus & clarus exponendi. Præsertim quia sano modo intelligẽdo etiã ille est formalis. Nec alia cõsequentia assumpta est similis formę. Quia, vt sępè diximus, in similitudine formę debet obseruari habitudo quę exprimitur in tali materia. Vnde, quia duæ exponentes de ly, differt, debent denotare consistẽtiam extremorum quod fit per ly, est, secũdum adiacens, idẽ verbum debet obseruari in similitudine formæ. Argu. 1.

*Secundò arguitur: nõ sequitur ho*minis equus est, & omne animal est, & hominis equus non est animal: ergò hominis equus differt ab animali: nã si aliqui homines habeant equos & aliqui nõ, exponẽtes sunt veræ, & exponibilis falsa & tamẽ arguitur per primã regulã, ergo illa est nulla. Respondetur negando minorẽ. Imò priùs debet resolui ly, homines, supponens determinatè in ordine ad ly, differt, quàm exponatur, & Argu. 2.

tur, &

tur, & tertia exponēs debet dari per relatiuum identitatis, scilicet, & eiusdem hominis equus nō est animal. Eadem rōne nō sequitur, admissa fictiōe de ly, a, homo est, & omne animal est, &. a. homo non est animal, ergo homo differt ab animali, quia in tertia exponente non negatur prædicatum de aliquo determinato supposito vnde arguitur à confusa ad determinatam.

Argu. 3. *Tertiò principaliter arguitur: non* sequitur, Petrus erit & Paulus erit, & Petrus nō erit Paulus, ergo Petrus differet à Paulo. Nam si Petrus & Paulus erunt in diuersis temporibus, exponentes sunt veræ, & exponibilis falsa: quia (vt dicunt) in illa, quæ differunt debent esse in eodē tēpore. Et tamen arguitur per primā regulā. Communis opinio est, ꝙ in his verbis de extrinseco tempore debet in exponentibus exprimi cōsistentia extremorū pro eodē simul instanti: vt dicatur, Petrus in aliquo instanti erit & Paulus erit in eodē. &c. Et ratio est quia si sufficeret extrema fore in diuersis temporibus, illa exponibilis de futuro esset vera: quæ tamen nunq̄ post hac haberet de inesse verā. nam si Petrus & Paulus nunq̄ posthac erūt simul, nunquàm hęc erit vera, Petrus differt à Paulo, Et ita dicit Paulus Venetus. 21. argumēto primi dubij. Ex quo infert, nō valere descēsum immediatū sub termino distributo à ly, differt, ad omnia supposita pro quibus supponit. Vt nō sequit̄, Petrus differet ab albo: ergo Petrus differet ab hoc albo & differt ab hoc albo, &c. Nam si cras erit Petrus niger cum alio homine albo, & postea mortuo Petro fiāt multa alia alba, exponibilis est vera & singulares falsę, in quibus demonstrarentur alba, quæ nō erunt simul cū Petro. Quare nō licet descendere, nisi ad alba quæ erūt simul cū Petro. Et in eodē casu nō sequitur Petrus differet ab albo, ergo Petrus ab omni albo futuro differet: quia arguitur à ly, albo, distributo dependenter à determinatione verbi stāte determinatè ad ipsum absolutè distributū. Sed licet hæc sit cōmunis opinio, & forsan vera in rigore loquēdo, nihilominus in his propositionibus aures sunt consulendæ. Et aliquādo non accipiuntur in tanto rigore. Nam certè concedimus, quòd Moyses fuit alius ab Adam, licet non fuerint simul. Nec requiritur quòd de præsenti fuerit vera, sed requiritur quòd vnus fuerit, & alius fuerit, & vnus nō fuerit albus: Et ita inter exponendum exceptiuas diximus hanc esse veram, omne instās aliud ab hoc præsenti fuit, vbi subiectū supponit pro omni instanti præterito: licet non fuerit simul cum hoc præsente. Sed adhuc arguitur. Ad minus dicta propositio, Petrus differet ab albo, est falsa, casu quo cras sit Petrus niger simul cū aliis albis & postea sit albus. Nam tertia exponēs est falsa, scilicet, Petrus non erit albus. Et tamen sua de inesse cras erit vera, ergo modus exponendi nō est bonus. Respondetur ꝙ tutius est has propositiones prius reducere ad suas de inesse: vel si exponātur, non debet in tertia exponente negari totū tempus futurū, quia determinatio copulæ stat virtualiter determinatè pro aliquo instāte. Quare tertia exponēs debet esse hæc, Petrus in aliquo instanti non erit albus.

Quartò principaliter arguitur: cō sequitur, Petrus possibiliter differt ab albo, ergo Petrus possibiliter est, & omne album possibiliter est, & Petrus impossibiliter est albus, Nam antecedens est verum, vt patet per possibilitatem suæ de inesse, & tertia exponens est impossibilis, & tamen arguitur per primum locum: nam tertia exponens postquàm est oppositæ qualitatis ad primā debet dari per cōtradictoriam copulam. Ad hoc argumētum sunt qui concedāt dictam exponibilē esse impossibilem, propter tertiam exponentem quam dicunt constituendam esse per contradictoriam copulam ad primam, vt dictum est in exclusiuis & exceptiuis. Sed re vera in primis videtur non cōsonare auribus peritorum, quòd Petrus differat ab albo, & tamē impossibiliter differat ab albo. Et præterea est cōtra rationem dialecticam. Nam ratio quare tertia exponens in exclusiuis & exceptiuis debet dari per cōtradictoriam copulam, est quia virtus negationis inclusa in signo exponibili fert̄ in copulā principalem. At negatio verbi differet, nunq̄ fertur in modū copulæ, cùm modus semper præcedat. Imò & si diceres, Petrus differt possibiliter à Paulo, modus, q̄ ad sensum, pręcedit verbū. Vnde manifestū est, tertiā exponētem nō debere dari per copulam cōtradictoriam: sed si esset immediatè exponibilis deberet esse hæc, Petrus possibiliter non est albus. At verò huiusmodi modales nō sunt immediatè exponibiles, sed potiùs regulādę per suas de inesse: quia sensus illarū nō pōt exprimi per exponētes: aliàs hæc esset vera, Petrus possibiliter differt à Petro, quàm Argu. 4.

quam nullus sapiens cōcederet: quia Petrus possibiliter non est Petrus. Quanq̄ possunt exponi immediatè in sensu cōposito, vt possibile est Petrum esse: & simul omne album esse, & Petrum nō esse album, & hæc, Petrus contingenter differt ab albo, pari modo sic, contingens est Petrum esse. &c. Propositio verò de modo vniuersali optimè potest exponi p̄ modales diuisas: vt, Deus necessariò differt à creatura, sic: Deus necessario est & omnis creatura, quæ necessariò est, creatura necessariò est, & Deus necessariò nō est creatura. Additur illa reduplicatio in secūda exponēte, vt seruetur restrictio quam habebat ablatiuus in exponibili. Ex dictis sequitur in huiusmodi modalibus de possibili & contingenti nō valere immediatè copulatiuum descensum sub ablatiuo, scilicet, Petrus possibiliter differt ab albo, ergo Petrus possibiliter differt ab hoc albo, & differt ab hoc albo. &c. Nam singularis vbi demonstratur ipsemet Petrus est impossibilis, vt patet per suam de inesse ad quam immediatè debet reduci antequàm exponatur ratione de ly, differt: nam hæc est impossibilis, quæ est sua de inesse, Petrus differt ab hoc albo, ostēso eodem Petro.

Arg. 5. *Quintò arguitur, non sequitur* materia & forma differunt à Petro, ergo materia & forma nō sunt Petrus, & tamen arguitur ab exponibili primi generis ad tertiam exponentem, ergo secūdus locus arguendi nullus. Minor est nota. Et probatur maior nam exponens est falsa, supposito ꝙ totum sit suę partes. Et ꝙ exponibilis sit vera arguitur: Materia & forma sunt differens à Petro & differens à Petro: ergo sunt differentes à Petro, per resolutionē termini pluralis numeri. Ad argumentū concessa minori negatur maior. Imò optimè arguitur & sicut exponens est falsa, ita & exponibilis. Nec valet illa consequentia, materia, & forma sunt differens à Petro & differēs à Petro, ergo sunt differētes à Petro: seu differēs à Petro. Nam negatio inclusa in ly, differunt, fertur, vnica acceptiōe in terminū pluralis numeri, vt sit sensus ꝙ materia & forma simul sumpta nō sunt Petrus. Et in illo copulato exprimitur pluribus acceptionibus, videlicet, ꝙ materia nō est Petrus, & forma nō est Petrus. Nec resoluitur per hoc copulatū, materia & forma sunt differens & differens à Petro: vt vnicus ablatiuus determinet totū copulatū. Nam adhuc singulæ partes illius copulati videntur supponere, & per consequēs totum: cum tamen terminis pluralis numeri nō supponat. Quare dictus terminus pluralis numeri nō potest cōmodè resolui per aliquid copulatū. Vnde nō tenet hic illa regula suprapposita libro primo: videlicet, ꝙ terminus pluralis numeri in quo fertur negatio explicita resoluitur per copulatū, in quod fertur negatio vnica acceptione: vt nō vidētes tantū valet sicut nō videns & videns. Sed si negatio non sit explicita, sed implicita, in termino plurali, tunc singulæ partes copulati singulas implicant negationes: vt ly, cęci, tantū valet sicut cæcus. Est inquā hic in ly, differt instantia huius secundi membri: quia negatio hic dicit ordinem ad vnum tertium & erit instantia similiter, vt videbimus in comparatiuis. Eadem ratione non sequitur, hæ materiæ & hæ formæ differunt specie, & hæ materiæ & hæ formæ sunt Petus & Paulus, ergo Petrus & Paulus differūt specie. Nam in antecedēte denotatur ꝙ materiæ differūt specie à formis, & in consequente ꝙ Petrus differt specie à Paulo. Quare variatur extrema cōparationis, siue differentiæ. Et est notanda differentia inter has, Petrus & Paulus differunt à se, & Petrus & Paulus differunt inter se. In prima denotatur ꝙ differunt à se ipsis, in secūda ꝙ alter differt ab altero. Quare prima est falsa & secunda est vera.

Caput quintum.



QVintum genus exponibiliū constituūt verba hęc, incipit, et desinit. Quarū duo sunt genera, nempe, affirmatiuarum: vt angelus incipit esse & angelus desinit esse: negatiuarū, vt angelus nō incipit esse, angelus nō desinit esse. Propositio de incipit, primi generis rei, quæ simul tota producitur exponitur copulatiuè per affirmationē de presenti & negationē de præterito. Propositio verò rei, quæ producitur successiuè exponitur per negationē de præsenti: et positionem

ne de futuro: vt, angelus incipit esse, angelus nūc est: & nō immediate antehac fuit: motus incipit esse, motus nunc non est: & immediatè posthac erit. Propositio de desinit rei, quę tota simul finitur: exponitur copulatiuè per positionē de pręsenti & negationē de futuro. Propositio vero rei quę corrumpitur successiuè: exponitur per negationem de pręsenti & positionem de preterito: vt, angelus desinit esse, angelus nunc est: & non immediatè posthac erit: motus nunc non est, & immediatè antehac fuit. Propositio negatiua de incipit, aut de desinit, exponitur disiunctiuè: contradictorio modo q̄ sua affirmatiua.

Lectio prima.

Not. 1. *INter verba exponibilia secundum* locum habet, incipit, & desinit. Vbi meminisse in primis opus est ex libro secūdo, verbum, incipit ampliare ad id, quod est vel immediatè post hoc erit tam terminos praecedentes quam sequentes: & ly desinit, ad id quod est vel immediatè ante hoc fuit, nisi quando participium horum verborū situatur categorematicè à parte subiecti: vt aliquod incipiens esse est homo, vbi nullus terminus ampliatur,

Not. 2. *Secundo notandū est, q̄ in huiusmodi* exponibilibus, vt dictū est de verbo differt, duo tantū genera propositionum distinguntur, & ratio est quia signū ipsum exponibile est copula propositionis. Vnde si illud affirmatur, propositio est simpliciter affirmatiua: & si negatur, simpliciter negatiua. Sed percōtaris, nōne haec, Petrus incipit nō esse iustus, vbi ly incipit, affirmatur, & ly esse, negatur, constituit tertium genus? Nequaq̄, quia ly esse, nō est copula principalis atq; adeò ly incipit nō idem est quod desinit, & eodē modo ampliat, & aequa ratione ly desinit, non idem est quod incipit, aequiualent enim, Petrus incipit non esse iustus, Petrus desinit esse iustus: easdemq; sortiuntur exponentes: sicut, Petrus desinit nō esse iustus. Petrus incipit esse iustus.

Duo tātùm genera.

Not. 3. *Tertio notandum est, q̄ quatuor* sunt instantia, videlicet, primū instans esse vt puta, in quo res est, & nō immediatè ante illud fuit: & primum non esse, in quo res nō est, & immediatè ante illud fuit vltimū esse videlicet, in quo res est, & non immediatè post illud erit vltimū nō esse, in quo res non est & immediatè post illud erit, Quo fit, vt idē instās possit esse & primū & vltimū esse eiusdē rei vt si Deus faceret aliquid, quod solùm duraret per instās, & pari ratione idem potest esse instans primum & vltimum nō esse: vt si Deus faceret rem aliquam per solū instans cessare. Repugnat tamen vt idem instans simul sit, & primum esse, & primū nō esse, aut certe primum esse, & vltimum nō esse, sicut repugnat quòd idem sit vltimum esse & vltimum non esse. Nam infertur statim, eandem rem simul esse & non esse.

Quatuor instātia.

Not. 4. *Quarto notandum, q̄ aliquę sunt* res, quarū esse totū simul acquirit, sicut angelus, anima & instās: & istę incipiūt per primum sui esse, & desinūt per vltimū sui esse. Aliae verò sunt res, quarū esse acquiritur successiuè: vt motus & illa quae per motū acquiruntur, & hę incipiūt esse per vltimū nō esse & desinūt esse per primū nō esse, Solent igitur Sūmulistę exponere quālibet propositionē de incipit, disiūctiuè, per duas copulatiuas: puta per primū instās esse, vel vltimū nō esse. Sed meli⁹ est distinguere, sicut facit Petrus. Hisp. tracta. septimo, vt nulla exponatur nisi per vnū instās secundū exigētiā rei quę incipit esse. Et pariter propositiò de desinit. At verò, quia Summulistis nō cōuenit scire quae res quomodo incipiāt, aut desināt esse, licebit quādoq; exponere disiunctiuè, per ambo instantia, videlicet, Petrus incipit esse: ergò nūc est & nō immediatè antehac fuit vel nunc nō, est, & immediatè posthac erit: vt cōsequētia teneat in oibus terminis.

Dupliciter res incipienti.

Not. 5. *Quinto notandū, est q̄ dialectici* vtuntur hoc aduerbio, immediatè, pro hoc quod est proximè. i. sine medio, quamuis in hac significatione nō est adeò latinū, Vnde quotuplex est ordo tot modis accipitur. Dicit enim aut propinquitatē loci, vt sol immediatus est Marti: aut immediationē dignitatis, vt post archiepiscopum immediatus est episcopus: & multis alijs modis accipit. Sed in praesentia accipitur vt dicit ordinē tēporis. Et tantum valet immediatè, sicut antē

Immediatè.

P quodli-

quodlibet instãs futurum, vel post quodlibet præteritũ, quod latinè dicitur, statim. Et constituit quatuor genera exponibiliũ vt Petrus immediatè posthac erit alb⁹. Petrus nõ immediatè posthac erit albus: Petrus immediatè posthac nõ erit alb⁹, Petrus nõ immediatè posthac nõ erit albus. Et pariter in propositionibus de præterito: Quarum prima dicitur purè affirmatiua, & secũda purè negatiua: & tertia affirmatiua de modo & negatiua de verbo: quarta vero negatiua de modo & affirmatiua de verbo. Vnde propositio primi generis facit hũc sensum. Petrus ante quodlibet instans futurũ erit albus: & secunda facit sensum contradictoriũ. & tertia facit hũc sensum, Petrus ante quodlibet instans futurũ non erit albus: & quarta sensum cõtradictoriũ & proportionabiliter in his de præterito, Petrus immediatè antehac fuit albus. i. post quodlibet instãs præteritũ fuit albus: & ita in aliis. Et quicquid sit de instanti, perspicatiores erunt propositiones istæ si loquamur de illo ad modũ realiũ ac si sit quoddã indiuisibile continuatiuũ partiũ temporis. Et vtimur tribus instãtibus. s. initiatiuo, continuatiuo, & terminatiuo. Instãs enĩ initiatiuũ horę, est instãs horę quod nulla pars horę præcessit & terminatiuum. quod nulla pars horæ subsequitur, & continuatiuum quod alia pars præcessit, & alia subsequitur. Quare duo instantia non possunt esse immediata, sed inter quæcũq; duo mediat tempus continens infinita instãtia infinitarum partium.

Instans triplex.

Not. 6. Suppositio.

Et est sextò notandũ circa suppositiones terminorũ harũ exponibiliũ de, incipit, aut immediatè, ꝙ termini præcedẽtes signũ exponibile supponũt secundũ exigẽtiã signorũ: suntq; prius resoluendi per suas singulares, vt pspicatior fiat expositio: imò si fuerint connotatiui sunt etiã resoluẽdi vt infrà videbimus. Sed termini sequentes supponũt cõfuse tantũ disiunctim, si nullo alio signo modificentur: vel supponunt immobiliter, quod idẽ est, ita vt nõ liceat ipsos resoluere antequàm signũ exponatur: alij dicunt quòd supponunt simpliciter. Vt hæc, omnis homo incipit esse alb⁹, prius est reducenda ad suas singulares, sed hæc, incipit homo esse albus, prius est exponenda, & pariter hæc, immediatè post hoc homo erit albus. Imò & hæc, incipit omnis homo esse albus, exponenda est immediatè. s. nunc non omnis homo est albus, & immediatè post hoc omnis homo erit albus. Quare sub termino sequenti ly incipit, non licet descendere, nec arguere ab inferiori, ad superius: vt non sequitur. Incipit esse instans futurum: ergò incipit esse hoc instans futurum. Nec sequitur, Petrus incipit esse albus, ergo incipit esse coloratus: & Christus incipit esse homo, ergo incipit esse.

Not. 7. Oppositio.

Vltimo tandem notandum circa oppositiones, quòd quando subiectum præcedit omnino constituendus est rotulus, sicut in cæteris categoricis, ex parte quantitatis subiecti: vt omnis homo incipit esse albus, omnis homo non incipit esse albus: aliquis homo incipit esse albus, aliquis homo non incipit esse albus. Et pariter in propositionibus de, immediatè. Sed est obseruandum ꝙ si in altera contradictoriarũ ly incipit, affirmatur, in altera negetur: aliàs maneret eadẽ vniuersalitas, postquã hæc signa affirmata exponũtur copulatiuè. Et si in altera negat, in altera debet affirmari, aliàs manebit eadẽ particularitas. Secundò debet obseruari ꝙ termini qui sequuntur in vna etiam sequantur in altera, & qui præcedunt præcedãt: sicut diximus in superiori libro de ly requiritur, & alijs signis specialibus confusionis. Quare istæ nõ contradicunt, incipit esse instans futurũ, nullum instans futurũ incipit esse: imò ambæ sunt veræ, vt patet si affirmatiua immediatè exponat, & negatiua resoluatur in singulares, & subiectum negatiuæ pro nullo supponit: quia non deberet supponere nisi pro instanti futuro immediatè post hoc, & nullum est tale: cùm nõ possint esse duo instantia immediata. Et per hęc notabilia clarent modi exponendi propositiones de, incipit, qui sunt in textu.

Not. vlt. Loci arguen.

Loci arguendi in huiusmodi exponibilibus sunt tres, sicut in cæteris. Primus ab exponibili ad exponentes, & è conuerso est mutua cõsequẽtia. Secundus ab exponibili copulatiuè ad quamlibet exponentẽ est bona consequentia, sed non ẽ conuerso. Tertius quãdo exponibilis exponitur disiunctiuè à qualibet exponentium ad exponibilẽ, est bona consequentia, sed non è conuerso.

Lectio secunda.

Argu. 1.

AT vero, vt hæc nonnullis argumentis lucidiora fiãt, primò arguunt ꝙ expositio de ly immediatè, non sit bona. s. Petrus immediatè posthac erit alb⁹, ergo ante

quodli-

quodlibet instãs futurũ posthac erit albus: nam si loco de ly instans, ponas hominem, cõsequentia est similis formę & nihil valet: nam si plures homines incipiãt esse albi, antecedens est verũ, & tamen cõsequens est falsum ꝙ nullus homo erit albus ante aliũ. Sed ad hoc iam sępe diximus nõ oportere huiusmodi expositiones esse cõsequentias formales. Sed satis est quæcunq; talis exponibilis cõuertatur cum illis exponentibus. Et præsertim, quia si sano modo intelligatur cõsequentia formalis, etiã illæ cõsequentiæ sunt formales. Nec est alia similis formæ, vbi nõ seruatur habitudo illa quæ exprimitur per regulas exponẽdi huiusmodi exponibiles: nempe cum ly instãs futurum, explicet ampliationem de ly immediatè post hoc, debet proinde obseruari in simili forma.

Argu. 2. *Sed arguitur secundò, ꝙ nec expositio* sit materialis. Non sequitur, Petrus immediatè post hoc erit albus, ergo Petrus ante quodlibet instans futurũ post hoc erit albus. Nam si Petrus, qui modò est albus non cesset esse albus, & tamẽ Deus corrũpat miraculosè omne tempus & instans, antecedẽs esset verũ & cõsequens falsum. Propter hoc argumentũ relinquunt moderni expositionem datam, quæ est Pauli Veneti & omniũ antiquorum. Et exponũt propositionẽ de, immediatè, per præiacentẽ & vniuersalẽ negatiuã de ly. quin. s. Petrus post hoc erit albus, & nullũ erit instãs post hoc quin inter illud & hoc erit alb⁹. Et in casu posito negatiua est vera: quia nõ ponit aliquod instans fore. Sed isti, pręterquã quòd faciũt exponẽtes obscuriores ipsa exponibili, præbẽt causam sexcentis quisquilijs inextricabilibus. Et ideo non est relinquenda expositio antiqua & clara. Nam primũ omniũ exponuntur propositiões seruato ordine naturali rerum. Et maximè quòd est intelligẽdum instans futurũ ad bonum sensum. i. verum vel imaginariũ, ac si Deus nõ impediret fluxũ instantiũ, cui tamẽ expositio per negatiuã apparuerit magis lucida, vtatur illa: nã sunt ambę ęquipollẽtes. Atqui replicatur adhuc Non sequitur, Petrus ante quodlibet instãs futurũ erit, ergo Petrus immediatè post hoc erit (demonstrato hoc vero instanti præsenti quod fluit) nam eo lapso, hora sequenti, antecedẽs est verũ, & cõsequẽs falsum, quia ly hoc, tunc non superponet in cõsequente. Nec sequitur è contrario, Petrus immediatè post hoc erit, ergò Petrus ante quodlibet instans futurũ erit. Nam si per ly, hoc, demonstraueris instãs crastinæ diei: in quo Petrus incipiat esse & ante illud nõ sit: antecedens est verũ & cõsequens falsum: quia nõ erit Petrus ante quodlibet instans quod modò est futurũ. Respondetur ꝙ quãdo signatur singulariter instans in exponibili de immediatè, debet illud repeti in exponente. s. Petrus immediatè post hoc erit: ergo ante quodlibet instans futurum post hoc erit: vt ly post hoc determinet participiũ futurũ. Sic in prima cõsequentia lapso instanti, antecedẽs est falsum, sicut cõsequens. Et in secunda consequens est verum, sicut antecedens. At verò in exponentibus de, incipit, non est necesse, vt ly hoc demonstret singulariter instans, vt statim videbimus.

*Tertio arguitur: non sequitur, Pe*trus immediatè post hoc nõ erit albus, ergò Petrus ante quodlibet instans futurũ, post hoc nõ erit albus, & tamen arguitur ab exponibili ad exponentẽ, ergo expositio nulla. Probatur antecedẽs. Casu quo hora futura diuisa per partes proportionales, minoribus terminatis versus hoc instãs, in partibus paribus Petrus sit albus, & imparibus niger, exponens est falsa, vt notũ est: & tamen exponibilis videtur vera, nam ante quodlibet instãs futurũ erit instans, in quo Petrus nõ erit albus. Circa hoc argumentũ notant Summulistæ, has dictiones, ante, post, inter, &c. posse accipi & aduerbialiter, vt includãt tẽpus vel instãs: & prępositionaliter, vt nihil tale includant. Et cõsequenter concludũt in casu argumenti illam exponibilẽ negatiuã esse verã: si ly post accipiatur aduerbialiter: nam ęquiualet huic, Petrus immediatè post hoc in aliquo instãti nõ erit albus. Sed si accipiatur præpositionaliter, dicta exponibilis est falsa: nam facit sensum ꝙ simpliciter nõ erit albus: saltẽ per aliquã particulã temporis immediatã huic instanti. Sed tamẽ nõ video quomodo præpositiones istæ accipiãtur tanq̃ aduerbia cũ sint præpositiões. Nec si acciperẽtur tanq̃ aduerbia, video quomodo includant instans: cùm sint purè syncategoremata. Sed si subintelligenda est illa determinatio, in aliquo instãti, potiùs includitur in verbo, q̃ in præpositione. Et ideo quãdo verbũ negatur, vt in dicta propositione, omne tempus futurum negatur: saltem particula tẽporis, quæ erit immediatè post hoc. Quod addiderim: nam non repugnat quòd Petrus desinat esse iustus per vltimum esse, Argu. 3.

& tamen post diem iterũ cõuertatur & fiat: iustus. Quare secunda exponẽs de ly desinit nõ includit ꝙ nunquã post hoc erit iustus sed ꝙ immediatè post hoc nõ erit iustus. Vnde in casu argumenti in rigore illa negatiua est falsa: si verò cõcedatur, tũc sequitur, has propositiones, Petrus immediatè post hoc erit albus, Petrus immediatè post hoc non erit albus, nõ esse contrarias: imò sunt simul veræ: quia manet eadem particularitas in vtaq;, cùm tamen sint contrariæ in rigore. Nihilominus in eodẽ casu, quomodocunq; accipiantur illæ propositiones concedendũ est, ꝙ Petrus immediatè post hoc erit niger, & immediatè post hoc erit albus, & tamen nunquã simul erit albus & niger. Et eadẽ ratione est concedendũ ꝙ Petrus immediatè post hoc assentiet soli.a. propositioni: &.a. propositio immediatè post hoc erit falsa, & nunquã erit æquiuoca, & tamẽ Petrus nunquàm decipietur. Item, ꝙ.a. immediatè post hoc erit vera, & quælibet singularis illius immediatè post hoc erit falsa. Vt patet, si. a. ꝓpositio cõtingens in paribus partibus horæ sic diuisæ sit vera, & in imparibus sit falsa.

Arg. 4. *Quartò principaliter arguitur cõ* tra expositiones de ly incipit, non sequitur: Petrus incipit esse, ergo Petrus in hoc instãti est, & nõ immediatè ante hoc fuit, vel nũc nõ est & immediatè post hoc erit. Nã post lapsum huius instantis demõstrati, crastina die antecedens erit verum & cõsequens falsum: quia ly hoc, instãti tunc nõ supponet. Ad hoc argumentũ posset quis fortè dicere ꝙ non requiritur, ab huiusmodi exponibilibus de incipit, ad exponẽtes consequentiã esse simpliciter bonã, sed satis est vt sit bona vt nunc, videlicet, vt pro quocunq; instanti præsenti consideretur, rectè exponatur per illud instans: sed illo elapso exponenda sit per aliud quod tunc est præsens. Alij dicũt, & melius, ꝙ in exponẽtibus nõ debet signari singulariter instans quod modò est præsens, sed cõmuniter, videlicet, Petrus incipit esse, ergo in instanti præsenti est. &c. vt supponat nunc pro illo ꝙ modò est præsens, & posteà pro illo ꝙ tunc erit præsens. At verò quãquã hoc modo satis respõsum sit ad argumentũ, nihilominus notandũ est, ꝙ in exponentibus verbi incipit, nõ est necessariũ demonstrare vera instãtia: nec singulariter, nec cõmuniter: sed satis est dicere, Petrus incipit esse, ergò nunc est, & non immediatè ante fuit, vel nũc non est, & immediatè post erit. Vel dicite, antehac, & posthac vt posuimus in textu. Et quãquã ly nũc, naturaliter importet instans, tamen impertinẽs est expositioni ꝙ sit instans, nec ne, sed accipiuntur. exponẽtes in hoc sensu, Petrus est & nõ statim erat, vel Petrus non est & statim erit. Quod verũ est: etiam si Deus omne tempus & instans destruat. Et si aliquando ad maiorem declarationẽ vtimur veris instantibus, illud est, quia loquimur secũdùm ordinem naturalem rerum. Et per hoc solues sexcenta sophismata, de productionibus & reproductionibus eorundem instantiũ. Arguunt enim aliter sophistę. Supposito quòd instãs quod modò est: reproducatur cras, & modò Petrus non incipiat esse: sed cras incipiat in illa reproductione huius instantis, nõ sequitur, Petrus in hoc instanti modò non est, & immediatè post hoc erit, ergò incipit esse. Ad quod tamen dicimus, primum, ꝙ quãquàm hæc entitas, quæ est hoc instans possit reproduci pro materiali: tamen pro formali hoc instans, id est, hoc nunc, nõ potest reproduci: vt videbitur in quarto Physicorũ. Sed pro nunc satis est Summulistis, ꝙ ille modus exponendi non tenet naturaliter & supranaturaliter: sed dicendum est, nunc nõ est, & immediatè erit: & hæc secunda exponens est falsa in casu. Adnotandum est tandem hìc, quòd nonnunquàm res dicitur incipere esse: licet non sit in puncto inceptionis, sed parum ante, vel post. Nam circa finẽ Ianuarij adhuc dicimus, annus incipit. Et Paulo postquàm incepta est lectio, concedimus, nunc incipitur lectio. Reproductio instãs.

*Sed quintò arguitur, ꝙ adhuc na*turaliter nõ teneat hæc expositio per instãtia, siue cõmuniter, siue singulariter demonstrata. Esto, vt habetur. 6. Physicorũ, ꝙ motus nõ fiat in instanti, non sequitur. Cœlum in hoc instanti non mouetur, & immediatè post hoc mouebitur, ergò incipit moueri. Nec sequitur, in hoc instãti nõ mouetur, & immediatè ante hoc instans mouebatur, ergo desinit moueri. Nam exponẽtes sunt manifestè verę, ex hypothesi. Et si cõcedas exponibiles, sequitur, ꝙ cœlũ in hoc instãti incipit & desinit moueri. Hoc corollarium cõcedunt multi, propter argumẽtum. Sed certè est inopinabile, cum motus fuerit continuus à principio mundi, & erit vsq; ad finẽ, ꝙ cœlum nũc incipiat aut desinat, moueri. Et ideo ad argumentum dicimus, ꝙ ambæ sunt optimæ cõsequentiæ, sed vtrobiq; antece- Argu. 5.

tece-

tecedēs est falsum.s.cœlū in hoc instanti nō mouetur. Est enim differentia inter has, cœlū mouetur in hoc instanti, & in hoc instanti cœlū mouetur. Nā prima in rigore virtute appellationis, denotat partes mot⁹ simul esse in hoc instāti: quod falsum est. Secunda verò, vbi nulla est appellatio, solū denotat, in hoc instanti esse aliquod continuatiuū motus: quod est verū. Eadē ratione, differentia est inter has propositiones, in hoc instanti Deus incipit esse & desinit esse, Deus incipit & desinit esse in hoc instāti. Nec opus est distinctione, vt aliqui distinguūt. Nā in rigore in prima ly instanti, fertur in verbū incipit & desinit. Quare est sensus ꝙ nunc est & nō immediatè ante fuit, nec immediatè post erit: quod est falsum. Sed in secūda ly instanti, fertur in verbum, esse. Quare sensus est, ꝙ Deus est in hoc instāti, & nō fuit in hoc instanti, nec erit in hoc instāti: quod est verū, cùm instans nec fuerit nec erit. Pari ratione, quando Petrus discedit à Salmantica, cōcedendū est ꝙ Petrus desinit esse Salmanticę: quia ly Salmanticæ, determinat verbū, esse: sed negandū est ꝙ Salmanticæ desinit esse: nam Salmāticæ, tūc determinat verbū, desinit, quare sensus est ꝙ Petrus cū existit Salmanticę, desinit esse. Sed arguitur cōtra hoc Si in tali casu cōceditur ꝙ Petr⁹ desinit esse Salmanticæ, sequitur eadē ratione, ꝙ Petrus est mortuus Salmanticę. Nā desinere esse & mori idē est viuenti, & per cōsequens, desinere esse Salmāticę, & mori Salmāticæ, idē est. Summulistæ ita ferè cōcedunt, ꝙ si nūc nō est Salmanticę, & immediatè ante fuit Salmāticę, est mortuus Salmāticæ. Eadē ratione, quando Petrus incidit in peccatum, cōcedunt quòd est mortuus in gratia: nam nūc non est in gratia, & immediatè ante fuit in gratia. Sed re vera ista sunt absurda, & cōtra dialecticam. Nam ly mortuus, tātùm valet, sicut, quod desinit vel desinit viuere. Vnde determinatio addita participio nō determinat infinitiuum, viuere, inclusum in ly mortuum, sed verbum desinit, loco cuius ponitur ly mortuū. Et ideo, Petrus est mortuus Salmanticæ, facit hunc sensum, quòd mortuus est cùm esset Salmanticæ. Et hæc, Petrus mortuus est in gratia, facit hūc sensum quòd Petrus mortuus est dū esset in gratia, quæ falsa sunt in tali casu.

Argu. 6 *Sextò principaliter arguitur.* Non sequitur: homo nūc nō est albus, & homo immediatè posthac erit albus, ergo homo incipit esse albus: nā si modo aliqui sint homines nigri qui nūquā erūt albi: & alij albi qui immediatè antehac fuerunt & immediatè posthac erūt albi, exponentes sunt veræ, vt notum est, & exponibilis falsa, postꝙ nullus est homo qui incipiat esse albus, & tamen arguitur ab exponentibus ad exponibilem, ergo primus locus arguendi nullus. Ad hoc argumentū cōcessa maiori negatur minor ꝙ rectè arguatur. Est enim regula vt diximus, ꝙ terminus cōmunis pręcedens ly incipit, prius est resoluendus per suas singulares: & nulla singularis est vera sub subiecto illius exponibilis. Adde ꝙ licet sit terminus singularis, si est connotatiuus, est resoluendus in suū absolutū, vt si dicas hoc albū incipit esse, resoluendū est subiectū hoc modo, hoc incipit esse, & hoc est vel immediatè posthac erit hoc album, ergo hoc album incipit esse. Quare nō sequitur, hoc albū nunc nō est, & hoc albū immediatè posthac erit, ergo hoc album incipit esse. Nam si Petrus qui fuit & est niger, immediatè posthac sit albus, exponentes sunt veræ: quia in prima subiectū nō supponit, & exponibilis est falsa vt patet resoluendo, hoc incipit esse. &c. nam Petrus non incipit esse. Imò verò, supposita illa opinione ꝙ totum non distinguatur à suis partibus, nomē etiam absolutum rei diuisibilis est resoluendum. Quare nō sequitur, Petrus nunc nō est, & Petrus immediatè posthac erit, ergò Petrus incipit esse. Nā si materia & forma Petri sunt & fuerint separata, & immediatè posthac vniātur, exponētes sunt veræ, vt notū est, & exponibilis falsa vt patet per resolutionē subiecti. s. Petrus incipit esse, Petrus est hæ partes, ergò istæ partes incipiunt esse. Quanquā forsan esset negāda hæc cōsequentia. Nam ly, incipit, in maiori appellat supra per se significatum de ly Petrus. Et ideo cōcludendū esset, ergo istæ partes sunt Petrus qui incipit esse. Sed tamen hæc cōsequentia nō potest negari, Christus incipit esse, Christus est Deus, ergo Deus incipit esse: nam idem est suppositū Christi & Dei. Et in hoc ly Christus, sequitur naturam termini connotatiui. Quare illa est hæretica, Christus incepit esse: sed hæc est catholica, incepit esse Christus.

Sed arguitur cōtra modum resol- Argu. 7 uēdi terminos absolutos: Non sequitur, hęc entia incipiūt esse animalia, & hęc entia sūt vel immediatè posthac erunt homines, ergo homines incipiunt esse animalia: nam casu

quo nunc sint duæ materiæ & duæ formæ, ex quibus hora futura diuisa versus nos per partes proportionales. &c. in prima parte fiant Petrus & Paulus qui solum duret per illam,& in secūda per transpositionem partium fiant alij duo homines,& in tertia per aliam diuisionem materiarum fiāt alij duo & sic infinitum,antecedens est verum,vt notum est,& consequens falsum,in quo ly homines,pro nullis hominibus supponit:& tamen arguitur expositoriè per resolutionē, ergo.Ad hoc argumentum concessa maiori negatur quòd rectè arguatur,quia ly homines,aliter ampliatur in minori quàm in cōclusione:ratione cuius in minori supponit, & non in conclusione, vel consequentia nihil valet:quia arguitur à cōfusa ad determinatam. Vnde, vel dicendum est in minori, hæc entia homines sunt vel immediatè posthac erunt,quæ est falsa sicut conclusio : vel ex priori antecedente concludendum esset, ergò hæc entia quę immediatè posthac erūt homines incipiunt esse animalia, quæ conclusio est vera,sicut antecedēs: vel incipiunt homines esse animalia,vel.a. homines incipiunt esse animalia,quod idem est.

Arg. 8. *Octauò principaliter arguitur.* Nō sequitur,Petrus incipit pertransire hoc spatiū,ergo nunc nō pertransit,& immediatè posthac pertransibit : & tamen arguitur per regulā,postquàm motus est ens successiuum,ergo locus arguendi nullus. Probatur maior:nam casu quo nunc Petrus per vltimum non esse incipiat moueri super spatiū demonstratum,antecedens est verum,vt videtur,& quòd consequens sit falsum patet: nam secunda categorica est falsa, in qua denotatur quòd Petrus immediatè posthac cōsummabit motum:quod est impossibile. Ad hoc argumentum sunt qui cōcedant dictam exponibilem,in illo casu: & concedūt quòd quolibet instanti signato posthac verum erit dicere.Petrus pertrāsit hoc spatiū: & consequenter illo transacto verum erit dicere quòd Petrus pertransiuit : quia illa de præterito habuit vnā de inesse veram , licet non peruenerit ad finem spatij , Et inde sequitur quòd ad pręteritū est potentia: nam ante finē motus semper est possibile quòd Petrus nō pertranseat totum spatium, & sic est possibile ꝙ illa de pręterito non fuerit vera.Hæc autē sunt ridicula.Et ideò in illo casu neganda est illa exponibilis:nā ly per, in compositione denotat cōsummationē operis.Vnde in secunda exponente denotatur ꝙ immediatè post hac totum spatiū erit per transitū:quod est impossibile.Hęc vero, Petrus incipit transire seu moueri in hoc spatio,est vera in illo casu:nā immediatè posthac mouebitur super hoc spatiū.Nec est distinguenda penes hoc ꝙ ly moueri, importet instans vel tempus,vt illā distinguūt, dicentes ꝙ si importet tempus est vera,& si instans,est falsa:quia motus nō fit in instanti. Imò verò,licet importet instans est verū dicere ꝙ immediatè posthac mouebitur.Non enim denotatur ꝙ motus fiat in instāti : sed quòd in instanti sit continuatiuū motus.Et quanquā includat tempus nō facit sensum quē isti putant. Videlicet, ꝙ in aliquo tempore quod est immediatum huic instāti Petrus mouebitur.Dicunt enim hanc esse verā,Antichristus immediatè posthac mouebitur,& si nō nascatur hinc ad centū annos: eo quòd totū tempus hinc futurum etiam si duret centum annos,est immediatum huic instanti.Ita solent isti miseros iuuenes deludere.Non,inquam,facit talem sensum : sed quòd Petrus ante quodlibet instans futurū aliquo tempore mouebitur.

Nonò principaliter arguitur : nō sequitur,Petrus nūc est oīs homo,& nō immediatè antehac fuit oīs homo,ergo incipit esse oīs homo,& arguitur ab exponentibus ad exponibilē,ergo locus arguendi nullus. Argu. 9
Probatur maior.Casu quo Petr⁹ nūc & per totā horā præteritā fuerit solus,sed ante horā fuerint alij homines:exponibilis est falsa, quia cū nunc Petrus sit oīs homo,& immediatè antè verū erat dicere,Petrus est oīs homo,fit vt nō incipiat esse oīs homo.Sed probatur ꝙ secunda exponēs sit vera(nā de prima nō est dubiū)quia ly homo,accipitur ꝓ omni hoīe pręterito,& Petrus nō immediatè ante hoc fuit oīs homo.Ad hoc argumentū in primis negatur in illo casu veritas illi⁹ exponibilis(nec est qui illā cōcedat) sed tūc qui negāt modo istā,Adam fuit oīs homo, negāt secundā exponentē esse illā quę signatur in argumēto:nā illa est vera,vt patet per falsitatē suæ cōtradictoriæ,Petrus immediatè antehac fuit oīs homo , vbi ly homo stat pro omi hoīe pręterito:nā supponim⁹ ly ante,accipi prępositionaliter,vt nō restringat ꝓ aliquo instāti.Sed secūda exponēs debet esse hęc, Petrus nō immediatè antehac fuit oīs homo qui immediatè antehac fuit. Sed certè isti destruūt artē exponēdi:nā tūc hæc esset

esset falsa, incipit esse instans futurum: quia secunda exponēs cōsequenter esset hæc immediatè post hac erit instās quod immediatè posthac erit, vbi tamē ly instās, quod immediatè posthac erit, pro nullo supponit, cùm nullū sit immediatè posthac. Vnde ad argumentū respondetur q nullo modo currit cōtra nos: imò optimè arguitur. Et sicut exponibilis est falsa, ita & secunda exponēs vt patet per veritatem suæ cōtradictoriæ. scilicet, Petrus immediatè antehac fuit oīs homo. Nam quanquàm ly homo, distribuatur, distribuitur tamen dependenter à determinatiōe copulæ. Et post quodlibet instās præteritum in aliquo instanti Petrus fuit omnis homo: nam post quodlibet instans in aliquo instanti hæc fuit vera, Petrus est omnis homo.

Argu. 10.

Decimò principaliter arguitur. Non sequitur, Petrus nunc nō est homo, & immediatè posthac erit homo, ergò incipit esse homo: & arguitur per regulā, ergo regula nulla. Probatur maior: nā casu quo incipiat esse p vltimū nō esse, exponentes sunt veræ, vt notū est, & quòd exponibilis sit falsa, arguitur: quia vel incipit esse homo qui est, vel homo qui nō est. Non primum, quia homo qui est, non supponit: Nec secundū, quia sequitur bene, incipit esse homo qui nō est, ergo nunc nō est homo qui nō est, & immediatè posthac erit homo qui nō est, & secunda exponēs est falsa: quia ly homo, qui non est immediatè posthac non supponet. Imò ante quodlibet instans verum erit dicere, Petrus est homo qui est. Ad argumentū respondetur qđ si ly qui, referat illum terminum, Petrus, nullum est argumētum, cōceditur enim quòd Petrus incipit esse homo qui nō est, non tamen est immediatè exponenda, sed reducenda ad copulatiuam: quia ly qui, facit sensum copulatiuū, vt diximus ca. de Relatiuis. s. Petrus incipit esse homo, & ille Petrus modò non est. Si tamē ly qui, referat ly homo, à parte prędicati, tunc ly incipit, fertur in totam copulam implicationis vnica acceptione. Et tūc si ly qui, restringit singulariter pro hoc instante præsēti, itidem facit sensum copulatiuū scilicet, Petrus incipit esse homo, & ille homo modò nō est At verò, probabilius est, vt in modalibus diximus, quòd tota copula implicatiōis ampliatur à ly incipit, vt stet communiter pro instāte quod modò est præsens vel post hoc erit præsens. Et tunc in illo casu hæc est vera, Petrus incipit esse homo qui est: nūc nō est homo q est & immediatè post hoc erit homo qui est: Tātum enim valet, sicut incipit esse homo existens, & clarum est q immediatè posthac erit homo existēs. Sed hęc est falsa, incipit esse homo qui non est: vt patet per secundam exponētem, immediatè posthac erit homo qui nō est: imo erit homo qui est. Ex quo sequitur quòd siue homo incipiat per primum sui esse siue per vltimum nō esse, vniuersaliter conuertuntur, Petrus incipit esse homo. & Petrus incipit esse homo qui est: & vtrolibet modo incipiat, hæc erit falsa, Petrus incipit esse homo qui non est. Sequitur secundò quòd vtrolibet modo Petrus incipiat esse homo (dummodò ante non fuerit) verum est dicere. Petrus incipit esse homo, qui erit. Nam si incipit esse per primum sui esse, tunc verum est dicere, nunc est homo qui erit, & nō immediatè ante hac fuit homo qui erit. Et si incipiat per vltimum nō esse, itidem verum est dicere, nunc nō est homo qui erit, & immediatè posthac erit homo qui erit. Sequitur tertio quòd Petrus nullo modo potest incipere esse homo qui fuit: quia si nunc est homo qui fuit, etiam ante hac fuit homo qui fuit: & si nunc nō est homo qui fuit, nec post hac erit homo qui fuit.

Argu. 11.

Vndecimò principaliter arguitur. Non sequitur: Deus & hoc instās nūc sunt, & nō immediatè antehac fuerūt, ergo incipiunt esse & tamen arguitur ab exponentibus ad exponibilem: ergò locus arguendi nullus. Minor est nota: & probatur maior: nam exponētes manifestę sunt. Et arguitur quòd exponibilis sit falsa: Deus & hoc instans incipiūt esse, ergo Deus incipit esse & hoc instans incipit esse, cuius prima pars est falsa: vel saltem sequitur, ergo Deus & hoc instans sunt incipiens & incipiens esse per resolutionem de ly incipientia (cuius tamē prima pars non supponit. Sunt qui negant dictā exponibilē propter secūdum argumētū (nam primū nō habet apparētiā) dicētes q ly īcipiētia, resoluitur in ly incipiēs & incipiēs sicut li cęci, in ly cęcū & cęcum. Sed certè nō potest negari dicta ꝑpositio, vt patet ꝑ eius exponētes (aliàs secundū istos deberet facere sensum diuisum) & ideo nos cōcedimus minorē, videlicet, q arguatur ꝑ regulā: & negamus maiorē: imo exponibilis est vera, sicut exponētes. Et negamus primā consequētiā à copulato cōplexiuè sumpto

ad copulatiuã, & pariter secundã, per resolutionẽ temini pluralis numeri in copulatũ. Nam ly incipit, quemadmodũ dictũ est de ly differt, includit negationem in ordine ad ly esse, quod proinde in secunda exponente debet negari vnica acceptione de toto copulato. De⁹ & hoc instãs: & tamẽ si resoluatur in copulatũ.s. Deus & hoc instans sunt incipiẽs & incipiẽs esse, singulæ negationes ferũtur in singulas partes. Ex hac solutione sequitur, ꝙ in quolibet instanti mũdi verũ est dicere: omnia entia mũdi collectiuè incipiũt esse: nam tũc ad minus incipit esse illud instãs præsens, & per cõsequens incipit esse noua collectio omniũ entiũ. Sequitur secundò hanc consequentiã nõ valere. Petrus incipit esse, & Paul⁹ incipit esse, ergò Petrus & Paulus incipiũt esse. Nam si hoc sit primum instans esse Petri & vltimũ nõ esse Pauli, & Petrus nõ duret nisi per hoc instans, antecedẽs est verũ: vt notũ est, & cõsequens falsum, vt patet per exponẽtes.s. Petrus & Paulus, nũc sunt & nõ immediatè antehac fuerunt (cuius prima pars est falsa) vel nũc non sunt & immediatè post hoc erũt (cuius secũda pars est falsa.) Sequitur tertiò ꝙ Petrus incipit scire.a. propositionẽ, & Paulus incipit scire a. & tamẽ Petrus & Paulus nõ incipiunt scire.a. vt patet, si Petrus per solum hoc instãs sciat.a. & Paul⁹ incipiat scire per vltimũ nõ esse. Itẽ quarto sequitur ꝙ Petrus incipit scire plures propositiones ꝗ Paulus, & incipit scire pauciores. Hoc patet, si ãbo immediatè antehac tantũ sciuissent duas propositiones sed nunc Petrus sciat iam tres & Paulus quatuor, sed immediatè posthac Petr⁹ sciat quinq;, & Paulus solas quatuor. Nam in tali casu Petrus nunc scit pauciores quã Paulus, & nõ immediatè antehac sciuit pauciores, ergo incipit scire pauciores. Item, nunc Petrus non scit plures quàm Paulus, & immediatè post hac sciet plures ꝗ Paul⁹, ergo incipit scire plures quàm Paulus. Itẽ quintò est possibile ꝙ Petrus incipiat esse maior quàm Paulus, & minor quàm Paulus: vnũ per primũ sui esse, & alterum per vltimũ nõ esse. Si ambo fuissent bipedales, & nũc Petrus sit quadrupedalis, & Paulus tripedalis: sed immediatè posthac Paul⁹ sit quincupedalis & Petrus quadrupedalis.

Arg. vl. *Vltimo arguitur: nõ sequitur, Pe*trus in aliquo instãti nõ erit albus, & immediatè post illud erit albus, ergò incipiet esse albus. Nã si Petr⁹ sit nũc albus qui nunquã desinet esse albus, cõsequẽs est falsum, vt notum est, & exponẽtes sunt verę vt patet per ascensum sub ly instãti, demõstrando instãs præsens: quod posthac nõ erit. Ad argumentũ cõcedit maior. Nec rectè arguitur. Sed est notãda regula ꝙ ꝓpositio de incipit, de extrinseco tẽpore aut modalis anteꝗ exponatur debet reduci ad suã de inesse. Vnde, cũ de inesse illius nunquã posthac erit vera, illa est falsa. Posset tamẽ immediatè exponi restringendo ly instãs futurũ.s. Petrus in aliquo instãti futuro erit albus, & nõ immediatè ante illud erit albus. &c. vel in aliquo instãti futuro nõ erit albus, & immediatè post illud erit albus. &c. Sed melius est probare per de inesse. Eodẽ modo hęc, Petr⁹ possibiliter incipit esse albus, regulanda est per possibilitatẽ suę de inesse. Quare illa est necessaria. Nec sunt audiendi qui illã exponũt sic, Petrus nunc possibiliter est albus, & nõ immediatè antehac possibiliter fuit albus, vel Petrus nũc nõ potest esse albus & immediatè posthac possibiliter erit albus. Nã in primis sequeretur inde illã esse impossibilẽ, vt patet per exponẽtes negatiuas. Et tamen est mirandũ ꝙ Petrus incipiat esse albus, & tamẽ impossibiliter incipiat esse albus. Itẽ arguitur quia negatio inclusa in ly incipit, vt dicebamus de ly differt, nõ fertur in modũ possibiliter, postꝗ modus pręcedit. Quare si immediatè esset exponẽda deberet itidẽ modus præcedere in exponẽtibus, vt nõ daretur exponẽs negatiua cõtradictorio modo ad affirmatiuã, videlicet Petrus possibiliter nunc est albus, & possibiliter nõ immediatè ãtehac fuit albus, vel possibiliter nũc nõ est alb⁹, & possibiliter immediatè posthac erit albus. Quę quidẽ exponẽtes sunt verę. Et pari modo Petrus necessario incipit esse albus .s. Petr⁹ nũc necessario est alb⁹, & necessario immediatè antehac nõ fuit albus, vel nũc necessario nõ est albus, & necessario immediatè posthac erit albus. Sed melius est reducere prius ad suas de inesse. At verò, qñ ly incipit, præcedit modũ, tunc credo modũ seu copulã debere negari contradictorio modo in exponẽte negatiua: vt si dicas, hæc aĩa incipit necessario esse, exponens negatiua erit, hęc anima nõ immediatè ãtehac necessario fuit. Quare in primo esse aĩæ, credo illã esse verã, postquã aĩa incipit esse res necessaria: cùm tamẽ esset falsa si secunda exponẽs deberet esse hæc, necessario nõ immediatè antehac fuit. Et idem dicendum est de hac, Petrus incipit possibiliter esse albus, quam credo

credo esse impossibilē.s.nūc possibiliter est albus & nō immediatè antehac possibiliter fuit alb⁹,vel nūc nō possibiliter est alb⁹ &c.

Not.1 *Ex his omnibus,quę dicta sunt col* ligitur,has consequentias non valere; Petrus incipit esse, ergo incipit incipere esse: Petrus desinit esse,ergo desinit desinere esse,nec ècontrario.Nam si hora præterita,vt suprà diuisa versus nos,in partibus paribus fuisset,in imparibus verò nō,& similiter se haberet in hora futura,nunc tamen non esset,antecedens esset verum in vtraque consequentia,quia incipit esse per vltimum nō esse,& desinit per primum non esse:& tamē cōsequens est falsum vtrobique : nam cùm nunc incipiat esse & immediatè antehac incipiebat,non incipit incipere, & cùm nunc desinat esse & ĩmediatè posthac desinet, nō desinit desinere. Et si in eòdē casu ponat Petrū nunc esse,vtrūq; cōsequēs est verū: quia nunc non incipit & immediatè posthac incipiet:ergo incipit incipere: & nūc non desinit & immediatè antehac desinebat, ergo desinit desinere:& tamen vtrunq; ātecedēs est falsum,nam cùm nūc Petrus sit & immediatè antehac fuit & immediatè posthac erit,nec incipit nec desinit esse. Colligitur secundo hanc consequentiam nō valere, hoc album incipit & desinit disputare,ergo hoc album incipit disputare,& hoc album desinit disputare : arguitur enim ab amplo ad non amplum respectu de ly album,quod in antecedente ampliatur ab vtroque verbo ad illud quod est vel ĩmediatè antehac fuit, vel immediatè posthac erit album,& in neutra parte consequentis tantum ampliatur. Vnde si Petrus immediatè posthac erit albus,& nec sit nec fuerit albus, & nunc non disputet,sed disputauerit,& disputauit, ātecedens est verum & secunda pars consequētis est falsa.Sed de his satis.

Not.vltimo.Regula.4.antiqu. *Solent hic tandem quatuor anti*quorū regulæ constitui,duæ videlicet circa inceptionē,& totidem circa desitionem sub hoc tenore:Qualecunq; erit aliquid quale ipsum non est,ipsum incipiet,aut incipit esse tale. Quod est dicere: Si petrus quandoq; erit Dialecticus,& non est Dialecticus, incipit aut incipiet esse Dialecticus. Secunda, Qualecūq; est vel fuit aliquid quale ipsum anteà non fuit ipsum incipit aut incepit esse:vt si Deus est vel aliquando fuit homo, & anteà non fuerat homo vel incipit vel incepit esse homo. Tertia, Qualecunque aliquid non est quale ipsum aliquando fuit, ipsum desinit aut desiuit esse tale:vt si Christus nunc nō est passibilis & aliquādo fuit passibilis,aut desinit aut desiuit esse passibilis. Quarta, Qualecunq; est vel erit aliquid quale postea non erit,ipsum desinit aut desinet esse tale:vt si Petrus aut nunc sit, aut cras erit iustus,qualis postridie nō erit: aut desinit modò aut desinet esse iustus. Intelliguntur regulæ de re singulari signata per terminum irresolubilem,vt suprà dictū est, quia non sequitur,aliquod ens quandoque erit Deus,& aliquod ens nunc nō est Deus ergo aliquod ens incipit aut incipiet esse Deus. Nec sequitur,hoc creās quādoq; erit Deus,& hoc creans nunc non est Deus : ergo hoc creans incipit aut incipiet esse Deus demonstrando Deum,qui modo nō creat. Contra has regulas non possunt tangi nouæ difficultates,quæ nō possint terminari per ea que superius dicta sunt.

Caput sextum.



Extū genus exponibilium est propositionum de comparatiuo,aut de superlatiuo. Quarū duplex est genus,s.affirmatiuarū & negatiuarū. Propositio de cōparatiuo primi generis(si ꝑpriè non abusiuè accipiatur)exponitur copulatiuè ꝑ duas affirmatiuas, in quib⁹ positiuū affirmatur de vtroq; extremo cōparationis:& tertiam in qua affirmatur idē positiuū de extremo excedente cum aduerbio,magis,vt leo est fortior homine,leo est fortis:& oīs homo est fortis & leo est quocunq; homine magis fortis. Propositio secundi generis : vt nullus leo est fortior homine:exponitur disiūctiuè, cō tradictorio modo. Atqui superlatiuum exponitur copulatiue per vnam

in qua affirmatur extremũ excessum de excedente, & aliam de comparatiuo affirmatiuam, si superlatiuum accipiatur positiuè: & negatiuam si accipiatur negatiuè: vt, Aristoteles est Græcorum doctißimus (affirmatiuè) Aristoteles est Græcus & quocunque alio Greco doctior: Cicero est Latinorum eloquentißimus (negatiuè) Cicero est Latinus, quo nullus alius Latinus est eloquentior.

Lectio vnica.

Not. 1. Cõparatiuũ multipliciter est. POst exponibiles ratione verbi sub sequũtur sexto loco exponibiles ratione nominis: quales sunt propositiones de comparatiuo. Vbi notandum est quòd comparatiuum aliquando accipitur pro positiuo: vt, plura, pro, multa: illic, termin⁹ cõmunis est, qui significat plura. Quandoque, vt dicunt, pro superlatiuo: vt horũ maior est charitas; quanquàm forsan in huiusmodi loquutionibus non accipitur nisi pro comparatiuo: sed sunt constructiones Grecæ, scilicet, genitiui pro ablatiuis. At in vi comparatiui accipitur dupliciter, vno modo abusiuè: vt De⁹ est melior diabolo: quę nõ ponit diabolum esse bonum: sed Deum esse bonũ, & diabolum non esse tam bonum. Alio modo accipit propriè: & isto modo exponitur in textu. Vbi notantur solùm duo genera exponibilium, quia solùm possunt variari penes verbum, & non penes nomen cõparatiuũ. Quarũ expositiones cum suis exẽplis sunt in textu perspicuæ. Subiectum exponibilis est primum extremum: quod dicitur excedens: & ablatiuus, seu nomen quod sequitur ly quàm, est extremum excessum: vt Petrus est doctior Paulo, vel doctior quã Paulus: ly Petrus, est excedens, & ly Paulus, excessum. Proportionabiliter fiat expositio quãdo comparatio fit in diuersis speciebus: vt nix est albior, quàm coruus est niger. Itẽ quando sunt diuersa verba: vt Petrus est peior, quàm erit Antichristus.

Not. 2. Suplatiuũ dupliciter sumet. *Atqui de superlatiuo notandum* est quòd aliquando accipitur per se sine genitiuo, & tunc exponitur per suũ positiuũ & aduerbiũ, valde, vt Petrus est doctissim⁹, id est valde doctus. Alio modo accipitur cũ genitiuo recto in vi comparationis: vt Aristoteles est Græcorum doctissimus. Et ad veritatem huiusmodi propositionũ primũ requiritur, vt extremum excessum verificetur de excedẽte: vt quòd Aristoteles sit Græcus. Et secundò requiritur veritas vnius de cõparatiuo, affirmatiuè, vel negatiuè, vt in textu expressum est.

Not. 3. *Ex quibus primò sequitur* ꝙ superlatiuum affirmatiuũ solùm differt à cõparatiuo in constructione: & in hoc præterea, quòd facit comparationẽ ad cætera sui generis. Concedimus enim quòd leo est fortior homine, sed non est fortissimus hominũ. Quanquã comparatiuũ quãdo accipitur partitiuè inter duo, etiã regit genitiuũ: vt manuũ dextra est fortior. At verò superlatiuum tunc auget super comparatiuũ, quãdo ipsum orationẽ subsequitur: vt si diceres status coniugatorum est bonus, continentium melior, sed virginum optimus. Sequitur secundò quòd propositio de superlatiuo negatiuè sumpto est subalternata propositionis de comparatiuo, cæteris paribus. Sequitur nanque, Petrus est doctior cæteris hominibus: ergo est doctissimus hominũ, non tamen sequitur è cõuerso: nam si omes essent æquè docti, antecedens esset verum & consequens falsum. Superlatiuum frequentius accipitur positiuè, sed sæpe negatiuè, maximè inter Dialecticos: vt in his locutionibus, si aliqua propositio esset vera, maximè hæc: si tua opinio esset vera, maximè ex eo. &c. Sensus enim est, quòd non est maior ratio quòd alia sit vera, quàm hęc nec est alia potior ratio, quare tua opinio sit vera quàm hæc. Et apud Philosophos: quando dicunt quãtitatem terminari per maximũ, vel minimum. Accipiũt enim maximũ pro illo quo aliud non est maius.

Not. 4. Suppositio. *Circa suppositiones terminorum* huiusmodi exponibilium notato quòd termini præcedentes signum exponibile supponunt secundũ exigentiam signorũ: atque adeò sunt resoluendi antequã propositio exponatur. Termini verò sequentes: qui regũtur à signo exponibili ex vi comparationis supponunt distributiuè. Et ita debent supponere in secunda & tertia exponentibus, vt leo est fortior homine, Petrus est doctissimus hominum: ly leo, supponit determinatè, &

te:& ly homine,& ly hominũ, distributiuè. Sed si dicas,Petrus est ditior auro quã Paulus,ly auro, non distribuitur, sed supponit vel simpliciter vel immobiliter. Verum est quòd quãdoq; fit cõparatio inter duas species:vt in dicta propositione, leo est fortior homine.Et tunc commodiùs exponũtur illæ propositiones antequàm resoluatur ly leo.Item notandũ quòd licet ablatiuus supponat distributiuè,si subiectũ supponit determinatè & cõparatio sit inter indiuidua non licet ascendere sub ablatiuo,antequàm sub subiecto:argueretur enim à pluribꝰ ad vnicã determinatam.Nõ enim sequitur,aliqua pars.a.lineę est maior hac parte. b. lineę,& aliqua pars.a.est maior hac parte. b. & sic de singulis:ergo aliqua pars.a.lineę est maior parte.b.lineę,vt patet, si. a &. b. sint lineę æquales:nàm quacunq; parte signata in.b.signabitur vna maior in.a.& tamẽ nulla signata in. a.erit quacunque parte.b. maior.Eadem ratione, si essent infiniti homines & infiniti leones,ita ordinati quòd primꝰ esset leo,& secũdꝰ homo:& tertius leo & sic cõsequẽter.Et primus leo sit fortis & homo sequẽs fortior illo,& leo sequens fortior & sic gradatim ascendẽdo se habeãt omnes alij,hæc est falsa,leo est fortior homine, & quęcũq; singularis sub illo ablatiuo, homine,est vera.Nã quocũq; homine demonstrato aliquis leo dabitur fortior illo:sed tamen nullus dabitur leo, qui sit quocunq; homine fortior.At verò in hac, musca est fortior omni animali,dicũt Sũmulistæ ly animali, supponere particulariter:ita vt tertia exponẽs sit,musca aliquo animali est magis fortis.Et ratio est quia duo illa signa distributiua.s.comparatiuum & ly omne, impediuntur.Et quãquã in rigore forsan ita sit:tamẽ in communi vsu non facit illum sensum,sed perinde ac si diceres, musca omni animali est fortior.Ex dictis sequitur hoc sophisma esse ambiguũ,minori te & quolibet maiori te tu es maior:nam si ly minori, feratur in totum copulatum,te & quolibet maiori te, est verum.Sensus enim est quòd illa re, quæ est minor te & minor quolibet maiori te,tu es maior.Sed si ly minori,non cadat nisi in primũ ablatiuũ te,sophisma est falsũ: vt patet per secundã partem huius copulatiuę ad quã reducitur,minori te tu es maior.& quolibet maiori te tu es maior.Hæc verò, omne continuũ aliqua proportione est maius sua parte:est manifestè falsa quanquam Moderni illam concedãt.Nam singularis illius nõ est hæc,continuum.a.proportione est maius sua parte,vt prius descẽdatur sub ly parte:Sed hæc,hoc continuum aliqua proportione est maius sua parte.Quia ly proportione,solùm cõfundebatur in ordine ad subiectum,vt dictũ est in superiori libro. Et tamẽ continuum nulla certa proportione excedit quamlibet partem.Hæc tamen est vera,continuum est maius aliqua proportione sua parte,vbi ly proportione, stat confusè,& continuum quamlibet partem aliqua proportione excedit.

*In cõstituendis oppositionibus nul*la est difficultas.Constituuntur enim ratione quantitatis subiecti,sicut in cæteris categoricis:vt omnis leo est fortior homine,omnis leo nõ est fortior homine:aliquis leo est fortior homine, aliquis leo non est fortior homine. Not. 5.

*Loci arguẽdi sunt tres: sicut in cæ*teris exponentibus.Primus, Ab exponibili ad exponẽtes,& è conuerso. Secundus, Ab exponibili copulatiuè ad quamlibet exponentem,& non è conuerso.Tertius. A qualibet exponẽtium ad exponibilem disiunctiuè & non è conuerso, Not. 6.

*At contra modũ exponẽdi pro*positiones de cõparatiuo arguitur sic. Tertia exponẽs est de cõparatiuo, sicut exponibilis:ergo exponit idẽ per idẽ: & per consequens non est expositio.Propter hoc argumentum Moderni exponunt comparatiuum per ita sicut:vt tertia exponens huius, Petrus est doctior Paulo,sit hæc, Paulus nõ est ita doctus sicut Petrus. Sed tamen licet parum referat, melius est exponere per ly magis, sicut exponebant antiqui. Primò, quia ita exponitur natura cõparatiui Latinè,doctior,id est, magis doctus. Vnde ad argumentum,licet ly magis, sit etiam aduerbium comparatiuum, non tamen exponitur idẽ per idẽ,quia ly magis,clarius est quã nomen comparatiuum.Idem secũdò arguitur:quia propositio de,ita sicut, secundum istos,est pariter exponibilis per alias tres exponentes:sicut propositio de comparatiuo. Imò exponunt illam per comparatiuum. s. Petrus est ita doctus sicut Paulus.i. vterque est doctus:& Paulus non est doctior. Et ita vtuntur circulo in expositionibus. Vnde si quis vellet vti expositione per, ita sicut, vtatur quidẽ,dũmodo propositio de, ita sicut, non sit amplius exponibilis, nã est clarior quàm Argu. 1.

quàm vt indigeat expositione. Sed melius est exponere per aduerbium, magis: quod licet sit comparatiuum, nõ tamẽ indiget alia expositione. Verum est tamen quòd quando ly magis, non cõmodè fertur in positiuũ exponendum est per ita sicut: vt si exponas hanc, Petrus est maior Paulo, non potest latinè dicere, Petrus est magis magn⁹. Et ideo dicẽdum est, Paulus non est ita magnus: vel non est tam magnus.

Argu. 2 *Secundò principaliter arguitur.* Non sequitur, Petrus erit magn⁹, & Paulus erit magnus, & Paulus nõ erit tam magnus quàm Petrus: ergo Petrus erit maior Paulo: nã si Petrus erit tripedalis & Paulus bipedalis, nunquàm tamen erunt simul, sed in diuersis temporibus, exponentes sunt verę, vt notũ est, & exponibilis falsa: quia nunquã habebit vnam de inesse veram: & tamen arguitur ab exponentibus ad exponibilem: ergo locus arguendi nullus. Ad argumentũ concessa maiori: negatur quod rectè arguatur. Nam, vt dictum est in propositionibus de, differt. propositiones de extrinseco tempore & modales probandæ sunt immediatè per suas de inesse. Si verò exponantur debent ita exponi, vt denotentur ambo extrema esse simul: vt Petrus erit magnus, & Paulus simul tẽpore erit magnus. At verò, si singulæ copulæ vniant singula extrema, tunc fortè nõ denotatur cõsistẽtia pro eodem instanti: vt si dicas, Petrus erit maior quã erit Paulus, videt̃ satis esse, vt sint in diuersis tẽporibus, sicut in hac, Iudas fuit peior quàm erit Antichristus. Sed cõtra hoc replicatur. Si Petrus cras erit melior quã Paulus, sed postridie ambo sunt æquè boni: tunc hæc exponibilis est vera, Petrus erit melior q̃ Paulus: nam cras habebit vnam de inesse veram & tamen tertia exponẽs est falsa, Paulus nõ erit ita bonus sicut Petrus: quia postridie erit ita bonus. Propter hoc dicimus tutius esse probare per suam de inesse. Sed si exponatur, omnes tres exponentes debent referri ad idem instans: vt in aliquo instanti Petrus erit bonus, & in eodẽ Paulus erit bon⁹ & in eodem Petrus erit magis bonus quàm Paulus, vel Paulus non erit ita bonus sicut Petrus. Ex his sequitur primò, quòd si cras Petrus sit maior Paulo, & postridie Paulus maior Petro, & tertia die ambo sint æquales, maiores tamen quàm anteà fuerint: hæc copulatiua est vera, Petrus erit maior Paulo, & Paulus maior Petro, & tamen nec Petrus erit maior quàm erit Paulus, nec Paulus erit maior quã erit Petrus, sed ambo erũt æquales, nam quãcũque quãtitatem quam vnus habet in vno tempore alter habebit in alio. Sequitur secundo hanc consequentiam non valêre, Petrus erit fortior leone: ergo quocunque leone erit fortior. Nã si modò sit leo fortior Petro, qui leo nũc desinat esse, & posthac erũt leones debiliores petro, añs est verum & consequens falsum: arguitur enim à minus ad magis amplum distributum, ex parte de ly leo. Et in eodem casu nõ sequitur, Petrus est fortior quã erit leo: ergo Petrus est fortior quàm est vel erit leo: eodem defectu. Nec sequitur. Petrus erit fortior leone: ergo erit fortior quàm erit leo: nã si cras erit fortior leone, sed postridie sit ali⁹ leo fortior illo, antecedens est verum & consequens falsum. Quare sub ly leone, non licet descendere copulatiuè ad omnes leones futuros: sed solùm ad leones restrictos pro aliquo instãti signato. Alia multa corollaria tu ipse potes inferre.

Tertio principaliter arguitur. Nõ sequitur, Petrus possibiliter est doctior Paulo: ergo paulus impossibiliter est ita doctus, vt petrus: nam exponibilis est vera: vt patet per suam de inesse, & exponens impossibilis: & tamen arguitur per secundã regulam, ergo ille modus arguendi nullus. Hoc argumentum non est contra nos: nam iam diximus, tertiam exponentem congruẽtius dari per ly magis: videlicet, petrus possibiliter est magis doctus quã paulus, quæ est necessaria sicut exponibilis. Sed quia dictum est posse etiã exponi per ly ita sicut, respondetur quòd huiusmodi modales tutiùs probãtur per suas de inesse immediatè. Et quia de inesse est possibilis, fit vt illa sit necessaria. Quòd si placet exponere per, ita sicut, non debet dari per copulam cõtradictoriam ad primam exponentem. Et ratio est, vt diximus de ly differt, & ly incipit, quia negatio comparatiui nõ fertur in modũ, postquàm modus pręcedit. Et sic tertia exponẽs debet esse, Paulus possibiliter non est ita doctus, vt petrus. Quod non considerantes dicunt Moderni illam esse impossibilem. Sed mirũ esse concedant petrum esse doctiorem paulo, & negent quòd petrus possibiliter sit doctior paulo. Item quòd sit maior paulo, & tamen non posset esse maior paulo. Sed arguitur cõtra nostram solutionẽ. Sequeretur hanc esse veram, petrus possibiliter est doctior Argu. 3.

ctior seipso, vt patet per tertiam exponentem, Petrus potest esse magis doctus seipso, vel potest esse non ita doctus sicut ipse: nam potest vna die plus scire quam alia. Negatur consequētia. In rigore illa est falsa, vt patet per suam de inesse, quæ est impossibilis: & tertia exponens est falsa, etiā si detur per, ita sicut. Sed tamē cōcedo quòd Petrus potest esse doctior quā modò est, & potest esse doctior vna die, quàm alia die. Et ad hunc sensum concedūtur huiusmodi propositiones. Sed quid de ista, Petrus potest esse doctior quàm possit esse Paulus. Respondetur quòd illa est falsa, & impossibilis. Nā postquàm ly quàm, quod est nomen comparatiuum fertur in ly potest, negatio tertiæ exponentis debet ferri in illud. Quare non sequitur, Petrus potest esse doctior Paulo: ergo potest esse doctior quàm potest esse Paulus. Et propositiones ipsæ sonant diuersos sensus. Istæ verò, Deus potest facere tantum quantum potest facere, Petrus potest portare tantum pondus quantum potest portare Paulus, omnes sunt verę.

Argu. 4. *Quartò principaliter arguitur.* Supposito quòd totum sit suæ partes, non sequitur, medietates sunt minores suo toto: ergo totum nō est tam paruum, quàm suæ medietates: & tamen arguitur ab exponibili ad tertiam exponentem: ergo locus arguendi nullus, minor est nota: & probatur maior: nam consequens videtur falsum, cū totum nec excedat partes, nec excedatur ab illis. Et quòd exponibilis sit vera arguitur: nam hæ duæ medietates sunt minor toto & minor toto: ergo sunt minores suo toto. Ad argumentum concessa minori negatur maior: imò sicut exponibilis est vera, ita & exponens illa: nam contradictoria est falsa, scilicet, totum est ita paruum sicut medietates (nec medietates sunt ita magnæ) nam nō sunt ita magna, & ita magna sicut totum: imò sunt minores: quia sunt minor & minor: ita enim resoluitur ille terminus pluralis numeri. Vnde non valet illa consequentia, istæ partes sunt hoc totum, ergo sunt æquales toto: quia æquales tantum valet, sicut æqualis & æqualis. Sed solùm sequitur quod sunt ens æquale toto (si idem sit æquale sibiipsi.) Item sequitur quòd medietates adæquant totum: nam adæquare non est nisi componere totum. Et certè in rigore ita dicendum est, quòd dicta exponibilis est vera. Sed tamē quidam Summulistæ negant quòd istæ medietates simul sumptæ sunt minores toto, & concedunt quòd sunt æquales: quia sunt aliquid æquale: puta ipsummet totum. Et tunc secūdum istos cōcedendū est ꝙ Petrus & Paulus sciūt plura quā Ioānes, si Petrus sciat duas propositiones, & Paulus alias duas, & Ioannes sciat tres: nam Ioānes non scit tot, quot Petrus & Paulus simul. Sed tūc percontaris, an Petrus & Paulus sunt doctiores Ioanne. Et videtur quòd sint doctiores, eadē ratione: quia Ioannes non est ita doctus sicut ambo, cùm non sciat tot sicut ambo simul. Sed nihilominus in rigore est neganda. Est enim difficilis creditu. Nec sequitur, Ioannes nō scit tot quot Petrus & Paulus simul: ergo nō est doctior. Nam scientia Petri & scientia Pauli nō sunt in eodem intellectu, nec faciunt vnam doctrinam. Quare, licet ambo sciant plura nō sunt doctiores, sed requireretur quòd quilibet esset doctior. Et è cōuerso, si vterque per se sciret easdem quatuor, quas ambo simul sciunt, non scient plura quàm modò sciunt, & tamen essent doctiores: quia quilibet esset doctior. Ex his sequitur, hanc consequētiam nō valêre, Petrus & sua medietas sunt duo æqualia: ergo inter se sunt æquales, nā Petrus & sua medietas sunt duæ medietates æquales, & tamen inter se Petrus maior est sua medietate.

Vltimo arguitur. Non sequitur, Argu. vlti. Decem partes continui sunt plures partes quàm duæ medietates: ergo duę medietates nō sunt tot quot decē, & tamē arguitur ab exponibili ad tertiā exponentē, ergo modus arguendi nullus. Minor est nota. Et probatur ma. Nā exponibilis apparet manifesta omni intellectui: & quòd exponens sit falsa arguitur. Duę medietates sunt decem decimę: ergo sunt tot partes quod decem. Hoc argumētū (fateor) fuit mihi semper molestū, non solùm in via nominalium, qui tenēt totum continuum non distingui à suis partibus, sed etiam in via realium: qui licet dicant cōtinuum distingui à suis partibus, tamen aceruū non negant esse suas partes. Et idē argumentū fiet de aceruo centū granorum tritici. s. Istę duę medietates puta quinquaginta & quinquaginta sunt istæ cētum partes: ergo sunt tot partes. Et certè credo in rigore concedendum esse quòd decē partes nō sūt plures quā duę. Er in primis quòd non sunt plura entia nullus dubitat: postquàm non sunt decem separatę vnitates (loquor

quor de partibus continui nam partes acerui sunt plura entia) sed adhuc quòd decem partes cõtinui non sint plures partes quàm duæ, videtur manifestè probare argumẽtũ. Nam mirum esset concedere quòd duę partes sint decẽ, & tamen non essent tot. Quòd si quis contra arguat: quia cõcedimus in cõtinuo esse ifinitas partes. id est, nõ tot quin plures: ergo videtur quod decem sint plures quàm duæ, & centum plures quam decem.

Respondetur quòd illud concedimus ad hunc sensum, quòd quibuscunque numeraris adhuc extra illas sunt plures, q̃ non sunt partes illarum. Sed de illis, quæ continẽtur in aliis non conceditur quòd sint plures. Nihilominus propter cõmunem modum concipiẽdi possumus comminisci vnam distinctionem, quòd quãquàm decem partes nõ sint plures quàm duæ Phisicę: quia sunt eædem, nihilominus sunt plures Arithmeticæ, id est, numerantur plures. Nec sequitur, Istæ duæ sunt istę decem: ergo sunt tot, nã ly tot, appellat numerũ: & sensus cõsequentis est: numerãtur tot.

Caput vltimum.



Lterum nomẽ exponibile est infinitum quod multis modis dicitur: vno modo negatiuè: quod videlicet nec terminatur, nec aptũ est terminari, vt De⁹: & alio modo priuatiuè quod nõ est terminatũ: aptum tamen est terminari quod categorematicè est res quãta, non terminata: sed syncategorematicè valet nõ tantum quin magis: aut non tot quin plura. Tertium nomen exponibile est, æternum, quod quãdo est categorema est id, quod habet totum esse simul: sine principio & fine durationis, sed syncategorematicè perinde est, acsi dicas, ante quodlibet instãs præteritũ, vel post quodlibet futurum, verũ vel imaginarium. Nomen deniq; totus, dum est categorema, idẽ pollet quod ens suis partibus absolutum: sed dum accipitur syncategorematicè, signum est partium distributiuum.

Lectio prima.

INter nomina exponibilia cõnume- ratur etiam ly infinitũ. Quod accipitur dupliciter, vno modo negatiuè: & adhuc dupliciter, vno modo vt negat solùm terminũ id est, significat quantitatem, aut perfectionem, quæ nec est limitata, nec apta limitari vt est Deus: alio modo vt negat simpliciter quantitatem, vt punctum. Alio modo accipitur priuatiuè, & tunc dupliciter: Vno modo accipitur categorematicè, & est res quæ habet quãtitatem illimitatam, aptam tamẽ limitari. Vnde, vt continuum sit infinitum requiritur quod vni certę parti signatæ dentur in illo infinitę partes æquales, non communicantes. Vnde licet bipedale habeat infinitas partes proportionales inęquales, nõ est infinitũ imò habet infinitas pedalitates communicãtes. s. primã pedalitatem, & aliã quæ constat ex secunda mediatè primę pedalitatis, & prima secundæ, & tertiam quæ cõstat ex vltima quarta primę, & trib⁹ quartis secundæ & sic in infinitum diuidendo. (Not. 1. Infinitũ multipliciter dicitur.)

Sed multitudo infinita est, cuius non est vltima vnitas, id est, incipiendo à prima & nullam resumendo non datur vltima. Cõtinuum autẽ non dicitur multitudo, quia nõ constat ex vnitatibus separatis. Et ad hunc modũ, vt aliqua perfectio, vel virtus, vel intensio sit infinita, requiritur quòd habeat infinitos gradus. Sed infinitum syncategorematicè, vt atribuitur magnitudini, dupliciter exponitur, id est, nõ tantùm quin maius, vel aliquantum & in duplo maius: & in triplo maius &c. Et proportionabiliter, vt attribuitur multitudini. s. nõ tot quin plura. Et hęc dicuntur infinita in potentia. v. g. si dicas, perfectio creaturarum potest crescere in infinitũ, non est sensu quod posit dari creatura infinita, sed quod data quacũq; Deus potest dare perfectiorem. Eodem modo infinitæ sunt partes In continuo in potẽria: id est, non tot quin plures.

At dubium est hic de veritate istius, in infinitũ magna est aliqua pars continui, syncategorematicè, supposito quod continuũ sit bipedale. Et videtur quòd sic, (Not. 5. Dubiũ. 1.)

Nam

Nam quacunque parte data, aliqua est maior. Sed ex alia parte secunda expositio non conuenit, id est, aliquanta est pars continui & in duplo maior, & in triplo maior. &c. Solet illa propositio absolutè concedi propter primā probationem. Quare dicūt secūdā expositionem non esse simpliciter necessariam. Sed fortè vtendū esse hic distinctione, ꝙ infinitum syncategorematicè vno modo accipit simpliciter & absolutè: & ad illud requiritur secūda expositio, id est, quòd sit in duplo & in quadruplo mai⁹ sine aliquo termino, & sic falsum est ꝙ in infinitum magna sit pars continui bipedalis. Nec satis est ꝙ quacūque parte data continui aliqua sit maior, sed requiritur quòd simpliciter quacunque quantitate imaginata finita aliqua sit maior. Alio modò accipi infinitū secūdū quid. i. ꝙ non est intrinsece terminatū & limitatū, sed solū extrinsece. Et hoc modo in infinitum magna est aliqua pars, id est, non est dabilis maxima. Sed nihilominus nō dicitur simpliciter in infinitum magna, nam partes habēt terminū extrinsecū: quia nulla est ita magna sicut totū. Eodē modo concedimus ꝙ Petrus infinitū pōdus potest portare, supposito enim ꝙ virtus Petri sit vt decē, tūc pōdus vt decē nō potest portare: sed quodcūq; min⁹: & ideo quocūq; pōdere dato qđ pōt portare, adhuc pōt maius: nec dat maximū quod sic, sed maximum quod nō, qđ est terminari extrinsece. Et hoc congrue vocatur infinitū secūdū quid, & nō simpliciter: quia vt infinitum pōdus simpliciter Petrus possit portare, nō satis est qđ quocūq; pōdere dato quod pōt portare possit mai⁹: sed ꝙ similiter quocūq; pondere imaginato posset maius. Et cū veneris ad Theologiā ita intelligito illud. S. Tho. 2.2.q.24.ar.7. ꝙ charitas viæ augetur in infinitū. Intelligitur enī de infinito in potentia, id est, secundū quid, quia nulla potest esse maxima in via quin possit esse maior: sed terminatur extrinsece: quia nulla est tam perfecta, vt charitas patriæ. At verò cōcedendum est simpliciter in infinitū parua est aliqua pars cōtinui: quia nō solùm quacūq; parte data datur aliqua minor, sed quacunq; quātitate quātacunq; parua simpliciter imaginata, est aliqua pars minor in duplo & in quadruplo &c. Eodē modò quantum ad multitudinem, infinitæ simpliciter sunt partes in potentia: quia nō solùm quibuscunque partibus datis dantur plures: sed quocunque numero imaginato sunt in duplo plures & quadruplo. &c.

Secundū dubiū est de veritate il- No. 3.
lius sophismatis Hentisberi, infinita sunt fi- Dubiū.
nita. Vbi notāda est regula Sophistarum ꝙ 2.
ly infinitū, positū à parte prædicati accipit categorematicè pro re infinita: sed positū à parte subiecti nullo signo modificatū, accipitur syncategorematicè, & exponibiliter. Et sic sensus illius sophismatis est, aliquot sunt entia finita, & non tot quin plura sunt entia finita. Et Hētisber in hoc sensu cōcedit hoc sophisma. Sed certè in rigore est falsū, quāquā ille sit sensus. Nā in rigore secunda pars est falsa, nō tot quin plura sunt entia finita, imò demōstrato toto nūero creaturarū, falsū est dicere ꝙ plura illo sunt entia finita. Si tñ sit sermo de entib⁹ partialibus, quæ dicūtur entia in potentia verū est sophisma. Imò quāquā nō esset in mūdo nisi vnū pedale, esset verū: quia aliquot sunt partes continui, & non tot quin plures. Sed tñ in rigore nō accipit nisi pro totalibus: quia partes cōtinui nō sunt entia in actu. Si tñ sit sermo de partialibus, tunc nō sequitur infinita sunt finita: ergo aliqua finita sunt infinita. Quia in antecedēti vt vidimus capit syncategorematicè ly infinita, & in cōsequēti categorematice: & 2. quia dato vtrobiq; capiat eodē modo, antecedēs est verū, vt dictū est: sed consequēs est falsum, quia ly finita, solùm supponit pro numero finito indiuisibilium (nam omnia diuisibilia sunt infinitę partes) & tñ
pro indiuisibilibus nō supponit prędicatū. No. 4.
Tertiū dubiū est de veritate illius Dubiū.
triti sophismatis Buridani, infinita est linea 3.
gyratiua: & tñ nulla linea gyratiua est infinita. Pro cuius intelligētia supponatur quòd in quocunq; corpore. v.g. in colūna bipedalis longitudinis & pedalis latitudinis est signabilis per intellectū vna linea gyrans oēs partes proportionales secundū lōgitudinē: ita vt prima pars lineæ incipiēs à puncto terminatiuo columnæ, gyret primā pedalitatem, & secūda gyret medietatē secundæ pedalitatis, & ita per partes proportionales secundū longitudinē. Tunc clarū est ꝙ exponendo syncategorematice, quia in potentia aliquanta est linea gyratiua, & in duplo maior & in triplo, & tñ nulla est signabilis illic linea infinita categorematice: quia quęcūq; claudit īter duo pūcta terminatiua colūnę & tñ repugnat magnitudini infinitę, claudi inter duo pūcta, & sic īfinita est linea gyratiua, & tñ nulla linea gyratiua est īfinita: quia ī prima, ly īfinita, secūdū regulā positā acci-

pitur

pitur syncategorematicè, & in secunda categorematicè. Sed aliqui moderni negãt secũdam partem sophismatis vt Maioris, imò sicut infinita est linea gyratiua syncategorematicè. ita illa linea categorematicè est infinita. Et probatur, nã illa linea habet infinitas partes non communicantes vni certę datę ęquales, puta vni pedalitati ęquales: nam quælibet pars proportionalis illius lineę ad minus est pedalis, cùm gyret totã grossitiẽ columnæ. Vnde consequenter cõcedunt ꝙ quanquã infinitum rectũ non potest claudi inter duo pũcta, nihilominus potest claudi infinitum circulare. Ego tamen opinor quòd vtraque est falsa: & quòd infinita sit linea gyratiua, & quòd linea gyratiua sit infinita. Imò in nullo corpore potest signari aliqua pars & linea, quę sit lõgior ipso corpore. Quare illa totalis linea adhuc sic imaginata, non est nisi pedaliter longa: quia illæ circuitiones non protenduntur secundum longitudinem: sicut protenderetur filum, aut alia res discontinua, quæ ad modum fili per motum gyraret totum aliquod corpus. Nam aliàs eadem ratione cõcedendum esset totum illud corpus esse infinitè longum. Nam potest imaginari diuisio illius per partes proportionales secundùm latitudinem, ita vt prima pars sit bipedaliter longa & semipedaliter lata, & secunda sit bipedaliter longa, & lata vt vna quarta: & tertia, vt vna octaua & sic per partes latitudinis. Et cùm omnes sint continuę, sequeretur quòd totũ esset infinitè longum, cùm omnes sint ęquales secundum longitudinem: quod tamen esset consensu ridiculum. Si tamen loqueremur de infinito, non in actu, sed in potẽtia concedendum est quòd est separabilis non tam longa quin longior syncategorematicè, nulla tamen est separabilis infinite longa categorematicè. Sed hoc non est præsentis speculationis: in. 3. nanque Physicorum disputandum est an Deus possit facere infinitum in actu.

Not. 5. Dubiũ. 4. *Dubitatur vltimo, quomodo se habeant* infinitum categorematicè & syncategorematicè quantum ad conuertentiam: nempe in quibus casibus conuertãtur, & in quibus non. Respõdetur per duas propositiones. Prima, loquẽdo de infinito in potentia nõ cõuertũtur: nam infinitè magna est aliqua pars continui syncategorematicè, & nulla est infinita categorematicè: & infinitũ põdus potest Petrus portare, & nullum infinitum potest portare: & in infinitum potest diuidi continuum, & non possunt dari infinitę partes actu separatę, & in infinitũ potest crescere perfectio creaturæ, & tamen nulla creatura potest esse infinitè perfecta. Secunda, loquendo de infinito in actu, siue sit continuum, siue multitudo idem est syncategorematicè, & syncategorematicè accipiatur. Quare si nunc sint entia non tot quin plura syncategorematicè, etiã est multitudo infinita categorematicè. Et si sit continuum non tantùm quin maius syncategorematicè, erit infinitum categorematicè. Et si mundus fuisset ab ęterno, sicut fuissent infiniti homines syncategorematicè, ita fuissent infiniti categorematicè: quia non posset signari numerus finitus omnium præteritorum. Eodẽ modo respectu futuri, quia gloria sanctorũ & pœna damnatorum durabit perpetuò, erunt infinitæ cogitationes & volitiones, id est, non tot quin plures syncategorematice. Et eâdem ratione erunt infinitę categorematice (licet oppositum dixeramus in prima editione) nam certè non potest signari finitus numerus cogitationũ, quæ erunt. Quod si arguas quòd nunquàm peruenietur ad instans in quo verum est dicere, nunc sunt infinitæ transactæ. Conceditur, sed tamen non requiritur veritas de inesse pro aliquo instanti futuro: sed satis est ꝙ sit vera pro toto tempore futuro, quod erit infinitum, sed de hoc satis.

Lectio secunda.

Not. 1. Aeternum. *PAri modo ly æternum, accipitur* syncategorematicè: tanquàm signum exponibile, & categorematicè tanquam nomen rei, quæ est æterna. Syntegorematicè tantùm valet, respectu præteriti, sicut ante quodlibet instans præteritum verum, vel imaginarium: & respectu futuri tantùm valet sicut post quodlibet instans futurum verum vel imaginarium. Sed categorematicè, idem est quod res quæ habet totum esse simul, sicut est Deus. Non enim satis est: vt putãt ferè Moderni: ad hoc quòd res sit ęterna quòd neq; habuerit principium, nec habebit finem. Nam quanquam tẽpus nec habuisset principium nec finem, nõ esset ęternum; quia non habet partes simul, sed fuit in continuo fluxu. Imò nulla creatura potest esse propriè æterna, sed solus Deus, in quo non est præteritum & futurum, vt pulchrè docet sanctus Tho. 1. par. q. 10. sed hoc li

mites

Not. 2. mites transcendit Summulistarum.

Totus. *Nomen, totus, itidem accipitur: &* categorematicè & syncategorematicè. Primo modo accipitur, quãdo ponitur à parte prędicati. Et tunc, vt attribuitur magnitudini tantum valet quantum, ens per se subsistens, suis partibus cõstans. Nam totum, dicitur relatiuè ad partes. Quare angelus propriè non dicitur totum nec aliquod indiuisibile nisi fortè totum referatur ad potẽtias & actus sicut illic, Diliges Dominum toto corde, tota mente &c. id est, omnibus potentiis & actibus vt nihil repugnans dilectioni Dei in mente additas. Et dixerim suis partibus cõstans, taliter vt sit absolutum, vt habetur in textu: nã domus semidurata non dicitus propriè tota. Dico suis partib⁹, quæ sunt necessariæ ad esse totius. Nam homo abscissa manu dicitur totus. Et proportionabiliter vt attribuitur multitudini, totus populus dicitur, collectio ex omnibus indiuiduis. Ex quo sequitur veritas huius sophismatis: totum quod est in mundo capit bursa mea: nam vnus argẽteus est totum quod est in mundo. Eàdem ratione, anima sancti Petri est totum quod est in cœlo. Syncategorematicè verò ly, totus, tantum valet sicut quælibet pars: vt in illo sophismate Hentisberi, totus Petrus est minor Petro. Quòd si distribuat pro parte integrali, illud est verũ: nam quælibet pars integralis est minor Petro: sed si pro parte essentiali, est falsum: q̃a materia non est minor toto. Eàdem ratione istæ sunt veræ, totus Petr⁹ est aliqua pars Petri, totus Petrus est aliqua parte Petri minor. Quanquam hæc sit falsa, aliqua parte totus Petrus est minor.

Not. 3. Essentialiter. *Sunt quædam aduerbia, quæ inter* exponibilia signa computantur: vt essentialiter, intrinsecè. Quæ possunt facere sensum compositum, vt essentialiter homo est animal, id est, hæc prędicatio, homo est animal est essentialis. Prædicatio essentialis est, quãdo prędicatum est de essentia subiecti. Item possunt facere sensum diuisum: vt album essentialiter est coloratum, homo essentialiter est animal. Et tunc dicũt has propositiones debere resolui ratione subiecti, scilicet, hoc album essentialiter est coloratũ &c. Et hæc debet resolui per suum absolutum, scilicet, hoc album essentialiter est coloratũ, & hoc albũ essentialiter est Petrus: ergo Petrus essentialiter est coloratum. Vnde sequitur illã propositionem, album essentialiter est coloratum, esse falsam. Pari modo hãc, homo essentialiter est animal, & Petrus essentialiter est animal. Et posteà sic, Petr⁹ est hæc materia & hęc forma: ergo hęc materia & hęc forma essentialiter est animal. Vnde pariter inferunt illam, homo essentialiter est animal, esse falsam: quia stat has partes esse quando non sint animal: vt puta cùm sint separatæ.

At verò, certè non est philosophicum negare has, album essentialiter est coloratum, homo essentialiter est animal. Et ideò non licet resoluere connotatiuum in absolutum, nec totum in partes. Imò in illa consequentia, album essentialiter est coloratum, & album est Petrus: ergo Petrus essentialiter est coloratus, variatur appellatio. Et pariter in illa, Petrus essentialiter est animal, & Petrus est hæ partes: ergo &c. quia ly, essentialiter, appellat supra significatum formale subiecti, scilicet, q̃ de essentia albi inquantum album est esse coloratum, & de essentia hominis inquãtum homo est esse animal. Et isto modo exponitur ly, essentialiter. Quanquã explicatur etiam per propositionem de ly, quin, aut conditionalẽ, aut causalem: vt non stat aliquid esse album quin sit coloratum, si aliquid est homo illud est animal, Sed de his prædicationibus essentialibus in posterioribus fit latiùs sermo.

*Tandem ly, adæquatè, denotat com*mensurationem quandam: vt si diceres, eclypsis adæquatè durabit tres horas, sensus est nec plus, nec minus: homo adæquatè significat hominem, id est, significat hominem & nihil aliud. Vnde, qui opinantur quantitatem non distingui à re quanta, negant perfectè sphęricum posse tangere perfectè planum secũdum aliquam partem adæquatè, quia nulla est signabilis pars sphæræ, quæ secundum se & quodlibet sui tangat planum. Sed tangit secundum partem inadæquatè. Et hæc de exponibilibus. Not. 4. Adæquatè.

FINIS QVARTI LIBRI.

LIBER QVINTVS.



Ropositio est oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo, vel alicuius ab aliquo. Terminus est in quem resoluitur propositio, vt in subiectū & prædicatū. Dici de omni est qn̄ nihil est sumere sub subiecto, de quo non dicatur prædicatum, vt omnis homo disputat: hic disputatio prædicatur de homine, & nihil est sumere sub homine, de quo non dicatur disputatio. Dici de nullo est quando nihil est sumere sub subiecto à quo non remoueatur prædicatum: vt nullus homo disputat, hic disputatio remouetur ab homine: & nihil est sumere sub homine, à quo non remoueatur disputatio. Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis & concessis necesse est aliud accidere per ea, quæ posita sunt & concessa: vt omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis hō est substantia: hoc totū est orō in qua quibusdā positis. s. duabus p̄missis, necesse est aliud accidere, scilicet, conclusionem.

Lectio prima.

Hic est apud Petrum Hispanū quartus tractatus, nobis verò liber quintus & respondet libris Priorum Aristotelis vbi de syllogismo disputatio est: atq; adeò inter cæteros libros Summularum apprimè est necessarius, quem librum in tres partes distribuendū duximus. In priori textum exponentes, totam syllogismorum artē oculis legentium breui cōpendio subiicemus. In secunda verò rem argumentis latiùs explicabimus: ac demum in tertia de syllogismo expositorio, & de domo syllogizandi in terminis diuinis nonnihil disputabimus.

Quod ad primam partem attinet textum Petri Hispani in octo capitula partiti sumus. In quorum hoc primo præmissis principiis syllogismi, definitur quid est syllogismus: qui potissimùm subiectum huius libri est. Vbi notandum duo esse principia syllogismi instar rei naturalis, scilicet, materiale & formale. Principiū materiale est ex quo res componitur: & est in syllogismo duplex, scilicet, propinquum, quod est propositio: & remotum, quod est terminus. Propositio (inquit Petrus Hispanus) est oratio affirmatiua, vel negatiua, quæ sunt verba Aristotelis in hoc loco vbi Petrus Hispanus non intendit definire propositionem, sed supponit illam definitam esse in primo tractatu: & quatenus ad propositum attinet resumit hic qualitates propositionis, ex quibus cōficitur syllogismus. Et Aristoteles addit aliam esse vniuersalem, & aliam particularem: quasi dixerit, omnis syllogismus constat ex propositionibus affirmatiuis, aut negatiuis vniuersalibus, aut particularibus. Nam syllogismus expositorius nec est propriè demōstratorius, nec dialecticus, de quibus est præsens intētio. Subsequitur in textu pars remota syllogismi. Terminus, inquit, est in quem resoluitur propositio, vt in subiectum & prædicatū. Quæ verba sunt Aristotelis, vbi in vanum discruciantur glossatores cōtendentes verbum saltem substantiuum non esse terminum. Nam sicut non intendit hic Aristoteles definire propositionem, ita nec intentio eius est definire totam naturam termini: sed quatenus subseruit negotio præsenti. Constat enim syllogismus ex tribus propositionibus & tribus terminis. s. medio & duabus extremitatibus. Quare non cōnumerātur inter terminos hic syncategoremata: nec verbū substantiuum, tertium adiacens: quia non possunt medium esse, aut extremitates: verbum verò adiectiuum optimè cēsetur hic terminus, quia potest esse aut medium, aut extremitas: vt omne animal mouet, omnis homo est animal: ergo omnis homo mouetur. Et quodāmodo, est secūdum adiacens, potest esse extremitas: vt omne animal est, omnis hō est animal, ergo oīs homo est. Tametsi hmōi syllogismi non sint tam in vsu apud Arist.

Duo principia syllogis.

Tres termini in syllogismo.

Post principia materialia subsequi

tur in

Principiũ formale syllogismi

tur in textu principium formale syllogismi. Vbi notandum principium formale syllogismi esse duplex, scilicet, intrinsecũ: quod est dispositio in modo & figura, de quo dicturi sumus capite sequenti: & extrinsecum quod est mediũ per quod à priori manifestatur bonitas consequentiæ: & quo nititur vis illationis. Quod adhuc est duplex: aliud pro modis imperfectis quod est reductio eorum ad perfectos, aut per conuersionẽ, aut per impossibile, vt infrà palàm fiet. Et aliud est pro quatuor perfectis. s. dici de omni, ꝓ barbara & darij. Et dici de nullo pro celarẽt & ferio. Vbi secundò notandum ꝙ vt syllogismus sit ꝓbatiuus cõclusionis debet primùm esse bona consequẽtia, & prętereà procedere ex veris. Vnde examinatio bonitatis consequentię vocatur prior resolutio, id est, prius examen syllogismi. Quare libri quos de huiusmodi principiis edidit Arist. dicuntur libri priorum resolutionũ. Sed examinatio præmissarũ an sint veræ: & sint necessariæ &c. dicitur posterior resolutio, atq; ideò libri vbi talia principia traduntur dicuntur posteriorum resolutionũ. Quapropter duplex est dici de omni & dici de nullo. s. posterioristicum & prioristicũ. Dici de omni posterioristicũ est verè, ac necessariò prędicatũ dici de subiecto pro quolibet eius supposito, siue subiectum distribuatur siue non, vt omnis hõ est animal rõnale, aliquis homo est risibilis. Et dici de nullo est verè & necessariò negari de subiecto pro quolibet eius supposito: vt nullus homo est lapis. Et tales debent esse præmissæ ad generandum scientiam. Sed dici de omni prioristicũ est prædicatum affirmari de subiecto distributo, siue verè, siue falsè: vt omnis homo est animal omnis homo est lapis: & dici de nullo est negari de subiecto distributo, siue verè, siue falsè: vt nullus homo est lapis, nullus homo est animal. Nam quando examinatur bonitas consequẽtiæ nil refert veritas pręmissarum.

Prior & sterior, resolutio.

Dici de omni & nullo.

His ergo principiis prioristicis nititur vis illationis syllogismi perfecti. v. g. Negat tibi fortè pertinax quispiam, hũc syllogismum in darij modo perfecto, omnis homo est risibilis, aliquod animal est homo, ergo aliqđ animal est risibile, manifestas illum per dici de omni hoc modo. Natura vniuersalis affirmatiuæ est hæc ꝙ de quocunq; subsumpto sub subiecto dicatur prædicatum, & hoc exercetur in illa consequẽtia de darij: ergo illa est bona. Nec istæ ꝓmissæ sunt amplius probãdæ, sed supponẽdæ ex definitiõe vniuersalis affirmatiuæ. Hoc eñ est prædicari de subiecto distributo, quod prædicari de quocunq; subsumpto sub illo. Itaq; ostẽdit Aristoteles naturã propositionis vniuersalis esse vim illationis syllogismi perfecti. Quòd si contra quis arguat, ꝙ in hac probatione petitur principium: nam volumus probare darij esse bonã consequẽtiã per darij. s. de quocunq; sub sumpto subsubiecto vniuersalis affirmatiuæ dicitur prædicatũ & hoc exercetur in darij, ergo. Respõdetur ꝙ deueniendum est ad consequẽtiam per se notam ex terminis, & certè darij & cæteri modi perfecti sunt per se notę consequẽtiæ. Sed Aristo. declarat bonitatem illarum per terminos euidentiores, licet non per consequentiam, quæ ex forma sua sit euidentior & proportionabiliter dicendum de dici de nullo.

Sed contra hanc nostram expositionem est paruũ argumẽtum. Arguitur sic, Principia regulatiua debẽt esse omnibus syllogismis communia, sed syllogismi expositorij, vt Petrus disputat, Petrus est hõ: ergo hõ disputat, nõ regulãtur per dici de omni, cùm nullam habeat propositionẽ vniuersalẽ, imò nec syllogismi de medio cõmuni in obliquo, vt cuiuslibet hoĩs anima est rõnalis Pigmæus est hõ: ergo pigmæi anima est rationalis, quia in maiori prædicatũ non prædicatur de termino distributo. Sed de ly, anima, non distributo: ergo illa non sunt principia regulatiua syllogismi. Propter hoc argumentũ modernus quidã negat cõtra oẽs quotquot sunt glossatores Aristotelis esse principia formalia & regulatiua syllogismi. Sed dicit mentẽ Arist. & Petri Hispa. in illo verbo, dici de omni & dici de nullo, eã esse vt explicarẽt principia materialia ex quib⁹ cõficitur syllogismus, quia oĩs syllogismus cõstat ex vniuersali affirmatiua, vel vniuersali negatiua. Per q̃d cauet nè arguatur ex puris particularibus. Quod nititur cõfirmare authoritate Alberti Magni. 7. cap. 1. priorum, dicentis: Dici de omni prioristicũ propriũ esse prædicati denotãtis in esse cuicũq; parti subiecti actu distibuti in quo differt à dici de omni posterioristico huius, homo est animal. At verò vir aliàs ingeniosus sine ratione, imò contra rationẽ, negauit vniuersam scholam Dialecticorũ, dicens oẽs toto cœlo in hac parte errare. Primũ omniũ forma ipsa verborum Arist. ostendit illud esse principiũ formale. s. de omni est qñ nihil est sumere subiecti de quo nõ dicatur prædicatum.

Argu. 2.

tum. Nam hæc verba insinuant connexionem medij cum extremitatibus, & non solũ qualitatẽ vel quantitatẽ pręmissarũ, per consequens explicant vim illationis: nam aliâs satis esset dicere, dici de omni, est prædicatum dici de subiecto distributo. Secundò, Si hîc solùm constitueretur principium materiale syllogismi, nõ solũ adaptaretur modis perfectis cùm etiã imperfectis conueniat: vt constet ex vniuersali affirmatiua & negatiua. At verò Aristoteles postquam distinxit modos perfectos ab imperfectis statim subiungit dici de omni, & dici de nullo, ac deinceps regulas conuersionum: insinuans ꝙ sicut conuersio est formale principiũ imperfectorum, ita dici de omni est perfectorum, vt sanctus Tho. opusc. 47. ex tenore horum principiorũ colligit solũ syllogismum perfici his principiis, qui habet maiorem vniuersalem, & minorem affirmatiuam in prima figura. Tertiò, Si hæc essent principia materialia non distinguerẽtur, dici de omni, pro syllogismis affirmatiuis, & dici de nullo pro negatiuis. Nam bocardo & baroco sunt syllogismi negatiui, & tamen non constat ex vniuersali negatiua: Sed ex vniuersali affirmatiua. Quartò. Si hîc solùm doceretur omnem syllogismum constare ex vniuersali affirmatiua vel negatiua, eâdem ratione deberet subiungere aliud documẽtum, quòd omnis deberet constare ex aliqua affirmatiua: quia etiam hoc est necessarium. Sed hæc duo principia inferiùs simul traduntur vbi dicitur, ex puris particularibus nihil sequitur nec ex puris negatiuis: ergo hîc aliud prętẽditur. Et vltimo arguitur, Aristo. priùs distinguit propositionem affirmatiuã, & negatiuam, & vniuersalem & particularem: & posteà subiungit dici de omni & dici de nullo, quasi aliud principiũ distinctũ: ergo aliud voluit sentire quàm ꝙ syllogismus constaret ex vniuersali affirmatiua vel negatiua. Nullo ergo modo debet verti in dubiũ quo minus Arist. per dici de omni & dici de nullo intellexerit prĩcipia regulatiua. Et ad primum argumentum de syllogismo expositorio quod. s. Thomas loco citato ad hoc propositum format, ipse vbi respõdet quòd Arist. solùm loquit̃ de principio regulatiuo quatuor modorũ perfectorũ: & syllogismus expositorius non cõnumeratur inter illos: sed est quædam sensibilis demõstratio, quæ alio nititur principio, vt infrà videbimus. Et iste arguens sese punctim ferit. Nam etiã si dici de omni, intelligatur de principio materiali non conuenit syllogismo expositorio. Nec Albertus voluit negare hoc quod nos dicimus. Ad alterũ de obliquis potest dici quòd hæc principia constituuntur pro syllogismis in quibus medium est subiectum enũtiationis. Vnde quando est obliquus, reducendus est, vt reguletur hoc principio ad rectũ, vt perspicacior fiat. Vt cuiuslibet hominis equus est animal, Petrus est homo ergo &c. reducitur ad hunc, Quilibet homo est homo cuius equus est animal: Petrus est homo: ergo. vt reguletur immediatè per dici de omni. Vel etiam sine huiusmodi reductione potest regulari per dici de omni, ad bonum sensum cum simili habitudine terminorum in obliquo.

Lectio secunda.

*Post principia syllogismi mate*rialia & formalia subsequitur in secũda parte textus diffinitio syllogismi, qui est oratio in qua quibusdam positis &c. Syllogismus enim nomen Græcum est, Latini ratiocinationẽ appellant: seu collectionẽ plurium ad ratiocinandũ. Nam sylloge Grecè idem est quod Latinè collectio, Sed est notandũ duplicem esse syllogismum, Alius enim est hypotheticus, id est, cuius altera præmissarum est hypothetica: vt à conditionali cum positione antecedẽtis ad positionem cõsequentis: à disiũctiua cum destructione vnius partis ad positionem alterius: de quibus suprà dictum est. Alius est syllogismus categoricus, id est, cuius vtraq; præmissa est categorica. Rursus nomen, syllogismus, quandoq; accipitur pro præmisis tantùm: vt quando Arist. secundo Priorum inquit, ꝙ vnus syllogismus potest plures cõclusiones concludere: & vbi Petrus Hispanus cap. sequenti inquit, omnem syllogismum constare ex duabus propositionibus & tribus terminis. Aliquando etiam accipitur syllogismus pro tota consequentia, quę constat ex pręmisis & conclusione. Et isto modo videtur Petrus Hisp. accipere in hac definitione syllogismi, licet etiam posset definitio adaptari syllogismo accepto pro præmisis. Et dicit ꝙ syllogismus est oratio: nam est propositio hypothetica, in qua quibusdam positis, id est, duabus propositionibus dispositis in modo & figura: & cõcessis, id est, si cõcedantur: quæ particula non est Aristotel. quia nõ est de essentia boni syllogismi pręmissas esse veras, aut concessas. Sed hãc parculatim

Syllogismus.

ticulam accepit Petrus Hispa. à Boëtio, quæ non est prorsus superflua: nã per ipsam docentur iuuenes respondere, vt videlicet post concessam consequentiam & antecedens, teneantur concedere consequẽs, Quo fit vt syllogismus malus nõ sit syllogismus, quis dicatur cõsequentia: sicut homo pictus non est homo. At verò ille qui habet aliquam apparentiam dicitur paralogismus, vt quod ego sum tu non es, ego sum homo, ergo tu non es homo. Quinimò vt consequentia sit simpliciter syllogismus, exigitur vt sit cõsequentia formalis.

Consequẽtia formalis.

Consequentia, vt insinuauimus lib. secundo. c. de inductione, alia est materialis, alia verò formalis. Materialis est, quæ tenet solùm in talibus terminis & tali materia: formalis, quæ tenet in quacũq; materia & quibuscunq; terminis eiusdem formæ. Et dialectici huius temporis censent consequentias materiales illas, quæ tenent ab inferiori ad suum superius, à definitione ad definitum, & similes: vt Petrus est homo, ergo est animal. Nam dicunt in simili forma nõ valere, est homo ergo, est equus, sed re vera gratis negatur huiusmodi consequentias esse formales, cùm teneant in quacunque materia, tam naturali, quàm remota, q̃ contingenti. Vnde nos dicimus has cõsequẽtias nõ esse similis formæ, Petrus est homo, ergo est animal: Petrus est homo, ergo est equus. Petrus est homo, ergo est animal rationale. Petrus est homo: ergo est animal album. Nam illa habitudo inter inferius & superius, definitum & definitionẽ est intrinseca & seruãda ad instandũ in simili forma: gratis enim putant ꝙ sola identitas terminorum est intrinsecè seruãda. Imò verò omnis habitudo terminorũ, quæ exprimitur in aliquo loco arguẽdi locali est necessariò seruanda in similitudine formæ. Et hæc est regula fundamẽtalis in hac materia. Sed cõsequẽtia materialis est illa, quę nõ tenet per aliquẽ dialecticũ locum, sed solũ tenet in tali materia. Vt hõ est rationalis, ergo oĩs homo est rationalis, à non distributo ad distributum: homo nõ est lapis, ergo nullus hõ est lapis. Quæ consequentiæ solùm tenent in materia naturali & in materia remota. Vnde ad hoc ꝙ aliqua consequẽtia sit similis formæ cum alia requiritur primò quamlibet categoricam vnius esse similis formę cum categorica alterius in simili situ, vt puta maiorem cum maiori, minorẽ cum minori, conclusionẽ cum conclusione iuxta modũ expositũ in de oppo. Secundò requiritur ꝙ qualis est habitudo inter præmissas vnius ad inuicem, & qualis est inter præmissas & conclusionem, talis seruetur inter pręmissas alterius ad inuicem & inter præmissas & conclusionem, secundum exigentiam loci dialectici in tali materia. Ex his duabus conditionibus comprehenduntur innumeræ, quas multiplicant Summulistę. Nec opùs est distinguere inter similitudinem formæ & similitudinem formę acceptionis terminorũ vt diximus, in de oppositionibus. v. g. Huic cõsequentiæ, oĩs homo est homo, & aliquis homo est homo: ergo aliquis homo est homo, vis aliam assignare in simili forma, primò iuxta primam conditionẽ debet illa constare ex tribus affirmatiuis: quarum maior sit vniuersalis, minor verò & conclusio sint particulares, & si consideref tanquã in darij, tunc quia in definitione de darij habetur ꝙ subiectũ maioris sit prædicatũ minoris, & subiectũ minoris sit subiectũ cõclu. & præ. maioris præ. cõclusionis, istæ tres habitudines sunt necessariò seruãdæ. Sed idẽtitas inter extrema eiusdem categoricæ non est seruanda. Quare hæc est similis formæ illius, omne animal rationale est risibile, aliquis homo est animal rationale, ergo aliquis homo est risibilis. Si verò consideretur in dabitis modo, cõcludente indirectè, tunc intrinseca habitudo est è conuerso inter prędi. ma. & sub. con clu. & subie. mi. & præ. con. Quare hęc est similis formę secundũ illã dispositionẽ omne animal rationale est risibile, aliquis homo est animal rationale: ergo aliquod risibile est homo. Sed si cõsideretur in dabitis, modo tertię figurę, tunc identitas intrinseca est inter subiecta præmissarũ, & inter prædicatum minoris & subiectum conclusionis, & inter prędicatũ maioris & prędicatũ cõclusionis. Quare hæc est similis formæ, omne animal ratiõale est risibile, aliquod animal rationale est homo, ergo aliquis homo est risibilis. Ecce quemadmodũ tres istæ consequentię, quæ inter se nõ sunt similis formæ, omnes sunt similis formæ illius prioris, secundum diuersas cõsiderationes. Eâdem ratione in secunda figura cęsare, & camestres, non sunt eiusdem formæ, vt nullus lapis est animal, omnis hõ est animal: ergo nullus homo est lapis. omnis homo est animal, nullus lapis est animal, ergo nullus lapis est homo. Et breuiter nulli duo syllogismi diuersarum figurarum aut modorum sunt eius-

dem formę:& clariùs patebit.c.secundo,vbi explicabimus dispositiones omnium figurarum & modorum.

Tres cōditiones syllogis.

Igitur ad hoc quòd aliqua consequentia sit syllogismus tres conditiones requirūtur. Prima, ꝙ sit cōsequētia formalis. Quare hæc cōsequētia non est syllogismus, aliquod animal est risibile,aliquis homo est animal: ergo aliquis homo est risibilis. Secundò,quod antecedens constet ex duabus propositionibus debitè dispositis in modo & figura:vt.c.seq.declarabitur: defectu cui' hic non est syllogismus, si Petrus currit Petrus mouetur,sed Petrus currit,ergo. Tertiò requiritur quòd talis consequentia teneat solùm virtute cōnexionis medij cum extremitatibus. Quare hæc consequentia nō est syllogismus, cuiuslibet hominis equus est animal,Petrus est homo,ergo equus est animal,quia illa conclusio ex sola maiori sequitur sine minori. Et hanc conditionem insinuauit Petrus Hispanus per illam particulam, per ea,quæ posita sunt. Et Aristot.per illam,eò quòd hæc sunt, quasi dixerit syllogismum esse consequentiam, vbi conclusio solùm sequitur ex connexione medij cum extremitatibus. Vnde hæc potest ex dictis colligi expositio definitionis: Syllogismus est consequentia formalis,in qua virtute cōnexionis medij cum extremitatibus, sequitur connexio extremitatum inter se.Expositio,inquam: quia pro definitione non est vtendum Summulistis nisi illa,quam tradit Petrus Hispanus, quoadusq; definitionem Aristo.edoctus fuerit.

Expositio definitionis.

Ex his sequūtur documenta obseruāda in hac materia. Primùm Quemadmodū diximus in oppositionibus cōditiones esse causam legis & legem esse infallibilem effectum conditionum, ita hic conditiones requisitę sunt infallibilis causa bonitatis cōsequētiæ.Ex quo sequitur.2. ꝙ non licet cuicunq; pro libito negare consequētiam formalem esse syllogisticam,videlicet,quia deficit aliqua conditio quā ipse finxerit.Sed si consequentia est formalis virtute connexiōnis,per hoc probatur à posteriori nullā deficere conditionē syllogismo.Nec rursus sufficit asignare pro defectu quòd datur antecedens verū & consequēs falsum. Sed si consequentia habet apparentiam syllogismi, asignandus est defectus alterius conditionis ratione cuius non est bona,Superuacanea est hic disputatio,syllogismus, an argumentatio in cōmuni sit subiectum huius libri: manifestum enim est syllogismum esse subiectum sicut libris Priorū Arist.vbi nō disputatur de argumentatione,nisi quatenus pertinet ad rimandum naturam syllogismi.

Subiectū libri.

Caput secundum.



Mnis autē syllogismus constat ex tribus terminis, et duabus propositionibus quarum prima vocatur maior, & secunda minor. Ex tribus autem terminis non possunt fieri duę propositiones nisi aliquis illorum sumatur bis. Et tunc ille terminus bis sumptus, aut subiicitur in vna & prędicatur in alia, & tunc est prima figura: aut prædicatur in vtraq;, & sic est secūda figura: aut subiicitur in vtraq;, & sic est tertia figura. Horum autem terminorum alius vocatur medium, alius maior extremitas, alius minor extremitas. Medium est terminus bis sumptus ante conclusionem. Maior extremitas est terminus sumptus in maiori propositione cum medio. Minor extremitas est terminus sumptus in minori propositione cum medio. Ad syllogismum autem exigitur modus & figura. Figura est ordinatio trium terminorum secundum debitam subiectionem & prædicationem. Hæc autem ordinatio fit tribus modis: vt dictum est prius. Et secundum hoc tres sunt figuræ. Prima figura est quando mediū subiicitur in vna propositione & prędicatur in alia: vt omne animal est substantia, oīs homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Secunda,

quando

quādo medium prædicatur in vtraq;: vt nullus lapis est animal: omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. Tertia, quando medium subiicitur in vtraq;, vt omnis homo est substantia, omnis homo est animal, ergo quoddā animal est substantia. Vnde versus: Sub præ. prima: secunda, præ bis, tertia, bis sub. Modus est ordinatio duarum propositionum in debita quantitate & qualitate. Debita quātitas est, q; si vna est particularis, altera erit vniuersalis. Debita qualitas est quód si vna est negatiua altera erit affirmatiua.

Lectio vnica.

Principia syllogis. 7. *In hoc secundo capite traduntur* in particulari omnia principia syllogismi, quæ sunt septem: quinque materialia, scilicet maior propositio, & minor propositio, maior extremitas, minor extremitas, & medium. Sed principia formalia sunt duo, scilicet, modus, & figura. Figuræ sunt tres, prima, secunda, & tertia. Modi verò sunt decē & nouem, vt puta nouem in prima figura, quatuor in secunda, & sex in tertia. Vbi notandum quòd principium materiale, vt suprà diximus, est duplex, aliud propinquū, quod est propositio: & aliud remotū, quod est subiectum, aut prædicatum. Propositio inquam, aut complexū propositionale: vt si omnis homo disputaret & Petrus esset homo, Petrus disputaret. Et prima propositio dicitur maior, secunda verò minor. Et ratio huius est: quia secūda propositio est sub sumpta sub priori: vt si dicas, omne animal rationale est risibile, omnis hō est animal rationale, subiectum primæ continet prædicatum secundæ. Et propterea dicitur maior, id est, superior vel excedens. Et est prætereà notanda, vt exactè loquaris, differentia inter conclusionem & consequens, & inter antecedens, & præmissas. Nam antecedens dicitur correlatiuè ad consequens: & sunt termini magis cōmunes, qui conueniūt partibus cuiusq; consequētiæ: siue sit syllogistica siue non. Sed præmissę & cōclusio specialiter dicuntur de partibus syllogismi. Sed arguitur contra hoc sequeretur in mēte vltimata nullam esse maiorem, aut minorem præmissam cùm nullus sit illic localis ordo. Quòd si dixeris illam esse maiorem, quæ prius concipitur, ad minùs si esset aliquis intellectus, qui simul conciperet ambas, non possent distingui. Respondetur in primis, q; istæ definitiones dantur de præmissis in voce, vbi est ordo proferendi. Secundò dicimus, q; in mente illa dicitur maior, quæ concipitur tā quam sub cuius extremo alia subsumitur: sicut illud dicitur prædicatum quod concipitur tanquam de alio dictum.

Maior & minor proposi.

Principia remota syllogismi sunt extrema propositionum. Et sunt tres termini: vnde cùm ex tribus terminis, vt habetur in textu, nō possint constitui duæ propositiones nisi aliquis illorū bis sumatur, ille habet vicē medij & alij duo sunt extremitates. Not. 2.

Vnde mediū est terminus bis sumptus ante conclusionem ita vt sit extremū, vel pars extremi, in vtraque præmissarum. Et debet esse idem voce, & significatione. vt diximus in oppositionibus. Hic enim non est syllogismus saltem ad cōuincendum, omnis lapis est durus, omne saxū est petra: ergo omne saxum est durū. Maior extremitas est terminus sumptus in maiori propositione cū medio, id est, alterum extremū maioris ab illo in quo ponitur medium. Minor extremitas est terminus sumptus in minori propositione cum medio, id est, alterum extremum minoris ab illo in quo situatur medium: verbi gratia, in hoc sillogismo, omne animal est substantia, omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia, ly, animal, est medium: ly, sustantia, maior extremitas: & ly, homo, minor: sed in hoc, cuiuslibet hominis equus est animal, Petrus est homo, ergo Petri equus est animal, ly, homo, est medium: non enim requiritur, quòd in eodem casu sit in vtraque præmissarum, Et quanquā ly, equus ponatur in maiori cum medio, tamē non est maior extremitas, sed solùm ly, animal. Et dicuntur maior & minor extremitas eàdem ratione, qua maior & minor propositio, nam maior extremitas, saltem in quatuor syllogismis perfectis, prædicatur de minori. Imò in prædicationibus directis, vt videbimus in arte inueniendi medium. semper maior extremitas est terminus superior in syllogismis affirmatiuis concludentibus directè, vel saltem

Medium.

Minor & maior extremitas.

superior in respectu minoris.

Not. 3. *Post principia materialia syllogismi* subsequunt in textu principia duo formalia. s. figura & modus. Figura enim est dispositio trium terminorum secundũ debitam subiectionem & prædicationẽ. v. g. Dispositio horum triũ terminorũ, hõ, animal, substantia, in iis præmissis omne animal est substantia, omnis homo est animal, videlicet ꝙ ille qui subiicit in prima prædicatur in secunda, dicitur figura. Quemadmodum enim in quãtitatibus superficies, quę tribus lineis clauditur habet primò rationẽ figurę, ita in syllogismis connexio trium terminorum dicitur figura. Hæc autem ordinatio fit tribus modis & secundum hoc sunt tres figuræ. Prima, quando medium subiicitur in vna pręmissarum & prędicatur in altera. Et dicitur prima, quia tunc medium habet propriam sedẽ medij: tũc enim propriè mediat, quando subiicitur vni extremitati & prædicatur de alia. Et ideo dicit hic Aristo. ꝙ mediũ in prima figura est positione medium, id est, situ & prædicatione. Secunda, quando mediũ prędicatur in vtraq;: vt nullus lapis est animal, omnis homo est animal Et dicitur secunda: quia medium illic maiorem dignitatem habet, quàm in tertia. Est enim tertia figura vbi medium subiicitur in vtraq;: vt omnis homo est substãtia, omnis homo est animal. Et ideo dicit Arist. ꝙ medium in secũda figura est positione primũ, & in tertia positione vltimũ. Nam prędicatum: quia est forma subiecti habet digniorẽ situm. Vnde versus, Sub prę, prima: id est, mediũ in prima figura subiicitur & prędicatur: secunda præ, bis: id est, in secunda prædicatur bis: tertia, bis, sub, id est, in tertia bis subiicitur. Aiunt Galenum instituisse quartam figuram, vbi mediũ prædicatur in maiori & subiicitur in minori: vt omnis homo est animal, & omne animal est substantia, quæ differt à prima figura sola transpositione præmissarum. Et certè est aptissima figura ad disputandum. Sed tamen Petrus Hispanus sequutus Aristotelẽ sub prima figura comprehendit omnem syllogismũ vbi medium subiicitur in vna, siue maiori siue minori, & prædicat in altera. Et Arist. nunq̃ vtitur prima figura, nisi vbi mediũ subiicitur in maiori. Vtpote quæ aptissimè regulatur per dici de omni & dici de nullo.

Not. 4. *Alterum principium intrinsecum* formale est modus: qui est ordinatio duarũ propositionũ in debita quãtitate, & qualitate. Debita quãtitas est, ꝙ si vna particularis est, altera sit vniuersalis. Debita qualitas est ꝙ si est vna negatiua, altera sit affirmatiua. Ex quo sequit ꝙ sicut figura est dispositio principij materialis remoti, puta terminorum, ita modus est dispositio principij propinqui. s. propositionum. Et vtraq; dispositio consideratur solùm inter præmissas.

Fortè quis argutabit hic quòd non omnis syllogismus constet solùm ex tribus terminis: vt si dicas, cuiuslibet hominis iusti præmium est beatitudo. Petrus vel Paulus est homo iustus: ergo Petri vel Pauli pręmium est beatitudo. Vbi plures sunt quã quatuor termini simplices. Item ꝙ non omnis syllogismus constet ex solis duabus præmissis categoricis: vt si dicat, omnis homo est risibilis, & omnis equus est hinnibilis, sed Petrus est homo, brunellus est equus, ergo Petrus est risibilis & brunellus est hinnibilis. Dicendum tamen ad primũ quãdo dicimus omnem syllogismũ constare ex tribus terminis, intelligit ꝙ fungatur officio triũ. s. medij & duarum extremitatum, siue sint simplices, siue complexi. Cui tamen non repunat, ꝙ aliquid addatur medio in aliqua præmissarum quod posteà concludatur cũ aliqua extremitate in conclusione: vt inferius videbimus. Alia verò consequentia, quę formatur ex quatuor præmissis & duabus conclusionibus tenet in virtute duorum syllogismorum copulatiuè. Not. 5.

Caput tertium.



Nde tales dãtur regulę vniuersales ad quãlibet figurã. Ex puris particularibus indefinitis: aut singularibus nihil sequitur. Vnde oportet alterã præmissarũ esse vniuersalem. Itẽ ex puris negatiuis nihil sequitur. Vnde oportet alteram pręmissarum esse affirmatiuam. Itẽ si aliqua præmissarum fuerit particularis, conclusio

clusio erit particularis: & nõ ecõtra.
Item si aliqua præmissarum fuerit negatiua, conclusio erit negatiua.
Item, medium nunquam debet poni in conclusione.

Lectio vnica.

Nota.1. Quinq; regulæ. *In hoc tertio capite Petrus Hispanus* colligit quinq; regulas ex dispositione modi & figuræ: dixerat enim debitã quãtitatem modi eam esse, vt si vna præmissarũ sit particularis altera sit vniuersalis, & si vna sit negatiua altera sit affirmatiua. Vnde colligũtur duę regulæ. Prima ex puris particularib⁹ nihil sequitur. Secũda ex puris negatiuis nihil sequitur, id est, ambabus præmisis existentibus particularibus, aut ambabus existentibus negatiuis, nulla sequitur conclusio syllogisticè. His duabus respondent aliæ duę respectu conclusionis. Tertia, Si aliqua præmissarum fuerit particularis, cõclusio erit particularis. Permittitur tamẽ vt ambabus existentibus vniuersalibus, cõclusio non sit vniuersalis: vt patet in baralipton & darapti. Quarta, Si aliqua pręmissarum fuerit negatiua, cõclusio erit negatiua: sed si ambę fuerint affirmatiuæ, conclusio debet esse affirmatiua. Quinta regula, Medium nõ debet intrare conclusionem. Et hæc colligitur ex dispositione figuræ: quę in hoc consistit vt ex connexione quam habent extremitates cum medio in pręmisis, sequatur connexio extremitatum inter se.

Nota.2. *At verò, vt hæc perspicaciora fiãt* operæ precium est vniuersas cõditiones boni syllogismi atq; adeò defect⁹ paralogismi ob oculos ponere. Sunt igitur primùm omnium tria in genere requisita (vt suprà diximus) adhoc vt aliqua consequentia sit syllogismus: quæ in eius definitione explicãtur, videlicet, qđ sit cõsequentia formalis, quòd ꝓcedat ex præmisis debitè dispositis, quòd teneat virtute cõnexionis medij cum extremitatibus. Sed in speciali requiruntur aliæ quatuor conditiones essentiales. Prima, Medium debet esse totale extremum in altera
1. conditio premissarum. Defectu cuius istæ præmissę non sunt debitè dispositæ, cuiuslibet hominis equus est hinnibilis, & cuiuslibet hominis canis est latrabilis, subintelligatur in hac cõditione, nisi aliquid ei addatur ad seruandam aliquam proprietatẽ logicalem, vt hic, cuiuslibet hoĩs equus est hinnibilis, Adam posibiliter est homo qui est. Vbi illa copula implicationis additur medio in minori, vt teneatur tam strictè sicut in maiori: sed non requiritur quòd medium in vtraq; sit totale extremũ: vt hic, cuiuslibet hominis equ⁹ est animal, & Petrus est homo. Secũda. Mediũ 2. conditio sub ratione medij non debet intrare conclusionem: defectu cuius hic nõ habet formam syllogismi, omne animal est substantia, omnis homo est animal: ergo omnis hõ est substantia quæ est animal. Dixerim sub ratione medij: quia quando extremitas est eadem cum medio, potest intrare sub ratione extremitatis. Item potest intrare mediũ conclusionem ad seruãdam proprietatem logicalẽ: vt hic, Coruscus est veniẽs, cognosco coruscum: ergo conosco coruscum qui venit: nam si inferas, cognosco veniẽtem, variatur appellatio, vt infrà latiùs explicabitur. Tertia. Id quod se tenet ex parte medij in maio- 3. conditio ri, debet concludi cum minori extremitate: & id quod tenet cum medio in minori debet cõcludi cũ maiori extremitate, debetq; concludi minor extremitas in eodem casu quo erat medium in maiori: & maior extremitas, in eodem casu quo stabat medium in maiori: vt cuiuslibet hominis equus est animal, Petrus est homo: ergo Petri equus est animal. Itẽ, oĩs homo est animal, brunellus est hominis equus, ergo brunell⁹ est animalis equus. Quarta, extremitates debent esse 4. cõditio. totalia extrema tam in præmisis quàm in conclusione: nisi aliquid concludatur cũ extremitate, quod se tenebat cum medio secũdum tertiã regulam, vel aliquid addatur ad seruandum proprietatem logicalem: vt si dicas, omnis homo posibiliter est iustus, omne animal est homo: ergo omne aĩal quod est, posibiliter est iustum. Nam si non adderes restrictionem in cõclusione, argueretur ànon amplo ad amplum distributiuè. Et casu quo inter animalia nõn essent nisi homines, antecedens esset verum & consequens falsum. Et quando deficit hæc quarta cõditio, dicitur argumentum in quatuor terminis: Vt hic, qui videtur syllogismus in baroco, & tñ non est, cuiuslibet hominis equus currit, risibilis equus non currit: ergo risibile non est hõ. Nam si totalia subiecta pręmissarum accipiantur pro extremitatibus, est defectus ꝙ non sunt extrema in conclusione: & si solũ determinatiões sunt extremitates, est defect⁹ ꝙ nõ sunt totalia extrema in

præmissis. Illi qui opinātur in mēte vltimata nunquàm solum adiectiuum esse totale extremum, sed semper ibi esse expressum substantiuū, dicunt huiusmodi argumenta peccare in quatuor terminis. Omnis ꝓpositio est vera, cōsequentia est propositio: ergo cōsequentia est vera. Omnis motus est velox, qualitas est motus: ergo qualitas est velox: quia in prima (dicunt) prędicatum maioris est totum hoc, propositio vera: & prædicatū conclusionis, totum hoc, consequentia vera Ego tamē credo ꝙ prædicatum vtrobiq; est solum ly, vera, in mente sicut in voce: sed in maiori appellat supra significatum de ly, ꝓpositio, & in conclusione suprà significatū de ly, consequētia. Et ideo nè varietur appellatio, concludendum est, cōsequentia est ꝓpositio vera. Et eodem modo in secunda cōcludendum est, qualitas est motus velox.

Nota: 3. *Sunt præter istas aliæ cōditiones* quodammodò accidentales ratione quantitatis & qualitatis & aliarum proprietatum logicalium: quæ quidam exprimunt per defectus contrarios. Vnde defectuum syllogismi, alij sunt intrinseci alij verò extrinseci. (Duplices defectus.) Defectus intrinsecus est ille qui cōmittitur in præmissis ex parte medij in modo subsumendi. Et talis defectus reddit præmissas inhabiles, vt nullam possint inferre conclusionem syllogisticè. Defectus extrinsecus est ille qui committitur ex parte extremitatū in modo inferendi talem conclusionem: & hic non reddit præmissas inhabiles, sed solū obstat nè inferatur talis conclusio. Et ideò quādo potest assignari defectus intrinsecus non est necesse recurrere ad exrrinsecū. Igitur defectus intrinseci sunt septem. Primus, (1. defectus intrinsec⁹.) quando medium in prẹmissis tenetur ęquiuocè. Nam tunc æquiualenter nullum est medium: quia nullus idem terminus sumitur bis ante conclusionem. Et in hoc peccat syllogismus ille quem irridet Seneca, omnis mus est animal, mus est syllaba: ergo syllaba est animal. Nam medium in maiori tenetur personaliter: & in minori materialiter: quare præmissæ sunt. inhabiles. Secundus, (2. defectus) quando medium in altera præmissarum tenetur vnica acceptione & in altera pluribus nisi fortè illa vbi accipitur pluribus, inferat vnam aliam: vbi accipitur vnica: quare non sequitur in bocardo. Hominis equus non est animal, omnis equ⁹ hominis est hinnibilis: ergo aliquod hinnibile non est animal: verificatur enim maior pro hominibus nō habentibus equos. Sed tamē bene sequitur in darij, cuiuslibet hominis quilibet equus est animal, aliquod hinnibile est equus hominis: ergo aliquod hinnibile est animal: quia maior, vbi mediū accipitur plurib⁹, infert hāc, quilibet equus hominis est animal, vbi accipitur vnica. Tertius, Quando medium in nulla præmissarū, nec ambab⁹, simul cōpletè distribuitur. (3. defectus.) Ob quem defectū istæ prẹmissę sunt inhabiles, oē animal fuit in arca Noe. Aristo. aliquod animal est vel fuit, si distributio in maiori fiat pro generibus singulorum. At quādo medium est aliquod cōplexum, sufficit vnā partem distribui in vna præmissarū & aliā in altera, nam tunc totū distribuitur in ambabus simul, vt si dicas omnis hō & equus sunt substantiæ: homo & quilibet equ⁹ sunt animalia, optimè inferūt in tertia figura, animalia sunt substātię. Eadem ratione si in præcedente syllogismo ly animal, distributum in maiori pro generib⁹ singulorū, particularizaretur in minori opposito modo, nullus esset defectus. Et eadē ratione nec in his est defectus, vterq; homo disputat, Petrus est alter homo: vt illa signa opposito modo distribuant. Hunc defectū voluit sentire Petrus Hispanus per primam regulam, ex puris particularibus nihil sequitur: nā quanquàm ipse non loquebatur nisi de particulari propositione, vt in materia de quātitate propositionis, tamen si ambę præmissæ sunt particulares de modo loquendi consueto: nō distribuitur medium, vt possit concludi propositio de modo loquendi cōsueto. Quartus, Quādo medium est copulatum complexiuè sumptum, cuius vna pars (4. defect⁹.) distribuitur in aliqua præmissarū in ordine ad aliā partē supponentem cōfusè, & in altera præmissa manet confusè. Quare istæ præmissę sunt inhabiles, omnis hō & equ⁹ sunt animalia, & omnia risibilia homo & omnis equus sunt. Sed hic defectus in secunda parte examinabitur: Quintus, Quando mediū (5. defectus) vbi non distribuitur accipitur magis amplè quàm vbi distribuitur. Magis inquam amplè aut minùs restrictè, aut minùs appellatè ita vt stet supponere pro aliquo vbi non distribuitur pro quo non supponat vbi distribuitur: nam tunc non perfectè distribuitur Quare hæ præmissæ nō sunt habiles, omne albū est homo, & omnis equus possibiliter est albus. Sextus. Quando medium in præmissa affirmatiua accipitur magis amplè q̄ (6. defectus) in negatiua, ita vt stet supponere in affirmatiua pro aliquo pro quo nō supponat in negatiua

gatiua. Quare istæ non sunt habiles, Nullus homo est albus, & omnis homo possibiliter est albus, nec in secunda nec in tertia figura. Septimus defectus est, quando neutra præmissarum est affirmatiua, vt habetur in secunda regula textuali, scilicet, ex puris negatiuis nihil sequitur. Et nota, ex puris, quia non sufficit, vt sint formaliter affirmatiuæ: sed requiritur quòd sint virtualiter. Quare istæ sunt simpliciter inhabiles, omnis homo non contingenter non est albus, & omne risibile non contingenter non est homo, vbi ambæ præmissæ sunt virtualiter negatiuæ. Nam ly, contingenter, negatum, infertur ex vna purè negatiua: quia exponitur disiunctiuè, & vna exponentium est purè negatiua. Rationem huius regulæ adducit, Sanctus Thomas opusculo. 47. quia conclusio affirmatiua non sequitur nisi propter conuenientiam extremitatũ cum vno tertio, & ideo tunc ambæ præmissæ debent esse affirmatiuæ: sed conclusio negatiua non sequitur nisi quia vna præmissarũ disconuenit alicui tertio cui altera conuenit. Quare tunc altera præmissarum debet esse affirmatiua.

7. defectus

Nota. 4.

Defectus extrinseci in modo concludendi sunt itidem septem proportionabiles intrinsecis. Primus, Quando aliqua extremitatum tenetur æquiuocè in antecedẽti & consequenti: vt non sequitur, nulla syllaba est animal, mus est syllaba: ergo mus non est animal: quia arguendo ex contradictorio conclusionis cum eadem minori ad contradictorium maioris, committeretur primus defectus intrinsecus. Secundus. Quando aliqua extremitatum in præmissis tenetur pluribus & in conclusione vnica aut è conuerso: & debet intelligi sicut secundus defectus intrinsecus. Quare non sequitur, omne hinibile est animal, hominis equ⁹ non est animal: ergo aliquis equus hominis non est hinnibilis: nam si ex eadem minori pro maiori, & contradictorio conclusionis pro minori, velles inferre in bocardo contradictorium maioris committeres secundum defectum intrinsecum. Tertius, Quando arguitur à non distributo ad distributũ. Qui defectus cauetur per tertiam regulam textualem: videlicet, aliqua præmissarum existenti particulari, cõclusio debet esse particularis. Cuius sensus est quòd nullus terminus non distributus in antecedenti debet distribui in consequenti: Quare non sequitur, omnis homo est animal, equus non est homo: ergo equus non est animal: nam si assumas eandem maiorem, & contradictoriam conclusionis, pro minori in secunda figura, ad inferendum contradictoriam minoris, committes tertiũ defectum intrinsecum. Etidem defectus committitur in illo sophismate quod sophista quidam fecit aduersus Diogenem: Quod ego sum tu non es ego sum homo, ergo tu non es homo. Quartus, Quando arguitur à confusa ad determinatam. Quare nõ sequitur in fapesmo, omne risibile est rationale, omnis homo risibilis nõ est: ergo aliquod rõale nõ est hõ. Quintus. Quando arguitur à non amplo ad amplum cum distributione ampli siue affirmatiuè siue negatiuè. Per non amplum, intelligo etiam, minus amplum, & magis restrictum. Vt non sequitur, omnis homo possibiliter est risibilis, omne animal est homo ergo omne animal possibiliter est risibile, vbi ex parte minoris extremitatis arguitur à nõ amplo ad amplum. Et in vtraque, si assumeres eandem minorem & contradictorium conclusionis pro præmissis ad inferendum contradictoriam maioris, videres quintum defectum intrinsecum, Liceret tamen vtrobiq; inferre particularem, vbi ly, animal, nõ distribueretur. Sextus, Quando argueretur ab amplo ad non amplum affirmatiuè, vel cum distributione, vel sine distributione.

1. defectus extrinsec⁹

2. defectus

3. defectus.

4. defect⁹.

5. defectus

6. defectus

Vt non sequitur, omnis homo est risibilis, omne album omnis homo est vel fuit: ergo omne album est risibile: nec sequeretur, ergo album est risibile: nam si homines fuerint albi, & modò nigri, antecedens est verum & consequens falsum. Et si assumeres eandem minorem & oppositum conclusionis pro præmissis, ad inferendum oppositum maioris, videres sextum defectum intrinsecum. Per hos duos defectus, quintum & sextum, explicantur alij duo oppositi istis: videlicet, quando arguitur ab amplo ad non amplum sine distributione ampli, vel affirmatiuè vel negatiuè: item quando arguitur à non amplo ad amplum negatiuè, vel cum distributione vel sine distributione: vt in de ampliationibus expositum est. Septimus. Quando aliqua præmissarum existẽte negatiua, conclusio est affirmatiua cõtra quartam regulam textualem: Quare non sequitur nullum creans contingenter est essentia diuina: Deus contingenter est creans: ergo Deus contingenter est essentia diuina, quia maior est negatiua & conclu-

7. defectus

conclusio est virtualiter affirmatiua. Nec sequitur, omnis homo est, & non fuit albus, Petrus est vel nō fuit homo: ergo Petrus est & non fuit albus. Octauus defectus, potest super addi quando copula conclusionis nō sequitur copulam maioris. Erat enim regula apud antiquos. Copula conclusionis insequitur copulam maioris. Defectu cuius nō sequitur, omnis homo est alb⁹, Petrus essentialiter est homo: ergo Petr⁹ essentialiter est albus. At verò defectum istum comprehendunt moderni sub defectu ampliationis vel appellatiōis. Enimverò variatio copulę nullus est defectus, nisi quādo ratione illius variatur ampliatio, restrictio, aut appellatio. Accuratè igitur obseruate, queadmodū singulis defectibus intrinsecis in subsumendo respondent alij extrinseci in inferendo: quę totius artificij syllosgimorum est basis.

Regula antiquorum

Nota. 5.

Adiecimus olim regulas instandi pro singulis defectibus, quas iam superuacaneum duximus huc reuocare: cùm quia facile ingeniosus perspecto defectu & peccato syllogismi poterit excogitare terminos quibus detur antecedens verum & consequens falsum: tum maximè, quia non est adeò necessarius tantus labor vbi non est maximus fructus, & in fine huius partis tantillum de hac re disputabimus.

Caput quartum.



PRIMA figura nouem habet modos. Primi quatuor concludunt directè: reliqui verò quinque concludunt indirectè. Directè concludere est maiorem extremitatem praedicati de minori in conclusione. Indirectè concludere est minorem extremitatem praedicati de maiori in conclusione. Nota duas regulas, quarū prima tantùm conuenit primae figurae quo ad quatuor primos modos, & secundae quo ad omnes. Secunda etiam conuenit tantùm primae figurę quoad eius quatuor primos modos, et tertię figurę quo ad omnes. Prima regula est: Maiori existente particulari nihil sequitur. Secunda, Minore existente negatiua nihil sequitur. Barbara, primus modus constat ex duabus vniuersalibus affirmatiuis, vniuersalem affirmatiuam directè cōcludentibus: vt, omne animal est substantia, omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Celarent, secundus modus constat ex maiore vniuersali negatiua & minore vniuersali affirmatiua, vniuersalem negatiuam directè concludentibus: vt, nullum animal est lapis, omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. Darij, tertius modus constat ex maiore vniuersali affirmatiua, et minore particulari affirmatiua, particularem affirmatiuā directè concludentibus: vt, omne animal est substantia, quidam homo est animal, ergo quidam homo est substantia. Ferio, quartus modus constat ex maiore vniuersali negatiua, & minore particulari affirmatina, particularem negatiuam, directè concludentibus: vt, nullum animal est lapis, quidā homo est animal: ergo quidam homo non est lapis. Baralipton, quintus modus constat ex duabus vniuersalibus affirmatiuis, particularem affirmatiuam indirectè concludentibus: vt, omne animal est substātia, omnis homo est animal, ergo quędam substantia est homo. Et reducitur ad primū modum primę figurę per conuersionem conclusionis per accidens. Celantes, sextus modus constat ex maiore vniuersali negatiua, & minore vniuersalis affir-

lis affir-

li affirmatiua, vniuersalem negatiuã indirectè concludentibus: vt, nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus lapis est homo. Et reducitur ad secundum modũ primæ figuræ, conclusione cõuersa simpliciter Dabitis, septimus modus, constat ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore particulari affirmatiua, particularem affirmatiuam indirectè concludentibus: vt, omne animal est substantia, quidã homo est animal, ergo quædam substantia est homo. Et reducitur ad tertium modum primæ figuræ, conclusione conuersa simpliciter. Fapesmo, octauus modus, cõstat ex maiore vniuersali affirmatiua, & minore vniuersali negatiua, particularem negatiuam indirectè concludentibus, vt omne animal est substantia, nullus lapis est animal, ergo quędam substantia nõ est lapis. Et reducitur ad quartum modum primæ figuræ, maiore cõuersa per accidens, & minore simpliciter, & per transpositionem pręmissarum. Frisesomorum, nonus modus cõstat ex maiore particulari affirmatiua, & minore vniuersali negatiua, particularem negatiuam indirectè cõcludentibus: vt, quoddam animal est substantia, nullus lapis est animal, ergo quędam substantia non est lapis, Et reducitur iste modus ad quartum modum primę figurę, maiore et minore cõuersis simpliciter, & per transpositiouem pręmissarum,

Lectio vnica.

Not. 1. Syllogismᵘˢ multiplex.

Postquã syllogismus in cõmuni & sua definitione circunscriptus est, & suis cõditionibus constitutus, superest ad singulas eius species descendere, quæ per tres figuras & decem & nouem modos multiplicantur. Vbi præsupponendum est, quod duplex est syllogismus. vnus est de medio singulari, qui dicitur expositorius: vt, Petrus disputat, Petrus est homo: ergo homo disputat. et de hoc nihil ad pręsens, sed in tertia parte: Alius est de medio cõi, qui ad præsentẽ attinet cõsideratione. Rursus syllogismorũ, alius est affirmatiuus & alius est negatiuus: Syllogismus affirmatiuus est, cuius cõclusio est affirmatiua: & negatiuus, cuius cõclusio est negatiua. Itẽ syllogismus est duplex. s. cõcludens directè, & cõcludens indirectè. Cõcludere directè, est cõcludere maiorẽ extremitatẽ de minori. Concludere indirectè. est concludere minorẽ extremitatẽ de maiori. Exempla sunt in textu in barbara & baralipton. Cùm dico maiorẽ extremitatẽ cõcludi de minori, intelligo in terminis simplicibus: nam in aliis satis est, si altera extremitatũ pręducetur in cõclusione de aggregato ex altera extremitate, & illo quod se tenebat ex parte medij: vt, cuiuslibet hominis equus est animal, Petrus est homo, ergo Petri equus est animal. Et dicitur conclusio directa, quãdo maior extremitas cõcluditur de minori: quia in quatuor syllogismis perfectis (qui sunt dignissimi) maior extremitas pręducatur de medio, & minor subsumitur sub medio: quare directè cõcluditur si quod prædicabatur de medio, prædicetur in conclusione de subsumpto sub medio: & indirectè si minor extremitas, quæ est subiectũ respectu medij, prædicetur de maiori. quæ prædicabatur de medio.

Concludere directè & ĩdirectè

Not. 2. Regulæ duæ

In secunda parte textus constituit Petrus Hispanᵘˢ duas regulas. Prima, In quatuor primis modis primæ figuræ cõcludentibus directè: & in omnibus modis secundæ figurę, maiori existente particulari, nihil sequitur. Et loquitur Petrus Hispanus in propositionibus de modo loquendi cõsueto: in quibus regula manifestè habet verũ. Nã si maior est particularis affirmatiua, tunc vel minor est affirmatiua: & sic medium nullibi distribuitur, etiam si minor sit vniuersalis. Aut minor est negatiua & tunc cùm cõclusio debet esse negatiua, argueretur in vtraq; figura à non distributo ad distributum ex parte maioris extremitatis: vt facilè potes experiri in propositionibus de modo loquẽdi consueto. Si verò maior sit particularis negatiua, tũc minor debet esse affirmatiua.

Et ideo

Et ideo in prima figura medium nullibi distribueretur, etiam si minor esset vniuersalis: & in secunda figura argueretur à non distributo ad distributũ ex parte maioris extremitatis, quæ est subiectũ in maiori & prędicatum in conclusione. Indirectè tamẽ bene sequitur in prima figura: vt, in frisesomorum. Et directè sequitur in vtraq; in propositionibus de modo loquendi incõsueto. Sequitur enim formaliter, animal est substantia, omnis homo omne animal est, ergo omnis homo est substãtia: animal est homo nullus equus est homo, ergo omnis equus animal non est. Secunda regula. In eisdem quatuor modis primæ figuræ concludentibus directè, & vniuersaliter in tertia figura, minore existente negatiua, nihil sequitur. Quæ regula habet verũ in propositionibus de modo loquendi cõsueto. Nam si minor est negatiua, maior debet esse affirmatiua & cõclusio negatiua, & percõsequens argueretur in vtraq; figura à non distributo ad distributum, ex parte maioris extremitatis quæ est prædicatum in maiori & in conclusione. Indirectè tamẽ sequitur particularis negatiua: vt in Fapesmo, Et directè sequitur in vtraq; in propositionibus de modo loquendi inconsueto: vt, omnis homo est animal, nullus equus est homo, ergo omnis equus animal non est. Et si cõuertas minorem simpliciter, sequitur eadẽ conclusio in tertia figura.

Nota. 3. *Tertiò, notandũ est pro sufficientia* horum modorum, ꝙ omnis syllogismus inferens vniuersalem, infert subinde in definitam & particularẽ subalternas, vt ait Aristo. secũdo Priorum. Et ideò nec Aristo. nec Petrus Hispan⁹ distinguũt diuersos modos quorum alius conclud ad vniuersalẽ & alius particularem subalternã: vt barbara & barbari, sed pro eodem reputantur. Vltimò, notandum est, quòd quanquàm figura & modus sit sola dispositio præmissarum: tamẽ vt designetur conclusio, quæ infertur ex vno quoq; modo, singuli modi designantur dictionibus habentibus adminus tres vocales Quarum prima significat maiorem, secũda minorem, & tertia conclusionem. Nam vltima syllaba in Baralipton, & duæ vltimæ in Frisesomorum solùm seruiũt metro. Itẽ A significat vniuersalẽm affirmatiuã. E vniuersalẽ negatiuã. I. particularẽ affirmatiuã. O. particularẽ negatiuã. Nomine particularis intellige indefinitam aut singularem.

Igitur vt pateat sufficientia omniũ modorum primę figuræ, notandum, quod duæ propositiones penes quãtitatẽ & qualitatem, sexdecim modis possunt in qualibet figura cõbinari. Et primò, in prima figura ambabus existentibus vniuersalibus, aut ambæ sunt affirmatiuę, & tunc possunt cõcludere directè vniuersalem affirmatiuã, & sic constituunt barbara primum modũ, Vnde textus, Barbara primus modus, constat. &c. Possunt subinde cõcludere particularem directè. Sed hũc modum Pet. Hispa. comprehendit sub primo, qui ab aliquibus appellatur Barbari. Indirectè autem nõ possunt cõcludere vniuersalẽ: quia argueretur ex parte maioris extremitatis, à non distributo ad distributum, nisi maior propositio esset de modo loquendi incõsueto, vbi prædicatum distribueretur. Concludũt tamen particularem in directè in Baralipton quintum modum. Vnde textus, Bar. aliptõ quintus modus, constat. &c. Aut. 2. ambę sunt negatiuę: & talis cõbinatio est inutilis, vt supra visum est, & ideo nullum constituit modũ. Aut. 3. Prima est affirmatiua, & secunda negatiua & tunc (per secundam regulam textualem) nihil sequitur directè: nam cum cõclusio debet esse negatiua, argueretur à nõ distributo ad distributum, ex parte maioris extremitatis. Et eodem defectu nec concluditur indirectè particularis negatiua cõcluditur tamen indirectè vniuersalis negatiua, & sic constituitur Fapesmo. Vnde textus: Fapesmo octauus modus, cõstat. &c. Aut. 4 è diuerso maior est negatiua, & minor affirmatiua. Et hæc cõbinatio est omnium fecũdissima: nam cõcludunt directe vniuersalẽ negatiuam: & sic costituunt, celarent secundum modum. Vnde textus: Celarent, secũdus modus. constat. &c. Possunt cõcludere & subalternam dictæ conclusionis, qui modus à Pet. Hispa. cõprehẽditur sub eodem, & ab aliis nominatur celaro, Possunt itidẽ concludere indirectè vniuersalem negatiuã & sic constituunt, celantes, sextum modũ. Vnde textus, Celantes, sextus modus constat. &c. Possunt cõcludere & subalternam talis, cõclusionis, quemadmodum à Petro Hispa. sub eodem comprehẽsum: alij appellant Celaptõ. Ecce quatuor combinationes qualitatis, ambabus existẽtibus vniuersalibus. Ambabus existentibus particularibus omnes quatuor cõbinatiões qualitatis sunt inutiles: quia ex puris particularibus, vt visum est,

Nota. 8 Sufficientia modorum.

sum est, nihil sequitur nisi in propositionibus de modo loquendi in consueto, vbi posset caueri à tertio defectu intrinseco, & à tertio extrinseco. Maiori existēte vniuersali & minori particulari: aut ambę sūt affirmatiuæ & tunc nullam possunt concludere vniuersalem, nec directè nec indirectè: quia argueretur à non distributo ad distributum, vel ex parte minoris extremitatis vel ex parte maioris, concludunt tamen directè particularem affirmatiuam, & sic constituunt darij tertium modum. Vnde textus: Darij, tertius modus cōstat. &c. Item indirectè particularem affirmatiuã & sic constituunt dabitis, septimum modũ. Vnde textus, Dabitis, septimus, constat. &c. Aut secūdò, ambæ sunt negatiuę & talis dispositio est inutilis. Aut. 3. prima est affirmatiua & secunda negatiua, & tunc cùm cōclusio deberet esse negatiua, nullam possunt inferre conclusionē directè nec indirectè: quia argueretur à nō distributo ad distributũ vel ex parte maioris extremitatis vel ex parte minoris. Aut. 4 è diuerso prima est negatiua & secūda affirmatiua: & tunc directè non possunt concludere vniuersalem negatiuã: in qua argueretur ex parte minoris extremitatis, à non distributo ad distributũ, & eadē ratione nullam possunt concludere indirectè nec vniuersalem nec particularem. Concludunt tamen directè particularem negatiuam, & sic constituunt, Ferio, quartũ modũ. Vnde textus: Ferio, quartus modus, cōstat, &c. Maiori existente particulari & minori vniuersali aut ambę sunt affirmatiuę & tūc in prima figura medium nullibi distribuitur & ideo talis dispositio est inutilis. Aut secundò ambæ sunt negatiuæ & talis cōbinatio in vniuersũ est inutilis. Aut. 3. prima affirmatiua & secundr negatiua: & tunc cum conclusio deberet esse negatiua, nullam cōcludunt directè: nec vniuersalem indirectè de modo loquendi consueto, quia ex parte maioris extremitatis argueretur à nō distributo ad distributum. Cōcludunt tamen indirectè particularem negatiuam. Et sic cōstituūt Frisesomorũ, nouum modum, Vnde textus, Frisesomorum, nonus modus, constat. &c. Aut deniq;. 4. prima est negatiua & secunda affirmatiua: & talis combinatio in propositionibus de modo loquendi cōsueto est inutilis: quia mediũ nullibi distribuitur. Qualiter modi concludentes indirectè reducātur ad modos concludentes directè (de quo in textu fit mētio) infra expositum dabimus.

Atqui Petrus Hispanus rectè prius collocat modos concludentes directè, quàm concludentes in directè: & in vtroq; ordine, prius ponit cōcludentes vniuersaliter, quàm concludentes particulariter, atq; adeo prius affirmatium quam negatiuum, Est ergo ordo nouem modorum vtilium primę figurę talis.

Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralipton, Celantes, Dabitis. Fapesmo, Frisesomorum

Caput quintum.



Equitur de secunda figura, cuius tales datur regulæ. In secunda figura ex puris affirmatiuis nihil sequitur. In secūda figura semp cō cluditur negatiuè. In secūda figura maiori existente particulari nihil sequitur. Secūda figura quatuor habet modos: Cęsare, primus modus, cōstat ex maiori vniuersali negatiua & minori vniuersali affirmatiua: vniuersalem negatiuam directè cōcludentibus vt nullus lapis est animal, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis: & reducitur iste modus ad secundum modum primę figurę maiore conuersa simpliciter. Camestres, secūdus modus constat ex maiori vniuersali affirmatiua, & minori vniuersali negatiua: vniuersalem negatiuam directè cōcludētibus: vt, omnis homo est animal, nullus lapis est animal, ergo nullus lapis est homo. Et reducitur iste modus ad secundum modum primæ figuræ minori & conclusione conuersis simpliciter, & per transpositionem præmissarũ. Festino, tertius modus, constat ex maiori vniuersali negatiua,

negatiua, & minori particulari affirmatiua. particularem negatiuam directè concludentibus: vt nullus lapis est animal, quidam homo est animal, ergo quidam homo non est lapis. Et reducitur iste modus ad quartum modum primæ figuræ maiori conuersa simpliciter. Baraco, quartus modus. constat ex maiore vniuersali affirmatiua: & minori particulari negatiua: particularem negatiuam directe concludentibus: vt, omnis homo est animal quidam lapis non est animal, ergo quidam lapis non est homo. Et reducitur ad primum modum primæ figuræ per impossibile. Reducere autem per impossibile est ex opposito conclusionis, cum altera præmissarũ inferre oppositum alterius pręmissæ Sumatur enim oppositum conclusionis, scilicet, omnis lapis est homo, cum hac maiori, omnis homo est animal, & arguetur sic, omnis homo est animal, omnis lapis est homo, ergo omnis lapis est animal. Quæ conclusio est contradictoria minoris.

Lectio vnica.

Circa secundam figuram Petrus Hispanus primò cõstituit tres regulas, quæ ex dictis colliguntur. Prima in secunda figura ex puris affirmatiuis nihil sequit. Cuius ratio est: quia mediũ quod vtrobiq; est prædicatũ, nullibi distribuitur: nisi fortè aliqua esset, de modo loquendi incõsueto: vbi prædicatum distribueretur. Hinc sequitur secũda. In secũda figura semper concluditur negatiuè. Et ratio est, quia altera pręmissarum existente negatiua, conclusio debet esse negatiua. Et ex hac sequitur tertia. In secunda figura maiori existente particulari, nihil sequitur. Quia tunc subiectũ (quod est maior extremitas) non distribueretur, & cũ esset concludendum negatiuè argueretur ex parte illius à nõ distributo ad distributũ. Nisi concluderes negatiuam de modo loquẽdi inconsueto, vbi pręduicatũ non distribueretur. Vel nisi cõcluderetur indirectè, vt lapis non est animal, omnis homo est animal, ergo lapis non est homo. Sed est hic notãdũ, quòd Petrus Hispanus nullum modum cõcludentẽ indirectè constituit in secũda nec in tertia figura.

Nota. 1. Tres regulæ secũdæ figuræ.

Igitur in secunda figura ex sexdecim cõbinationib' duodecim sunt inutiles, & quatuor tãtum vtiles. Nam ambabus existẽtib' affirmatiuis, omnes quatuor cõbinationes quantitatis sunt inutiles, quia medium, quod pręedicatur in vtraq; in neutra distribuitur inde modo loquẽdi consueto, quod semper supponit. Et ambabus negatiuis omnes itidẽ quatuor sunt inutiles. Itẽ maiori existente particulari, sunt aliæ quatuor cõbinationes inutiles. Videlicet, si prima sit affirmatiua, & secũda negatiua, siue secunda sit particularis siue vniuersalis. Et si è contrario prima sit negatiua, & secunda affirmatiua: siue secunda sit vniuersalis siue particularis. Quatuor verò vtiles sunt istæ, Prima quando ambabus existentibus vniuersalibus, prima est negatiua, & secũda affirmatiua, & tunc concludunt indirectè vniuersalem negatiuam: & constituunt, cęsare, primũ modũ. Vnde textus, cęsare, primus modus, cõstat. &c. Possunt subinde concludere indirectè vniuersalem conuertentẽ talis conclusionis, & vtriusq; subalternam particularem. Secunda, Quãdo ambabus itidẽ existentibus vniuersalibus, prima est affirmatiua, & secunda negatiua. Et tunc cõcludunt directè vniuersalem negatiuam: & cõstituunt, camestres, secundum modum. Vnde textus, camestres, secundus. &c. Possunt itidẽ concludere indirectè vniuersalem cõuertentem: & vtriusq; subalternam particularem. Tertia, Quando prima existente vniuersali, & secunda particulari, prima est negatiua & secunda affirmatiua. Et tunc concludunt directè particularem negatiuã: & sic constituunt, festino, tertiũ modũ. Vnde textus, festino, tertius modus, constat. & c Non tamen possunt cõcludere vniuersalem directè nec aliquam particularem indirectè de modo loquendi consueto: quia argueretur à non distributo ad distributum ex parte minoris extremitatis. Quarta cõbinatio

Nota. 2. Sufficiẽtia modorũ.

vtilis est,quādo itidem maiori existenti vniuersali & minori particulari,maior est affirmatiua & minor negatiua. Et tunc concludunt directè particularem negatiuam & cōstituunt,Baroco,quartum modum. Vnde textus,Baroco quartus modus,&c. Non tamen possunt concludere aliquam vniuersalem directè,nec particularē indirectè de modo loquēdi consueto, ob defectum asignatum in superiori combinatione.

Caput sextum.



Equitur de tertia figura, cuius tales dantur regulae. In tertia figura minori existenti negatiua nihil seqtur. Itē ī tertia figura cōclusio debet esse particularis. Tertia figura sex habet modos. Darapti, prim⁹ modus,cōstat ex maiori vniuersali affirmatiua, & minori vniuersali affirmatiua,particularē affirmatiuā directè concludētibus:vt oīs homo est substātia,oīs homo est animal, ergo quoddam animal est substātia. Et reducitur ad tertium modum primae figurae minori conuersa per accidēs. Felapton,secundus modus,cōstat ex maiori vniuersali negatiua,& minori vniuersali affirmatiua:particularē negatiuā directè cōcludentibus: vt nullus homo est lapis,omnis homo est aīal, ergo aliquod aīal nō est lapis. Et reducitur ad quartum modū primae figurae minore cōuersa p accidēs. Disamis,terti⁹ modus, cōstat ex maiori particulari affirmatiua, & minori vniuersali affirmatiua: particularē affirmatiuā directè concludentibus:vt,quidam homo est substātia, omnis homo est animal,ergo quoddā animal est substātia. Et reducitur ad tertiū modū primae figurę maiori & cōclusione cōuersis simpliciter: & p trāspositionē praemissarum. Datisi, quartus modus,cōstat ex maiori vniuersali affirmatiua, & minori particulari affirmatiua,particularē affirmatiuā directé cōcludentibus:vt, omnis homo est substātia,quidā homo est animal,ergo quoddam animal est substātia. Et reducitur iste mod⁹ ad tertiū modū primę figurę minori cōuersa simpliciter. Bocardo, quintus modus,constat ex maiori particulari negatiua,& minori vniuersali affirmatiua, particularē negatiuā directè concludentibus:vt,quidam homo non est lapis,omnis homo est animal, ergo quoddā aīal non est lapis. Et reducitur ad primū modū primae figurae p impossibile. Sumatur enim oppositū cōtradictoriū conclusionis cū minori, & inferatur oppositū maioris:vt, oē animal est lapis, omnis homo est animal,ergo omnis homo est lapis. Ferison,sextus modus, cōstat ex maiori vniuersali negatiua & minori particulari affirmatiua:particularē negatiuā directè cōcludentibus:vt, nullus homo est lapis quidam hō est animal ergo quoddam animal non est lapis. Et reducitur ad quartū modū primę figurae,minori conuersa simpliciter.

Lectio vnica.

S*Equitur tandem de tertia figura* in qua duae constituuntur regulae in textu. Prima,In tertia figura minori existenti negatiua: nihil sequitur. Cuius causa circa primam figuram allata est.Nam tūc maior debet esse affirmatiua. Vbi proinde maior ex-

tremitas nõ distribueretur. Et cùm cõclusio debet esse negatiua, argueretur à non distributo ad distributum, concludendo directè & in modo loquendi cõsueto. Ex hac sequitur secunda: In tertia figura conclusio debet esse particularis. Nam cùm minor debet esse affirmatiua, fit vt prædicatum non distribueretur, quod tamen distribueretur in conclusione, si conclusio esset vniuersalis.

Not. 2. *Igitur in tertia figura ex sexdecim cõbinationibus præmissarũ sunt decem inutiles*, scilicet, ambabus existentibus particularib', omnes quatuor cõbinationes qualitatis sunt inutiles: & ambabus existentibus negatiuis, aliæ tres, scilicet, si ambæ sint vniuersales, vel prima sit vniuersalis, & secunda particularis vel è conuerso. Item minori negatiua & maiori affirmatiua, tres aliæ combinationes quantitatis, scilicet, si ambæ sint vniuersales vel prima vniuersalis, & secunda particularis, vel è conuerso. Vnde restant solæ sex combinationes vtiles. Prima, Si ambabus existẽtibus vniuersalibus ambæ sint affirmatiuæ. Et tunc inferunt directè particularem affirmatiuam, & constituunt Darapti, primum modum, vnde textus: Darapti, primus modus constat &c. Possunt concludere itidem indirectè particularem, nullam tamen vniuersalem: quia ex parte subiecti conclusionis argueretur à nõ distributo ad distributum. Secunda, Si prima sit negatiua & secũda affirmatiua. Et tunc cõcludunt directè particularem negatiuam: & constituũt. Felapton, secũdum modum: vnde textus: Felapton, secundus modus, constat &c. Nullam tamẽ possunt cõcludere indirectè: nec vniuersalem directè: quia argueretur ex parte minoris extremitatis à nõ distributo ad distributum. Tertia, Si ambabus existentibus affirmatiuis, maior sit particularis & minor sit vniuersalis. Et tunc possunt cõcludere directè particularem affirmatiuam, & constituũt. Disamis tertium modum: vnde textus: Disamis, tertius modus, constat &c. Possunt concludere indirectè particularem. Quarta, Si è contrario prima sit vniuersalis & secunda particularis. Et tunc possunt concludere directè particularem affirmatiuam: & constituunt Datisi quartum modum: vnde textus. Datisi, quartus modus, cõstat &c. Possunt etiam cõcludere particularem indirectè. Quinta, Si maiori existenti negatiua & minori affirmatiua, prima sit particularis & secunda vniuersalis. Et tunc concludunt directè particularem negatiuam & constituunt, bocardo, quintum modum: vnde textus: Bocardo, quintũ s modus, constat &c. Non tamen possunt cõcludere vniuersalem directè, nec aliquam indirectè: quia argueretur ex parte minoris extremitatis à non distributo ad distributum. Sexta deniq; combinatio vtilis est. Si è contrario prima sit vniuersalis & secunda particularis. Et tunc concludunt itidem directè, particularem negatiuam, & constituunt Ferison, vltimum modum: vnde textus, Ferison, sextus modus, constat &c. Non tamen possunt concludere vniuersalem directè, nec aliquam indirectè: propter eundem defectum, qui committeretur in modo proxime superiori. Sunt igitur nouẽ modi vtiles in prima figura, quatuor in secunda, & sex in tertia, qui simul colligũtur decem & nouem.

Sufficientia modorum.

Caput septimum.



Syllogismorum cõcludentium particularem negatiuã indirectè tales dãtur regulæ. Nullus syllogismus concludens particularẽ negatiuam indirectè, potest eam concludere directè. Nec concludens eam directè, potest eam cõcludere indirectè. Item prima figura concludit oĩa genera propositionum, scilicet, vniuersalem, particularem affirmatiuã, & negatiuam. Secunda figura concludit particularẽ negatiuã & vniuersalẽ negatiuã. Tertia cõcludit particularẽ affirmatiuã & negatiuam.

Versus. Barbara, Celarẽt, Darij, Ferio, Baraliptõ, Celãtes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorũ. Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti. Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison. In his quatuor versibus pdictis sunt decẽ & nouẽ dictiones, decem & nouem modis deseruientes.

In

Ita q per primã dictionem intelligitur primus modus primae figurae, & per secundã secũdus modus &c. Vnde primi duo versus deseruiũt oĩbus modis primae figurae. Tertius verò versus pter vltimã eius dictionẽ deseruit modis secũdę figurę: ita q prima dictio deseruit primo modo, & secũda secũdo modo, & sic de alijs. Vltima verò dictio tertij versus cũ alijs dictionibus quarti versus deseruit modis tertiae figurę. Sciẽdũ q p has vocales, scilicet, A. E. I. & O. intelliguntur quatuor genera propositionũ: ita q per hanc vocalẽ. A. intelligitur vniuersalis affirmatiua: & per. E. vniuersalis negatiua: & p I. particularis affirmatiua: & p. O. particularis negatiua. E in qualibet dictione sunt tres syllabę: & aliud residuũ est supfluũ nisi. M. vt posteà patebit. Et per primã illarũ syllabarũ, intelligitur maior propositio, & per secundã minor, & per tertiã conclusio: verbi gratia, prima dictio. s. Barbara, habet tres syllabas, in quarũ qualibet ponitur. A. & per. A ter positũ significatur q primus modus primę figurę cõstat ex duab⁹ ppositionib⁹ vniuersalibus affirmatiuis, vniuersalẽ affirmatiuã cõcludẽtibus. Et ita intelligitur de alijs dictionibus, secũdũ vocales ibi positas. Et sciẽdũ, q quatuor dictiones primi versus ĩcipiũt ab his cõsonãtibus. B. C. D. & F. sicut oẽs aliae dictiones sequẽtes. Et per hoc intelligẽdũ est, q oẽs modi qui incipiũt per dictionem inchoatã per. B. debent reduci ad primum modũ primę figurę. Et oẽs qui incipiũt p dictionẽ inchoatã per. C. ad secũdũ: & per. D. ad tertiũ: & per. S. ad quartũ. Itẽ vbicunq; ponitur. F. in illa dictione significatur q propositio intellecta per vocalẽ immediatè pcedentẽ, debet cõuerti simpliciter. Et propositio intellecta per vocalẽ immediatè praecedentem illã literã. P. debet cõuerti p accidẽs. Et vbicunq; ponitur. M. ibi debet fieri transpositio in praemissis. Est enim trãspositio in praemissis facere de maiori minorem: & ècõtrario. Et vbicunq; ponitur. C. significatur q modus intellectus per illam dictionem in qua ponitur, debet reduci per impossibile. Vnde versus: Simpliciter verti vult. S. P. verò p acci. M. vult trãspont. C. per impossibile duci. Seruat maiorẽ: variatq; secũda minorẽ. Tertia maiorem variat, seruatq; minorẽ.

Lectio vnica.

POstquã de singulis figuris dictum est in hoc. 7. cap. duo fiunt. Primò nanque concluditur potestas syllogismorũ plura cõcludẽtium. Et secũdò traditur modus reducendi syllogismos imperfectos ad perfectos. Secunda pars incipit illic, versus &c. Circa primũ notandũ est, q Arist. 2. prio. cap. 3. tradit sex potestates syllogismorũ. s. potestatẽ plura concludẽdi, ex falsis verũ syllogizãdi, circulariter syllogizãdi, cõuersiuè syllogizãdi, per impossibile syllogizãdi ex oppositis syllogizãdi. Potestas enim syllogismi est virtus & vis syllogismi ad veritatẽ, aut falsitatẽ propositionis manifestandũ: quare syllogismus hic accipitur pro praemissis tantũ. Igitur potestas plura concludendi, est virtus concludendi plures proportiones quemadmodùm suprà dicebamus, modum concludentem vniuersalem posse concludere eius subalternam: & excludentem particularem affirmatiuam vel vniuersalem negatiuam posse concludere earum conuertentes; Not. 1. Potestas plura cõcludendi.

tremitas nõ distribueretur. Et cùm cõclusio debet esse negatiua, argueretur à non distributo ad distributum, concludendo directè & in modo loquendi cõsueto. Ex hac sequitur secunda: In tertia figura conclusio debet esse particularis. Nam cùm minor debet esse affirmatiua, fit vt prædicatum non distribueretur, quod tamen distribueretur in conclusione, si conclusio esset vniuersalis.

Not. 2. Sufficientia modorum.

Igitur in tertia figura ex sexdecim cõbinationibus præmissarũ sunt decem inutiles, scilicet, ambabus existentibus particularib⁹, omnes quatuor cõbinationes qualitatis sunt inutiles: & ambabus existentibus negatiuis, aliæ tres, scilicet, si ambæ sint vniuersales, vel prima sit vniuersalis, & secunda particularis vel è conuerso. Item minori negatiua & maiori affirmatiua, tres aliæ combinationes quantitatis, scilicet, si ambæ sint vniuersales vel prima vniuersalis, & secunda particularis, vel è conuerso. Vnde restant solæ sex combinationes vtiles. Prima, Si ambabus existẽtibus vniuersalibus ambæ sint affirmatiuæ. Et tunc inferunt directè particularem affirmatiuam, & constituunt Darapti, primum modum, vnde textus: Darapti, primus modus constat &c. Possunt concludere itidem indirectè particularem, nullam tamen vniuersalem: quia ex parte subiecti conclusionis argueretur à nõ distributo ad distributum. Secunda, Si prima sit negatiua & secũda affirmatiua. Et tunc cõcludunt directè particularem negatiuam: & constituũt Felapton, secũdum modum: vnde textus: Felapton, secundus modus, constat &c. Nullam tamẽ possunt cõcludere indirectè: nec vniuersalem directè: quia argueretur ex parte minoris extremitatis à nõ distributo ad distributum. Tertia, Si ambabus existentibus affirmatiuis, maior sit particularis & minor sit vniuersalis. Et tunc possunt cõcludere directè particularem affirmatiuam, & constituũt Disamis tertium modum: vnde textus: Disamis, tertius modus, constat &c. Possunt concludere indirectè particularem. Quarta, Si è contrario prima sit vniuersalis & secunda particularis. Et tunc possunt concludere directè particularem affirmatiuam: & constituunt Datisi quartum modum: vnde textus. Datisi, quartus modus, cõstat &c. Possunt etiam cõcludere particularem indirectè. Quinta, Si maiori existenti negatiua & minori affirmatiua, prima sit particularis & secunda vniuersalis. Et tunc concludunt directè particularem negatiuam & constituunt, bocardo, quintum modum: vnde textus: Bocardo, quintũs modus, constat &c. Non tamen possunt cõcludere vniuersalem directè, nec aliquam indirectè: quia argueretur ex parte minoris extremitatis à non distributo ad distributum. Sexta deniq; combinatio vtilis est. Si è contrario prima sit vniuersalis & secunda particularis. Et tunc concludunt itidem directè, particularem negatiuam, & constituunt Ferison, vltimum modum: vnde textus, Ferison, sextus modus, constat &c. Non tamen possunt concludere vniuersalem directè, nec aliquam indirectè: propter eundem defectum, qui committeretur in modo proxime superiori. Sunt igitur nouẽ modi vtiles in prima figura, quatuor in secunda, & sex in tertia, qui simul colligũtur decem & nouem.

Caput septimum.



Yllogismorum cõcludentium particularem negatiuã indirectè tales dãtur regulæ. Nullus syllogismus concludens particularẽ negatiuam indirectè, potest eam concludere directè. Nec concludens eam directè, potest eam cõcludere indirectè. Item prima figura concludit oĩa genera propositionum, scilicet, vniuersalem, particularem affirmatiuã, & negatiuam. Secunda figura concludit particularẽ negatiuã & vniuersalẽ negatiuã. Tertia cõcludit particularẽ affirmatiuã & negatiuam.

Versus. Barbara, Celarẽt, Darij, Ferio, Baraliptõ, Celãtes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorũ. Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti. Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison. In his quatuor versibus p̃dictis sunt decẽ & nouẽ dictiones, decem & nouem modis deseruientes.

Ita

Ita q per primã dictionem intelligitur primus modus primæ figuræ, & per secundã secũdus modus &c. Vnde primi duo versus deseruiũt oĩbus modis primæ figuræ. Tertius verò versus pter vltimã eius dictionẽ deseruit modis secũdę figurę: ita q prima dictio deseruit primo modo, & secũda secũdo modo, & sic de alijs. Vltima verò dictio tertij versus cũ alijs dictionibus quarti versus deseruit modis tertiæ figurę. Sciẽdũ q p has vocales, scilicet, A. E. I. & O. intelliguntur quatuor genera propositionũ: ita q per hanc vocalẽ. A. intelligitur vniuersalis affirmatiua: & per. E. vniuersalis negatiua: & p I. particularis affirmatiua: & p. O. particularis negatiua. E in qualibet dictione sunt tres syllabę: & aliud residuũ est supfluũ nisi. M. vt posteà patebit. Et per primã illarũ syllabarũ, intelligitur maior propositio, & per secundã minor, & per tertiã conclusio: verbi gratia, prima dictio. s. Barbara, habet tres syllabas, in quarũ qualibet ponitur. A. & per. A ter positũ significatur q primus modus primę figurę cõstat ex duab⁹ ppositionib⁹ vniuersalibus affirmatiuis, vniuersalẽ affirmatiuã cõcludẽtibus. Et ita intelligitur de alijs dictionibus, secũdũ vocales ibi positas. Et sciẽdũ, q quatuor dictiones primi versus ĩcipiũt ab his cõsonãtibus. B. C. D. & F. sicut oẽs aliæ dictiones sequẽtes. Et per hoc intelligẽdũ est, q oẽs modi qui incipiũt per dictionem incboatã per. B. debent reduci ad primum modũ primę figurę. Et oẽs qui incipiũt p dictionẽ incboatã per. C. ad secũdũ: & per. D. ad tertiũ: & per. S. ad quartũ. Itẽ vbicunq; ponitur. F. in illa dictione significatur q propositio intellecta per vocalẽ immediatè pcedentẽ, debet cõuerti simpliciter. Et propositio intellecta per vocalẽ immediatè præcedentem illã literã. P. debet cõuerti p accidẽs. Et vbicunq; ponitur. M. ibi debet fieri transpositio in præmissis. Est enim trãspositio in præmissis facere de maiori minorem: & ècõtrario. Et vbicunq; ponitur. C. significatur q modus intellectus per illam dictionem in qua ponitur, debet reduci per impossibile. Vnde versus: Simpliciter verti vult. S. P. verò p acci. M. vult trãspont. C. per impossibile duci. Seruat maiorẽ: variatq; secũda minorẽ. Tertia maiorem variat, seruatq; minorẽ.

Lectio vnica.

POstquã de singulis figuris dictum est in hoc. 7. cap. duo fiunt. Primò nanque concluditur potestas syllogismorũ plura cõcludẽtium. Et secũdò traditur modus reducendi syllogismos imperfectos ad perfectos. Secunda pars incipit illic, versus &c. Circa primũ notandũ est, q Arist. 2. prio. cap. 3. tradit sex potestates syllogismorũ. s. potestatẽ plura concludẽdi, ex falsis verũ syllogizãdi, circulariter syllogizãdi, cõuersiuè syllogizãdi, per impossibile syllogizãdi ex oppositis syllogizãdi. Potestas enim syllogismi est virtus & vis syllogismi ad veritatẽ, aut falsitatẽ propositionis manifestandũ: quare syllogismus hic accipitur pro præmissis tantũ. Igitur potestas plura concludendi, est virtus concludendi plures proportiones quemadmodùm suprà dicebamus, modum concludentem vniuersalem posse concludere eius subalternam: & excludentem particularem affirmatiuam vel vniuersalem negatiuam posse concludere earum conuertentes, Not. 1. Potestas plura cõcludendi.

tremitas nõ distribueretur. Et cùm cõclusio debet esse negatiua, argueretur à non distributo ad distributum, concludendo directè & in modo loquendi cõsueto. Ex hac sequitur secunda: In tertia figura conclusio debet esse particularis. Nam cùm minor debet esse affirmatiua, fit vt prædicatum non distribueretur, quod tamen distribueretur in conclusione, si conclusio esset vniuersalis.

Not. 2.

Sufficientia modorum.

Igitur in tertia figura ex sexdecim cõbinationibus præmissarũ sunt decem inutiles, scilicet, ambabus existentibus particularib⁹, omnes quatuor cõbinationes qualitatis sunt inutiles: & ambabus existentibus negatiuis, aliæ tres, scilicet, si ambæ sint vniuersales, vel prima sit vniuersalis, & secunda particularis vel è conuerso. Item minori negatiua & maiori affirmatiua, tres aliæ combinationes quantitatis, scilicet, si ambæ sint vniuersales vel prima vniuersalis, & secunda particularis, vel è conuerso. Vnde restant solæ sex combinationes vtiles. Prima, Si ambabus existẽtibus vniuersalibus ambæ sint affirmatiuæ. Et tunc inferunt directè particularem affirmatiuam, & constituunt Darapti, primum modum, vnde textus: Darapti, primus modus constat &c. Possunt concludere itidem indirectè particularem, nullam tamen vniuersalem: quia ex parte subiecti conclusionis argueretur à nõ distributo ad distributum. Secunda, Si prima sit negatiua & secũda affirmatiua. Et tunc cõcludunt directè particularem negatiuam: & constituũt. Felapton, secũdum modum: vnde textus: Felapton, secundus modus, constat &c. Nullam tamẽ possunt cõcludere indirectè: nec vniuersalem directè: quia argueretur ex parte minoris extremitatis à nõ distributo ad distributum. Tertia, Si ambabus existentibus affirmatiuis, maior sit particularis & minor sit vniuersalis. Et tunc possunt cõcludere directè particularem affirmatiuam, & constituũt. Disamis tertium modum: vnde textus: Disamis, tertius modus, constat &c. Possunt concludere indirectè particularem. Quarta, Si è contrario prima sit vniuersalis & secunda particularis. Et tunc possunt concludere directè particularem affirmatiuam: & constituunt Datisi quartum modum: vnde textus. Datisi, quartus modus, cõstat &c. Possunt etiam cõcludere particularem indirectè. Quinta, Si maiori existenti negatiua & minori affirmatiua, prima sit particularis & secunda vniuersalis. Et tunc concludunt directè particularem negatiuam & constituunt, bocardo, quintum modum: vnde textus: Bocardo, quintũ s modus, constat &c. Non tamen possunt cõcludere vniuersalem directè, nec aliquam indirectè: quia argueretur ex parte minoris extremitatis à non distributo ad distributum. Sexta deniq; combinatio vtilis est. Si è contrario prima sit vniuersalis & secunda particularis. Et tunc concludunt itidem directè, particularem negatiuam, & constituunt Ferison, vltimum modum: vnde textus, Ferison, sextus modus, constat &c. Non tamen possunt concludere vniuersalem directè, nec aliquam indirectè: propter eundem defectum, qui committeretur in modo proxime superiori. Sunt igitur nouẽ modi vtiles in prima figura, quatuor in secunda, & sex in tertia, qui simul colligũtur decem & nouem.

Caput septimum.



Syllogismorum cõcludentium particularem negatiuã indirectè tales dãtur regulæ. Nullus syllogismus concludens particularẽ negatiuam indirectè, potest eam concludere directè. Nec concludens eam directè, potest eam cõcludere indirectè. Item prima figura concludit oĩa genera propositionum, scilicet, vniuersalem, particularem affirmatiuã, & negatiuam. Secunda figura concludit particularẽ negatiuã & vniuersalẽ negatiuã. Tertia cõcludit particularẽ affirmatiuã & negatiuam.

Versus. Barbara, Celarẽt, Darij, Ferio, Baraliptõ, Celãtes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorũ. Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti. Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison. In his quatuor versibus ꝑdictis sunt decẽ & nouẽ dictiones, decem & nouem modis deseruientes.

Im

Ita q per primã dictionem intelligitur primus modus primæ figuræ, & per secundã secũdus modus &c. Vnde primi duo versus deseruiũt oĩbus modis primæ figuræ. Tertius verò versus pter vltimã eius dictionẽ deseruit modis secũdę figurę: ita q prima dictio deseruit primo modo, & secũda secũdo modo, & sic de alijs. Vltima verò dictio tertij versus cũ alijs dictionibus quarti versus deseruit modis tertiæ figurę. Sciẽdũ q p has vocales, scilicet, A. E. I. & O. intelliguntur quatuor genera propositionũ: ita q per hanc vocalẽ. A. intelligitur vniuersalis affirmatiua: & per. E. vniuersalis negatiua: & p I. particularis affirmatiua: & p. O. particularis negatiua. E in qualibet dictione sunt tres syllabę: & aliud residuũ est supfluũ nisi. M. vt posteà patebit. Et per primã illarũ syllabarũ, intelligitur maior propositio, & per secundã minor, & per tertiã conclusio: verbi gratia, prima dictio. s. Barbara, habet tres syllabas, in quarũ qualibet ponitur. A. & per. A ter positũ significatur q primus modus primę figurę cõstat ex duab⁹ ppositionib⁹ vniuersalibus affirmatiuis, vniuersalẽ affirmatiuã cõcludẽtibus. Et ita intelligitur de alijs dictionibus, secũdũ vocales ibi positas. Et sciẽdũ, q quatuor dictiones primi versus ĩcipiũt ab his cõsonãtibus. B. C. D. & F. sicut oẽs aliæ dictiones seq̃ẽtes. Et per hoc intelligẽdũ est, q oẽs modi qui incipiũt per dictionem incboatã per. B. debent reduci ad primum modũ primę figurę. Et oẽs qui incipiũt p dictionẽ inchoatã per. C. ad secũdũ: & per. D. ad tertiũ: & per. S. ad quartũ. Itẽ vbicunq; ponitur. F. in illa dictione significatur q propositio intellecta per vocalẽ immediatè pcedentẽ, debet cõuerti simpliciter. Et propositio intellecta per vocalẽ immediatè præcedentem illã literã. P. debet cõuerti p accidẽs. Et vbicunq; ponitur. M. ibi debet fieri transpositio in præmissis. Est enim trãspositio in præmissis facere de maiori minorem: & ècõtrario. Et vbicunq; ponitur. C. significatur q modus intellectus per illam dictionem in qua ponitur, debet reduci per impossibile. Vnde versus: Simpliciter verti vult. S. P. verò p acci. M. vult trãspont. C. per impossibile duci. Seruat maiorẽ: variatq; secũda minorẽ. Tertia maiorem variat, seruatq; minorẽ.

Lectio vnica.

POstquã de singulis figuris dictum est in hoc. 7. cap. duo fiunt. Primò nanque concluditur potestas syllogismorũ plura cõcludẽtium. Et secũdò traditur modus reducendi syllogismos imperfectos ad perfectos. Secunda pars incipit illic, versus &c. Circa primũ notandũ est, q Arist. 2. prio. cap. 3. tradit sex potestates syllogismorũ. s. potestatẽ plura concludẽdi, ex falsis verũ syllogizãdi, circulariter syllogizãdi, cõuersiuè syllogizãdi, per impossibile syllogizãdi ex oppositis syllogizãdi. Potestas enim syllogismi est virtus & vis syllogismi ad veritatẽ, aut falsitatẽ propositionis manifestandũ: quare syllogismus hic accipitur pro præmissis tantũ. Igitur potestas plura concludendi, est virtus concludendi plures proportiones quemadmodùm suprà dicebamus, modum concludentem vniuersalem posse concludere eius subalternam: & excludentem particularem affirmatiuam vel vniuersalem negatiuam posse concludere earum conuertentes, Not. 1. Potestas plura cõcludendi.

Potestas ex fal. vera syllogizandi.

Potestas ex falsis verũ syllogizãdi, est virtus cõcludẽdi verũ ex falsis, vt oĩs lapis est animal, homo est lapis, ergo homo est animal. Ait enim ibi Arist. Ex veris nõ nisi verũ, sed ex falsis, verũ & falsum. Potestas circulariter syllogizãdi est, quãdo ex cõclusione propositi syllogismi & cõuertente vnius præmissæ sequitur altera p̃missa. Vt si proposito hoc syllogismo, omnis homo est substãtia, oẽ risibile est homo, ergo omne risibile est substantia, argueres sic, omne risibile est substãtia, oĩs homo est risibilis: ergo oĩs homo est substantia. Quare si minor primi syllogismi nõ cõstaret ex extremis cõuertibilibus, non haberet virtutẽ syllogizãdi circulariter: quia non posset cõuerti simpliciter ad inferẽdum maiorẽ. Et totus syllogismus dicitur circularis, quia reuertitur à cõclusione ad p̃missas, quanq̃ posset itidẽ dici circularis si cũ cõclusione acciperetur vna p̃missa in propria forma ad syllogizãdũ alterã.

Potestas circulariter syllogizandi.

Potestas conuersiuè syllogizandi.

Potestas conuersiue syllogizandi est, qñ proposito syllogismo ex cõtrario vel cõtradictorio conclusionis, cũ vna p̃missarũ põt inferri cõtrariũ aut cõtradictoriũ alterius p̃missæ. Vt proposito hoc syllogismo in camestres, oẽ aĩal est substãtia, nullus hõ est substãtia, ergo nullus hõ est aĩal, cõuertitur in barbara sic: Oẽ animal est substantia, oĩs homo est aĩal, ergo oĩs homo est substãtia. Et totus syllogismus dicit̃ cõuersiuus. Quæ quidẽ potestas cuicũq; mõ cuiuscunq; figurę cõuenit: nã in oĩ bona cõsequẽtia ex opposito cõsequentis sequitur oppositũ antecedẽtis.

Potestas per impossibile syllogizandi.

Potestas ad impossibile syllogizãdi est, qñ negata aliqua propositione ex opposito illius & aliquo manifeste vero, vel admisso vero infertur manifeste falsum, aut impossibile. v. g, negata hac ꝓpositiõe, Luna recipit lumẽ à Sole, q̃ nõ est manifesta, colligit̃ sic in Baroco, oẽ astrũ, quod eclypsat̃ ꝑ interpositionẽ opaci inter ipsum & solẽ recipit lumẽ à Sole (quæ est manifeste vera) sed Luna nõ recipit lumẽ à sole, quę est contradictoria ꝓpositionis negatæ, ergo Luna nõ eclypsat̃ per interpositionẽ, &c. q̃ est manifeste falsa. vt puta, cõtra experiẽtiã. Secũdũ exẽplum, quando infertur impossibile, videbim⁹ statim in expositione textus. Ex quo sequitur, ꝙ stat eundẽ esse syllogismũ conuersiuũ & per impossibile. Sed differunt, ꝙ ad syllogismũ per impossibile nõ est necesse ꝙ arguatur semper ex cõtradictorio conclusionis alterius syllogismi, sicut requiritur ad syllogismũ cõuersiuũ. Et è cõtrario ad syllogismũ cõuersiuũ nõ requiritur semp ꝙ arguat̃ ex opposito ꝓpositionis negatæ, sicut requiritur ad syllogismũ ꝑ impossibile. Quare finis syllogismi conuersiui non est semper concludere falsum, sicut finis syllogismi per impossibile. Ex quo sequitur secũdò differẽtia inter hoc, q̃d est ostensiuè syllogizare, & ad impossibile syllogizare. Nã ostensiue syllogizare aliquã ꝓportionẽ est illam cõcludere in syllogismo. Sed ad impossibile syllogizare, est ex cõtradictoria illius inferre vnã manifeste falsam, vel inferre vnũ impossibile. Vnde illa ꝓpositio, Luna recepit lumẽ à Sole, q̃ syllogizata est in baroco ꝑ impossibile, syllogizatur ostensiue in darii hoc modo: Quicquid eclypsat̃ per impositionẽ opaci inter ipsum & Solẽ recipit lumẽ à sole, sed Luna eclypsatur &c. ergo Luna recipit lumen à Sole.

Ostensiuè syllogizare.

Potestas ex oppositis syllogizandi, est syllogismus ꝓcedẽs ex duab⁹ pręmissis contrarijs vel cõtradictorijs: vt, oĩs hõ est aĩal, nullus homo est animal, ergo nullus homo est homo. Vnde syllogism⁹ ex oppositis semper est negatiuus, cõcludẽs negationẽ eiusdẽ de eõdẽ. Nec potest fieri in prima figura: quia illic non possunt præmissæ esse oppositæ cũ nec participent subiectis nec in p̃dicatis. Sed potest fieri in secunda & tertia.

Nota

*Igitur Pe. Hisp. in prima parte tex*tus posuit potestatẽ plura cõcludendi. Vbi posuit duas regulas. Prima, Nullus syllogismus cõcludens particularẽ negatiuã directe, põt eã cõcludere indirecte nec è cõtrario. Et ratio est, quia argueret̃ à nõ distributo ad distributũ. Intelligit̃ qñ solũ talis syllogismus cõcludit particularẽ & de mõ loquẽdi cõsueto. Nã si cõcluderet vniuersalẽ negatiuã, posset cõcludere cõuertẽtẽ, vt suprà iã expositũ est. Secunda regula. Prima figura concludit oĩa gña ꝓpositionũ. s. cuiuscunq; qualitatis aut quãtitatis. Sed secũda solũ cõcludit negatiuas cuiuscunq; quantitatis. Tertia verò solùm particularem cuiuscunq; qualitatis.

Not. 3. Reductio duplex.

In secunda parte textus traditur mod⁹ reducẽdi syllogismos imperfectos ad ꝑfectos. Vbi tradunt̃ duæ potestates syllogismorũ. s. cõuersione syllogizãdi & ad impossibile syllogizandi. Nã aliæ tres potestates. s. ex falsis vera syllogizandi & circulariter syllogizandi & ex oppositis syllogizandi non pertinent ad propositum. Est ergo primò notandum duplicem esse syllogismũ s. perfectũ & imperfectũ. Quæ quidẽ diuisio vt inquit Albertus, non est quo ad speciẽ, seu existentiam, sed solum quo ad apparẽtiam.

Enim

Enimuerò tam necessaria illatio est in baroco q̃ ĩ barbara, licet nobis sit in barbara euidẽtior. Vnde syllogismus perfectus est (inquit Arist.) qui nullius alterius. (.s. syllogismi) indiget, vt appareat necessarius. Vel aliter: Syllogismus perfectus est, qui immediatè regulatur per dici de omni, aut dici de nullo: quales sunt primi quatuor primæ figuræ. Syllogismus verò imperfectus est qui nõ regulariter immediatè per talia principia vt cęteri omnes. Quo fit vt cęteri omnes quindecim reducantur ad primos quatuor.

Not. 4. Literæ ad notandæ. *Secũdò notãdũ est, reductionẽ designari p literas cõsonãtes illarũ decẽ & nouẽ dictionũ.* Sũt enim in vnaquaq; dictione tres istarũ vocaliũ. a. e. i. o. designãtes quãtitatẽ & qualitatẽ præmissarũ & cõclusionis. Sunt prætereà adnotandæ quatuor lrẽ initiales quatuor primorum modorũ. b. c. d. f. à quibus cæteri omnes incipiũt. Quo proinde denotatur, ꝙ quicũq; modus imperfect⁹ reducitur ad perfectũ incipiẽtẽ ab eadem litera, qua ipsemet ĩcipit, Vt baraliptõ, baroco bocardo, reducuntur ad barbara, Celantes, cesare, camestes, ad celarent. Dabitis, darapti, disamis, datisi, ad darij. Fapesmo, frisesomorũ, festino, felaptõ, & ferisõ, ad ferio. Tertiò demũ adnotandæ sunt quatuor cõsonãtes. s. p. m. c. (Nam si quæ sunt aliæ literæ, aut syllabæ, nõ sunt necessariæ, nisi causa metri) s. significat proportionẽ designatã per vocalẽ præcedentẽ cõuertendã esse simpliciter in reductionẽ, p. verò ꝙ sit conuertenda per accidẽs, m. ꝙ præmissæ transponãtur. i. ꝙ ex maiori fiat minor, & ex minori maior. c. deniq;, quãdo non est initiatiua, denotat ꝙ talis modus imperfectus nõ reducitur ad perfectum per cõuersionem sed per imposibile.

Not. 5. Reductio duplex. *Tertiò igitur ad notãdũ est, dupliciter reduci modũ imperfectũ ad perfectũ.* s. per conuersionẽ aut per imposibile. Reductio per cõuersionẽ est syllogismus ostensiuus procedẽs per cõuersionẽ alicuius præmissæ vel cõclusionis. v. g. negat tibi quis hãc cõsequẽtiã in baralipton, omne animal est substãtia, omnis homo est animal, ergo substãtia est homo. Ostendito illã per barbara hoc modo, oẽ animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia, in barbara. Rursus, omnis homo est substantia: ergo substantia est homo, per cõuersionẽ per accidẽs: etenim. p. litera addita tertiæ vocali in baraliptõ, denotabat cõuersionẽ per accidẽs conclusionis. Et sic de primo ad vltimũ ex eisdẽ premisis ostenditur inferri illa particularis in baralipton. Et hac arte ostendes celantes, per celarent, & dabitis per darij, conuertendo cõclusionẽ simpliciter quod denotat. s. litera post tertiã vocalẽ. Eãdẽ arte ostendes, fapesino, per ferio, cõuertẽdo maiorẽ per accidẽs, quod denotat p. litera post primã vocalẽ, & minorẽ simpliciter quod denotat. s. post secũdã. Et trãsponẽdo præmissas quod denotat. m. v. g. Negatur tibi hæc cõsequẽtia in fapesino, oĩs homo est animal, null⁹ lapis est homo, ergo aliquod animal nõ est lapis. Ostẽdito hoc modo. Sequitur bene, omnis homo est animal, & nullus lapis est homo: ergo nullus hõ est lapis & aliquod animal est homo. Ex p̃missis de fapesino ad præmissas de ferio, per cõuersiones & trãspositionẽ præmissarũ. Rursus, null⁹ homo est lapis, & aliquod animal est homo, ergo aliquod animal nõ est lapis in ferio: ergo de primo ad vltimũ, omnis homo est aĩal, nullus lapis est homo, ergo aliquod aĩal nõ est lapis, in fapesino. Eãdẽ arte reduces, frisesomorũ, ad ferio, conuersis ambabus p̃misis simpliciter & transpositis. Et cesare, ad celarẽt, conuersa maiori simpliciter. Et camestres, cõuersa minori & cõclusione simpliciter & transpositis p̃misis. Et ita ꝓportionabiliter in cæteris inferẽdo ex pręmisis syllogismi imperfecti præmissas perfecti, & ex illis conclusionem perfecti. Et ex illa conclusionem imperfecti. Et tandem de primo ad vltimum ex præmisis imperfecti conclusionem imperfecti.

Sed reductio per impossibile: est q̃ ex contradictorio consequentis syllogismi imperfecti cum vna præmissarũ infertur cõtradictoria alteri⁹ in syllogismo perfecto: v. g. baroco & bocardo reducũtur ad barbara, vt patet per literas initiales. Nõ tamen reducuntur per cõuersionẽ, sed per imposibile: quod significatur per literã. c. vnde baroco reducitur seruata maiori & cõtradictoria conclusionis subsumpta pro minori. Vt si quis negauerit hanc cõsequentiã in baroco, oĩs hõ est animal: lapis nõ est aĩal: ergo lapis nõ est homo, tenetur proinde cõcedere antecedẽs verũ & cõsequẽs falsum, tunc deducat ad imposibile hoc modo, oĩs homo est aĩal (q̃ est maior concessa) & oĩs lapis est homo (q̃ est cõtradictoria conclusionis negatæ) ergo omnis lapis est animal, quæ est contradictoria minoris cõcessæ. Et sic sequũtur duæ contradictoriæ veræ, quod est imposibile. Not. 6.

R 3 Bocardo

Bocardo verò reducitur seruata minori & assumpta cōtradictoria cōclusionis, pro maiori inferendo cōtradictoriā maioris in barbara. Vt si quis negauerit hanc consequētiā in bocardo, homo nō est lapis, oīs homo est animal, ergo aīal nō est lapis: tenetur proinde cōcedere antecedēs esse verū & cōsequens falsum, tūc reducatur ad impossibile, hoc modo, oē animal est lapis (quæ est contradictoria cōclusionis negatæ) & oīs homo est aīal (quæ est minor concessa) ergo oīs homo est lapis (q̄ est cōtradictoria maioris cōcessæ.) Et sic sequuntur duæ cōtradictoriæ veræ q̄d est impossibile. Itaq; dicitur reductio ad impossibile, eo q̄ ex hoc q̄ quis cōcedat antecedēs verū & cōsequēs falsum in baroco sequuntur duo cōtradictoria vera. Et est notādū q̄ quanq̄ horū duorū modorū ꝓpriū sit reduci ad barbara per impossibile, tn̄ vniuersale est omni syllogismo reduci ad aliquē modū per impossibile siue sit ex illis decē & nouē, siue alius innominatus. Et ratio est quia in omni bona cōsequētia ex opposito consequētis sequitur oppositū antecedētis. Vnde cesare reducitur ad ferio, per impossibile, & camestres ad darij, & festino ad celarēt seruata maiori & subsumpta contradictoria cōclusionis pro minori, inferendo contradictoriā minoris in modo perfecto. Et proportionabiliter modi tertiæ figuræ reducūtur ad modos perfectos per impossibile seruata minori & assumpta cōtradictoria conclusionis ꝓ maiori inferēdo cōtradictoriā maioris, vt in secūda parte latiùs prædicabitur. Ad verò dicuntur baroco, & bocardo, singulariter reduci per impossibile, quia hoc solo modo reducuntur: & nō per cōuersionem sicut cæteri.

Caput octauum.




Ed quia Aristoteles ī prioribus ostēdit cōiugationes, in quibus nō sequūtur cōclusiones ex præmissis esse inutiles per inuentionē terminorū quibus nō tenet huiusmodi cōiugatio: ideo vtilis est inuentio taliū terminorū vbicūq; fiat inutilis coniugatio contra regulas syllogismorum prius assignatas. Accipiendi igitur sunt duo termini diuersi. s. duę species sub vno gn̄e, vt, hō equus animal, vel duo termini quorū alter de altero ꝑdicetur siue cōuertibiliter siue nō, cū extraneo vtriusq;: vt hō, risibile, lapis: vel accipiendi sunt duo termini: quorū alter de altero ꝑdicetur siue cōuertibil'r siue non, cū superiore ad vtrūq;, vt hō risibile substātia. vel hō aīal substātia: p hāc enī regulā distinctiuā cuicūq; gn̄i applicetur, siue substātiæ, siue quātitati, siue alicui aliorū: semper inueniūtur termini p quos inutilis cōiugatio demōstrabitur non tenere, & tales terminos appellat Aris. in priorib⁹ terminos in qb⁹ nō. Et nota, q̄ īuenire terminos ī quib⁹ nō est acceptis trib⁹ terminis facere cōiugationē, in qua ꝑmissæ sunt veræ & cōclusio falsa, manēte eadē qualitate & quātitate ꝓpositionū. v. g. hæc est inutilis cōiugatio, null⁹ hō est equus, nullus lapis est hō, ergo nullus lapis est equus. Contra hāc inutilē cōiugationē accipiuntur termini ī quib⁹ non per secundū membrum regulæ, homo, equus, risibile: & arguitur sic, nullus equus est risibilis, nullus hō est equus, ergo nullus homo est risibilis, vbi præmissæ sunt veræ, & cōclusio est falsa, seruata eadē qualitate & quātitate ꝓpositionū in vtraq; cōiugatione, & vtrobiq; manente eadem figura.

Lectio prima.

POst principia tam materialia q̄ formalia quibus perficitur bon⁹ syllogism⁹. tādē in hoc capite tradūtur principia quib⁹ docet coniugationē aliquā præmissarū esse inutilem: qualia sunt, dare terminos in quibus omni, & terminos in quibus nulli. At non possunt hæc principia plenè intelligi, nisi Not.

Ars inueniẽdi medium.

nisi prius intelligatur ars inueniẽdi mediũ: quam Aristo.in fine primi priorũ tradit. Et ideo in hoc.c.duo facturi sumus, primũ trademus artẽ inueniendi mediũ,quã hic prætermisit.Pe.Hisp.&.2.circa textũ exponem⁹ illa duo principia dare terminos, in quibus omni,& terminos in quibus nulli. Ars inueniẽdi mediũ,est ars,qua proposita quauis propositione,inueniatur vnus terminus, qui sit mediũ ad cõcludendũ illam in aliquo certo modo: vt proposita hac propositione, animal est substãtia vt syllogizetur in darij mediũ debet esse ly corpus, & vt syllogizetur in darapti,mediũ debet esse ly homo. Et in negatiuis suo modo, vt statim videbim⁹. Supponit enim Arist. ꝙ syllogismus debet cõstare ex prædicationib⁹ directis. Et omissis alijs plurimis cõsiderationibus ibi ab Aristo.traditis,quæ captũ transcendũt Summulistarum,ars hæc sex regulis cõpræhẽditur: quæ designantur per has dictiones, Fecana, Cageti, Dafenes, Hebare, Gedaco, Gebali, quæ significant sex tales cõbinationes. Quibus adduntur tres aliæ inutiles, scilicet, Febas,Hedas.Hecas. Hæ nouem dictiones describuntur in sequenti figura.





*Vam figurã anti*quitùs eò pontẽ asinorũ appellabant, ꝙ hominib⁹ tardi ingenij nõ esset intelligibilis: quasi inde præcipitarent asini. At verò nũc temporis nemo est tam inops ingenij, cui non sit transitu facillima. Vbi primò notandũ est, ꝙ in capite figuræ est. A. litera designatiua prædicati propositionis syllogizandæ. Et in pede subijcitur. E. designatiua subiecti eiusdem, & in medio situantur istæ sex cõsonantes. B. C. D. in primo ordine. F. G. H. in secũdo. B. tantùm valet, sicut cõsequens ad prædicatum. C. antecedens ad prædicatũ. D. extraneum ad prædicatum. F. significat consequens ad subiectum. G. antecedens ad subiectum. H. extraneum ad subiectum vt ex suis cuiusq; rotulis constat. Terminus aliquis, dicitur consequens ad alium qui cõsequitur ad ipsum vt superior ad inferiorem, vt conuertibilis ad conuertibilem. Antecedens verò ad alium est ille, qui infert illum sicut inferior superiorem, vel conuertibilis conuertibilem: vt homo, est antecedens ad animal, & ad risibile, & animal est cõsequẽs ad hominem, similiter & ad sensibile. Sed terminus ille dicitur extraneus ad aliud, qui verè negatur de illo: vt homo est lapis. Et intelliguntur hæc omnia, videlicet, quòd sit antecedẽs, consequens, vel extraneum, vel aut simpliciter, aut secundùm talem acceptionem terminorum. Tunc est tertiò notandum, quòd in qualibet harum dictionum sunt ad minus tres vocales. Quarum primæ duæ significãt subiectum & prædicatum, uidelicet. E. subiectum & A. prædicatum. Tertiæ verò significant quantitatem & qualitatem proportionis syllogizandæ. Item primæ & secundæ vocali proponuntur duæ illarum sex consonantium. Si quæ autem sunt aliȩ literȩ nihil significat.

Primo igitur regula est. Ad cõcludendum vniuersalem affirmatiuam (quȩ solùm potest cõcludi in barbara) sumendũ est medium, quod sit consequens ad subiectum, & antecedens ad prædicatum. Et hoc significat dictio. Fecana: verbi gratia. Ad syllogizandum hanc, omnis homo est substantia, sumatur pro medio animal. Et ad concludendum hanc, omnis homo est animal (sumatur risibile.) Et idem mediũ sumatur ad concludendum particularem in darij. Secũda. Ad syllogizandum particularẽ affirmatiuã in. 3. figura. s. in darapti, vel datisi, sumẽdũ est mediũ, quod sit antecedẽs ad vtrunq; s. ad subiectũ & prædicatũ. Et hoc denotat dictio, cageti, vt ad cõcludendũ, aliquod animal est substantia, mediũ est ly homo. Et ad concludendũ, homo est animal, mediũ est ly risibile. Tertia, Ad concludendũ vniuersalẽ negatiuã in celarent, aut in cesare, sumendũ est medium quod sit extraneũ ad prædicatũ, & consequẽs ad subiectũ. Et hoc denotat dictio, dafenes. Vt ad concludendũ, nullus homo est lapis, sumendũ est, animal aut risibile. s. nullũ animal est lapis, oĩs homo est animal, ergo nullus homo est lapis, in celarent. Itẽ nullus lapis est animal, omnis homo est animal, ergo null⁹ homo est lapis, in cesare. Quarta, Si verò debeat cõcludi in camestres, aut indirectè, in celantes, medium debet esse extraneum ad subiectum, & consequens ad prædicatum. Et hoc denotat dictio, hebare, vt ad concludendum eandem, nullus homo est lapis, medium est ly insensibile. Quinta, Ad concludendũ particularem negatiuam in tertia figura, aut indirectè in prima sumẽdum est medium quod sit antecedẽs ad subiectum, & extraneum ad prædicatũ. Et hoc denotat dictio, gedaco, quæ in figura describitur inter. G. & D. vt ad concludendũ, animal non est lapis, sumatur pro medio, homo, vt nullus homo est lapis, omnis homo est animal, ergo animal non est lapis, in felapton: omnis homo est animal, nullus lapis est homo, ergo animal nõ est lapis, in fapesmo. Sexta, Ad inferendum particularem affirmatiuam in baralipton, & dabitis, sumendum est mediũ quod sit antecedẽs ad subiectum, & cõsequens ad prædicatũ. Et hoc denotat illa dictio, gebali. Vt ad cõcludendũ, aliqua substãtia est homo, medium est aĩal. Et ad concludendũ, aliquis homo est risibilis, mediũ est ly rationale. Nec sunt aliæ combinationes vtiles præter has sex. Nam maximè esset vtilis aut febas, aut hecas, aut hedas sed istæ sunt inutiles. Et ideo non additur eis tertia syllaba ad denotandum ꝙ nullam conclusionem inferunt. Nam supponitur tales combinationes debẽre fieri in prædicationibus directis. Et ideo fedas insinuat medium affirmari de vtraq; extremitate: quia significat mediũ cõsequens ad vtraq;, & per consequens denotat dispositiõẽ secundæ figuræ, vtraq; præmissarum existente affirmatiua: quam supra diximus esse inutilem. Hedas verò significat medium extraneum ad vtranq;

Not. 1.

Fecana. 1. regula.

Cageti. 2. regula.

Dafenes. 3 regula.

Hebare. 4 regula.

Gedaco. 5 regula.

Gebali. 6. regula.

Febas.

Hedas.

vtranq; extremitatẽ. Et ideo insinuat vtrãq; præmissam esse negatiuam, quæ cõbinatio in omni figura est inutilis. Sed hecas, significat medium extraneum ad subiectum: & antecedens ad prædicatum: & ideo in primo membro denotat minorem esse negatiuam (nam subiectum cõclusionis ponitur in minori) quæ combinatio est inutilis in modis directis primæ figuræ & in tota tertia. Sed in secundo membro denotat medium subijci respectu maioris quod nõ potest esse in secunda figura, vnde simpliciter est inutilis. Est tamen vtilis pro modis indirectis primæ figuræ, puta, fapesmo & frisesomorum, vt omnis homo est animal, nullus lapis est homo, ergò aliquod animal non est lapis.

Hecas.

Ex dictis sequitur, quænam genera propositionum sunt pluribus modis syllogizabiles, quę videlicet dicuntur pluribus modis abundare. Nam inter omnes particularis negatiua est maximè syllogizabilis: quia syllogizatur in tribus modis primæ figuræ: & in duobus secundæ, & in tribus tertiæ. Mox particularis affirmatiua, quæ syllogizatur in tribus primæ, & in tribus tertiæ. Deinde vniuersalis negatiua, quæ syllogizatur in duobus primæ, & in duobus secũdæ. Postrimo loco est vniuersalis affirmatiua: nempe, quæ solùm syllogizatur in primo primæ.

Nota. 2. Proposi-tio syllogi

Lectio secunda.

Nota. 1.

IN textu traduntur illa principia, dare terminos in quibus omni & terminos in quibus nulli: aliter tamen paulo, quàm traditur ab Arist. Vbi notandum quòd Aristot. 1. Prior. post principia regulatiua boni syllogismi, puta dici de omni & dici de nullo, quæ suprà exposita sunt, statim subiungit alia duo principia, quibus à posteriori manifestatur, quænam combinatio præmissarum sit inutilis. Vnde dare terminos in quibus omni, est dare tres terminos in aliquo syllogismo, in quibus propositio vniuersalis affirmatiua composita ex extremitatibus, stet in veritate cum præmissis compositis ex eisdem terminis. Et dare terminos in quibus nulli, est dare tres terminos in quibus propositio vniuersalis negatiua composita ex extremitatibus, stet in veritate cum præmissis compositis ex eisdem terminis. v. g. vt vtamur exemplis textus: Istæ præmissę sunt inhabiles. a. est. b. c. est. a. eò q medium nullibi distribuitur. Dabis terminos in quibus nulli, si accipias pro medio genus: & pro extremitatibus duas species disparatas. Ita enim copulatiua stat in veritate, animal est homo, equus est animal, & nullus equus est homo. Et per hoc constat illas præmissas inhabiles ad inferendum aliquam affirmatiuam: quia aliâs darentur duæ contrariæ, aut contradictoriæ veræ: nam postquàm præmissæ sunt veræ, conclusio esset vera quæ si esset vniuersalis, esset cõtraria dictæ negatiuæ: & si esset particularis, esset cõtradictoria. Et si vis dare terminos in quibus omni, accipe omnes tres terminos conuertibiles. v. g. hæc copulatiua stat in veritate, rationale est risibile, & homo est rationalis, & omnis homo est risibilis. Et per hoc probatur quòd illæ præmissæ nõ sunt habiles ad inferendũ aliquam negatiuam, aliâs darentur duæ cõtrariæ, aut cõtradictoriæ veræ. Item, hæ præmissæ sunt inhabiles, nullum. a. est. b. nullũ c. est. a. quia sunt puræ negatiuæ. Dabis terminos in quibus nulli, si accipias tres terminos disparatos, s. nullus homo est equus, & nullus lapis est homo, ergò nullus lapis est equus. Et per hoc probabis, quòd illæ præmissæ non possunt inferre aliquam affirmatiuam, nec vniuersalem, nec particularem, aliâs darentur duæ cõtrariæ, aut cõtradictoriæ verę. Et dabis terminos in quibus omni, si accipias pro extremitatibus terminos cõuertibiles, & pro medio terminum disparatum. Vt istę stant in veritate, nullus lapis est risibilis, nullus homo est lapis, & oĩs hõ est risibilis. Et per hoc probatur, quòd illæ præmissæ nõ possunt inferre aliquam cõclusionem negatiuã, nam aliâs darẽtur duæ cõtrariæ, aut cõtradictoriæ veræ. Itaq; Arist. non vult probare per hæc principia malitiã propositæ cõsequentiæ, sed vult probare inhabilitatẽ præmissarũ, ad inferendã aliquam conclusionem, propter aliquem defectũ intrinsecum, qui est in illis. Nec est vnum principiũ pro affirmatiuis & aliud pro negatiuis.

Termini in quibus omni & in quib⁹ nulli.

Sed vnum est, ad probandum quod tales præmissæ nullam inferunt affirmatiuam, & aliud ad probandum, quòd nullam inferũt negatiuam. Et prima quidẽ pars textus sic habet vt expositum est, quæ optimè conuenit cum Aristo.

At verò Petrus Hispan. autor textus huius, aliter interpretatur, dare terminos in quibus oĩ, & terminos in quibus nulli. Accipit enim in primis syllogismũ nõ pro præmissis, vt Arist. sed pro tota consequentia. Nota. 2.

tia. Vnde dicit quod dare terminos in quib⁹ omni, est principium solū pro paralogismis negatiuis, & est dare tres terminos in quib⁹ præmissæ mali syllogismi negatiui detur veræ & cōclusio falsa. Et dare terminos in quibus nulli est principiū pro paralogismis affirmatiuis: & est dare tres terminos in quibus præmissæ mali syllogismi affirmatiui dentur veræ & cōclusio falsa. Itaq; nō adducuntur ambo simul principia ad manifestādum inutilitatem præmissarum: sed alterū ad instandum paralogismis negatiuis, & alterū ad instandum affirmatiuis. Vt si vis instare huic paralogismo ex puris particularibus. a. non est. b. c. est. a. ergò. c. non est. b. instabis in his terminis: animal non est risibile, homo est animal, ergo homo nō est risibilis: quia hæc vniuersalis, omnis homo est risibilis, cōposita ex extremitatibus stat in veritate cum præmisis. Et si vis instare huic. a. est. b. c. est. a. ergo. c. est. b. instabis in his terminis, animal est equus, homo est animal, ergo homo est equus. Et quia hic textus non omninò cōuenit cum Aristot. ab aliquibus censetur non esse. P. h. Et maximè quia secundùm hanc expositionem, nō essent illa sufficientia pro omnibus syllogismis: quia hic est malus syllogismus negatiuus, nullus equus potest ridere, omne animal est equus ergo nullum animal potest ridere: & tamen non possunt dari termini in quibus omni: nam hæc vniuersalis affirmatiua, omne animal potest ridere, composita ex extremitatibus, repugnat præmisis: cùm illæ præmissæ inferant sine distributione, aliquod animal nō est risibile. Et ideo solùm dantur terminis in quibus alicui, id est, datur particularis affirmatiua, aliquod animal potest ridere, quæ stat in veritate cum præmisis. Sed dare terminos in quibus alicui, & in quibus non alicui, non est principium Aristot. Nihilominus possumus dicere quòd. P. h. licet paululum deuiauerit ab Arist. nihilominus voluit illa principia, quibus Aristoteles probat inutilitatem præmissarum, applicare ad instandū paralogismis. Et de modo instandi plura diximus in priori æditione, quàm quæ sint hic necessaria. Nam perspecto defectu cuiuscūq; paralogismi ingeniosus quisque iuuāte exercitio, poterit dare præmissas veras & cōclusionē falsam. Vt si syllogismus peccat, quia medium nullibi distribuitur: tunc si est affirmatiuus, accipiatur pro medio genus, & pro extremitatibus duę species illius disparatæ: & si sit negatiuus, accipiatur pro medio genus, & pro extremitatib⁹ duo termini conuertibiles inferiores illo: vt in exemplo modò posito faciebamus. Et proportionabili modò operandum est in alijs defectibus: sed non est adeo vtilis hic labor. Et ideo hæc de prima parte satis sint.

Libri quinti, secunda pars, Caput primum.

*SVperest in hac secunda parte, cō*ditiones & defectus, quæ in priori sub cōpēdio positi sunt, latiùs examinare. Quā disputationem duobus capitibus absoluemus. In priori conditiones & defectus omnes explicabimus: in altero verò, modum sub sumendi sub quibuscunq; terminis, ac syllogizandi ad singulos modos singularum figurarū facillimis exemplis applicabimus. Argu. 1.

Prima ergo conditio ex quatuor generalibus hæc erat: Medium debet esse totale extremum in altera saltem pręmissarū. Contra quam cōditionem arguitur: Hic syllogismus, cuiuslibet hominis equus ambulat, & cuiuslibet hominis canis quiescit (solo genitiuo, hominis, accepto pro medio) ergo cuius canis quiescit equus ambulat, est bonus in darapti: & tamen medium in neutra præmissarum est totale extremum, ergo illa conditio nō est invniuersum necessaria. Argu. 2. Conditio.

Ad argumentum negatur maior: imò syllogismus non tenet formaliter, sed tenet virtute alterius cōsequentiæ intermedię, videlicet, quia ex illa minori sequitur hæc, quilibet homo est illud, cuius canis quiescit: ex qua cum eadem maiori, sequitur formaliter, in darapti, cuiuslibet hominis equ⁹ ambulat, & quilibet homo est illud, cuius canis quiescit, ergo illius cuius canis quiescit equus ambulat. At verò illa cōsequentia intermedia non est formalis tanq̄ syllogistica: quia non sequitur in simili, cuiuslibet hominis canis quiescit: ergo quilibet homo est angelus, cuius canis quiescit: nam ly angelus, est similis formæ cum ly illud. Nec esset formalis, quanq̄ inferres, cuiuslibet hominis canis quiescit, ergò quilibet homo est homo cuius canis quiescit. Nam synonimitas inter ly hominis, & prædicatum cōsequentis nō est intrinseca. Et ideo ly angelus, pro minori extremitate est etiam similis formæ cum ly homo. Vnde priori cōsequentiæ instabis per hanc, cuiuslibet hominis equus ambulat, Argu. 3.

ambulat,& cuiuslibet hominis canis quiescit, ergo cuius angeli canis quiescit equus ambulat. Quòd si negaueris hanc cõsequentiam esse eiusdem formæ cũ alia, quia ly angeli, concluditur cum minori extremitate: quod tamen non se tenebat cum medio in maiori. Respondetur, quòd idem defectus committebatur in prima. Concludebatur enim ly rei, seu hominis cuius: quod non se tenebat cum medio.

Argu. 4. 2. Cõditio. *Secunda conditio generalis, quòd* medium non debet intrare conclusionem. Contra quã arguitur sic: Istæ præmissæ sunt habiles, omnis cõsequentia est bona vel mala,& aliqua propositio est consequentia, & tamen nullam conclusionem possunt inferre, nisi medium intret conclusionem, ergo non solùm illud licet, imò aliquando est necessarium. Quòd præmissæ sint habiles manifestum est. Sed probatur minor. Nam si inferas, aliqua propositio est bona vel mala, cõsequentia non valet: quia propositio neq; est bona nec mala. Sed si inferas, aliqua propositio est consequentia, quæ est bona, vel mala, tunc optimè sequitur: sed tamen medium intrat conclusionem.

Argu. 5. *Ad hoc argumẽto moderni. Sum*mulistæ negant, necessarium esse in hac consequentia medium intrare conclusionẽ: supponunt enim quòd adiectiuum non potest per se esse totale prædicatum. Quare dicunt illam maiorem subordinari in mente huic, omnis consequentia est consequentia bona vel mala. Et ideo cõcludendo, aliqua propositio est bona vel mala, arguitur in quatuor terminis: quia prædicatũ illic est, propositio bona vel mala, quæ nõ erat maior extremitas. Vnde concludendum est, aliqua propositio est consequentia bona vel mala. Sed ly consequentia, non intrat cõclusionem tanq̃ medium, sed quia erat maior extremitas.

Argu. 6. *Sed, tamen, vt diximus secundo li*bro. c. de appel. gratis negatur adiectiuum posse esse totale prædicatũ, vnde in illa consequentia, omnis consequentia est bona, aliqua propositio est cõsequentia, ergò aliqua propositio est bona: non arguitur formaliter in quatuor terminis: quia ly bona, est per se prædicatũ in maiori,& in cõclusione. Sed tamẽ variatur appellatio: quia in maiori appellat suprà significatum de ly consequentia,& in conclusione supra significatũ de ly propositio. Et ideo, vt caueatur ab hoc defectu ponendum est mediũ in conclusione, scilicet, aliqua propositio est consequentia, quæ est bona. Et tunc non intrat tanquã medium, sed ad euitandum defectum appellationis: quod frequentissimè contingit.

Tertia cõditio generalis erat, quòd 3. Conditio. id, quod se tenet ex parte medij in maiori cõcludatur cũ minori extremitate,& id quod se tenet cum medio in minori concludatur cũ maiori extremitate. Sed primùm omniũ regula est intelligenda quando licet addere aliquid medio: vel in maiori, vel in minori. Vbi notandum est, quòd fuit regula antiquorum sub hac forma: Nõ debet plus prædicari in minori quàm fuerit subiectum distributum in maiori. Et per subiectũ maioris & prædicatum minoris intelligebant vniuersaliter medium, eò quòd illa est dispositio medij in prima figura, à qua cæteras denominabant. Vnde sensus regulæ erat: Medium debêre esse totale extremum in vtraq; præmissarum. At verò, quanquàm regula ponebatur doctrinaliter vniuersalis, nihilominus patiebatur exceptionẽ. Et ideo iam modò nõ ponitur regula sub illis terminis, sed quòd medium sit totale extremum in altera præmissarum. Notandus est ergò casus, in quo non licet addere aliquid medio in præmissis. In syllogismo negatiuo cuiuscunq; figuræ non licet aliquid se tenere cũ medio in pręmissa affirmatiua, virtute cuius totum cõplexum possit de aliquo verificari, de quo non verificetur medium. Vt hæ præmissæ, nullum album est nigrũ, brunellus est albi equus, nullam possunt cõclusionem inferre: quia maximè inferrent illam, brunellus nigri equus non est:& tamẽ si solus esset brunellus inter equos, qui ab omnibus hominibus albis & nigris possideretur, pręmissę sunt verę & cõclusio falsa: quia stat ly albi equus, supponere pro aliquo in affirmatiua, pro quo non accipiebatur medium in negatiua. Hæ verò nullum album est nigrum, brunellus est hominis album, optimè sunt habiles & inferunt, ergò brunellus, hominis nullum nigrum est: quia ly hominis album, in affirmatiua non stat supponere pro aliquo pro quo nõ supponat ly album, in negatiua. Pari ratione istæ sunt habiles, nullũ animal est lapis, omnis homo est animal & substantia (ly &, diuisiuè tento) quia de nullo verificatur complexum, secundùm talem acceptionem, de quo non verificetur solùm medium: si tamen diceres in minori, oĩs lapis est animal vel substantia, præmissæ essent

essent inhabiles: quia non sequitur, ergò lapis non est lapis. Nec sequeretur si ly &, acciperetur complexiuè, nulla materia est homo, Petrus est materia & forma, ergo Petrus nō est homo. In syllogismis autem purè affirmatiuis, vniuersaliter licet in altera præmissarum medium nō esset totale extremū quæcunq; sit illa: sicut in syllogismis negatiuis licet vniuersaliter non esset totale extremum in præmissa negatiua.

Est ergo tertia conditio, quòd quando licitè aliquid additur medio in maiori, concludatur cum minori extremitate, & quando in minori concludatur cum maiori extremitate, & talis extremitas cōcludatur eodem casu, quo erat mediū in illa præmissa. Contra quam tamen cōditionem arguitur. Nō sequitur, omnis homo est monachus, omne risibile est homo albus, ergo omne risibile est monachus albus, & tamē id quòd licitè se tenet cum medio in minori cōcluditur cum maiori extremitate, ergò conditio nulla.

Respondetur consequentiam non valere, quia variatur appellatio. Sed cōcludēdum est, ergo omne risibile est homo albus, qui est monachus: vbi medium intrat cōclusionem ad euitandum defectum appellationis. Eodem modo si admiseris aliquam rem posideri in vno loco ab homine & non in alio (sicut mancipiū, quod in Hispania posidetur ab homine non potest ex lege posideri in Gallia) tunc non valeret hæc consequentia: cuiuslibet hominis equus est animal. a. quilibet equus est, ergò cuiuslibet hominis. a. est animal. Nam si ly. a. valeat tantùm, sicut possessum in. b. loco & in illo brunellus nō posideatur ab homine, sed ab angelo, in alio verò posideatur ab omnibus hominibus, præmissæ sunt veræ & cōclusio falsa. Si verò nō admittas huiusmodi casus, optima est hæc consequentia, cuiuslibet hominis equus currit, brunellus quilibet equ9 est, ergò cuiuslibet hominis brunellus currit. Nam quòd minor extremitas restringatur magis in conclusione, non obstat bonitati consequentiæ. Imò hoc præcepit hęc cōditio quòd illud quod se tenebat cum medio in maiori, eodem modo restringat minorem extremitatem in conclusione quo restringebat mediū. Sed replicatur aduersus hoc: Non sequitur, omnis homo erit rex, brunellus erit equus hominis, ergò brunellus erit equus regis: nam casu quo omnis homo post hac erit rex, brunellus autem posideatur ab homine antequàm sit rex, sed nō quando erit rex, antecedens est verum & cōsequens falsum, & nō est alius defectus nisi quòd id quod, se tenet cum medio in minori, puta ly equus, concluditur cum maiori extremitate, ergò conditio non est bona. Respondetur quod variatur appellatio. Vnde concludendum est, brunellus erit equus hominis: qui aliquando erit rex. Eodem defectu nō sequitur in huiusmodi consequentijs, quicunq; amat odit, Petrus amat virtutem, ergò Petrus odit virtutem. Sed concludendum est ergò Petrus qui amat virtutem, odit, (scilicet vi ium.) Quicunq; comedit bibit, Petrus comedit panem, ergo bibit panem. Sed concludendum est, ergo Petrus qui comedit panem, bibit aquam. In summa ad euitandum huiusmodi defectus appellationis, medium debet semper intrare conclusionem.

*Arguitur autem contra hæc Di*ctum est, has præmissas, nullum animal est lapis, omnis homo est animal & substantia (ly &, diuisiuè tento) esse habiles, ergò inferūt hanc conclusionem, omnis homo lapis & substantia non est: vt ly substantia, quod in minori vniebatur cum medio per ly &, vniatur pariter in conclusione cum maiore extremitate: sed tamen non sequitur in simili forma si loco de ly substantia, ponas ly risibile, & sit tantū vnus homo. Ad hoc negatur prima cōsequētia. Nam quanquàm illę præmissæ sint habiles, non tamen inferunt illam cōclusionem: est enim defectus quòd cōclusio virtualiter est copulatiua, cuius vna pars non infertur ex illis præmisis: vt patet in instantia de illa parte, omnis homo risibilis non est. Quare inferendum est, ergò oīs homo lapis vel substantia non est, (ly vel, diuisiuè.) Posset tamen in conclusione ly substantia, vniri minori extremitati per ly &, vt concluderes, omnis homo & substantia non est lapis.

*Secundo replicatur ad idem. Se*quitur bene, omnis homo & equus est animal, (ly &, diuisiuè:) Petrus est homo, ergo Petrus est animal: item cuiuslibet hominis equus est animal, brunellus quilibet equus est, ergò brunellus est animal: & tamen id quod se tenet cum medio in maiore, nō cōcluditur cum minori extremitate in cōclusione, ergò tertia cōditio non est necessaria.

Respondetur illas consequentias esse bonas:

nas:quia cõclusiones illæ sequuntur ex cõclusionibus,quæ deberẽt inferri. Inferendũ enim erat in priori,Petrus & equus est animal(diuisiuè) ex qua formaliter sequit̃, Petrus est animal:& in secũda inferendũ erat, cuiuslibet hominis brunellus est animal, ex qua sequitur,brunellus est animal. Eodem modo respondetur si arguas,hanc cõsequẽtiam esse bonam,cuiuslibet hominis equus est animal,Petrus est homo,ergò Petrus vel equus est animal:vbi tamen minor extremitas non cõcluditur in genitiuo:vbi erat medium in maiore.Respondetur inquã, quòd hæc est bona:quia conclusio infertur ex cõclusione alterius,scilicet,Petri equus est animal, ergò equus est animal,& rursùs, ergò Petrus vel equus est animal. Et huiusmodi syllogismos solent vocare mediatas consequentias.

*Ex dictis sequitur primò conclusio*nem huius consequentiæ non esse nugatoriã,cuiuslibet serui equus est animal, hominis homo est seruus,ergò hominis hominis equus est animal.Sequitur.2.hunc syllogismum non valere,in hac anima est sciencia: & hæc,anima est in pede, ergò in pede est sciencia:sed concludendũ esset,ergò in ente quod est in pede est scientia:nam minor extremitas erat ens in pede. Sequitur tertiò huiusmodi syllogismos non valere, in Salmantica nõ est Imperator, & Salmãtica est in Hispania,ergò in Hispania non est Imperator:in his lapidibus non sunt pisces,& hi lapides sunt ĩ Sequana,ergo in Sequana nõ sunt pisces,quanquàm moderni Summulistæ inconsideratè concedant illas cõsequentias.Putant enim quòd illa conclusio in Sequana nõ sunt pisces,facit hunc sensum , in Sequana aliqua entia nõ sunt pisces. Et eadẽ ratione sensus alterius est quòd aliquod ens,quod est in Hispania nõ est Imperator. Sed re vera,præterquàm ꝙ est præter communem modum concipiendi,est etiam cõtra dialecticam,nam ly entia,nõ includitur in ablatiuo,in lapidibus,sed in verbo sunt: quod negatur.Et ideo sensus est,ꝙ in Sequana nulla entia sunt pisces.Eodem modo sensus alterius est quòd in Hispania nullũ ens est Imperator.Quare ex prioribus præmissis concludendum est, Ergò in ente, seu in vrbe,quę est in Hispania nõ est Imperator: & ex secundis præmissis inferendum est, ergò in entibus,quæ sunt in Sequana non sunt pisces.

Quarta conditio generalis erat, quòd extremitates sint totalia extrema : tã in præmissis quàm in conclusione: nisi aliquid se teneat ex parte medij, quod debeat cõcludi cum aliqua illarum . Contra quam conditionem arguitur:Hæc cõsequentia est formalis in baroco,cuiuslibet hominis quilibet equus ambulat,& risibilis equus non ambulat,ergò risibile non est homo (acceptis pro extremitatibus) solùm ly hominis, & ly risibilis,& tamẽ neutra extremitatum in præmissis est totale extremum, ergò illa conditio nõ est necessaria.Maior patet,primò,quia illa est bona consequentia,& non videtur quo alio modo teneat nisi in baroco.Secundò,quia reducitur ad barbara, per impossibile,nam ex eadem maiore , scilicet, cuiuslibet hominis quilibet equus ambulat,& contradictoria conclusionis,scilicet,omne risibile est homo, sequitur in barbara contradictorium minoris,scilicet,cuiuslibet risibilis quilibet equus ambulat. 4.Cõditio

Huic argumento multi concedunt intentum,videlicet hanc conditionem,sicut & cæteras non esse simpliciter necessariam in modis imperfectis, sed re vera si quandoq; requirerentur,quandoq; non , non essent dicendę conditiones.Igitur ad argumẽtum negatur illam consequentiam esse in baroco. Imò hæc non valet, cuiuslibet hominis quilibet equus ambulat:risibilis canis non ambulat,ergò risibile non est homo:tamen est eiusdem formæ cum illa:cùm synonymitas inter terminos,qui se applicant extremitatibus,non sit intrinseca. Negaturq; proinde,dictam consequentiam reduci per impossibile ad barbara. Si enim conclusio de barbara consideretur tanquàm cõtradictoria minoris de baroco (vt debet cõsiderari) accepto ly canis,loco de ly equus , in minori,vt modò facimus,tũc in hac cõsequentia,cuiuslibet hoĩs quilibet equus ambulat, omne risibile est hõ,ergò cuiuslibet risibilis quilibet canis ambulat,infertur cõtradictorium illius minoris:& tamen hæc non est in barbara.Hinc sequitur aliquam esse consequentiam formalem in barbara , cui tamen non correspondet aliqua , quæ sit formalis in baroco:vt hæc,cuiuslibet hominis quilibet equus ambulat,omne risibile est homo, ergò cuiuslibet risibilis quilibet equus ambulat,est formalis in barbara, tamẽ seruata maiore & contradictoria conclusionis inferendo

rendo contradictorium minoris nō est formalis in baroco. Satis est quòd sit materialis. Hoc enim vniuersale est, quòd data quacunq; consequentia ex contradictorio conclusionis, cum aliqua præmissarū sequatur cōtradictorium alterius, licet nō sit necesse, vt sequatur in consequentia syllogistica. Eodem modo respondendum est ad hunc syllogismum, qui videtur in bocardo, hominis equus non ambulat, cuiuslibet risibilis quilibet equus ambulat, ergo homo non est risibile, quæ videtur reduci ad barbara, accipiendo eandem minorem pro maiore, & cō tradictorium conclusionis pro minori inferendo contradictoriū maioris. Sed dicimus quòd nō tenet formaliter: quia hæc est eiusdem formæ, hominis equus non ambulat. cuiuslibet risibilis quilibet canis ambulat. ergo homo non est risibilis, quæ tamen nec est bona, nec reducitur ad barbara.

Lectio secunda.

Defectus. 1 POst quatuor essentiales conditiones, sequitur vt examinemus defectus, tàm intrinsecos quā extrinsecos. Et primus erat, quando medium tenetur æquiuocè. Qui cōmittitur in omni genere æquiuocationis, vt Petrus est Salmanticæ, Petrus est Apostolus, ergò Apostolus est Salmanticæ: omne quod est sanum est animal, pomum est sanum, ergò pomum est animal: nam in maiori, sanum, stat pro illo in quo formaliter est sanitas: & in minori, pro illo in quo est causa sanitatis: & in minori, pro illo in quo est causa sanitatis. Quicquid ridet habet os, pratum ridet, ergo pratum habet os: quicquid est Aristotelis, possidetur ab Aristotele, hic liber est Aristotelis, ergo possidetur ab Aristotele: nam genitiuus ille accipitur in maiori possessiuè: & in minori, vt dicit causam efficientē. Imò tota oratio potest teneri æquiuocè: vt non sequitur, Quemcunq; vellem me vincere vellem esse victum à me, amorem Dei vellem me vincere, ergò amorem Dei vellem esse victum à me: nam accusatiuus, me, in maiori tenetur actiue, & in minori passiuè.

At contra hunc defectum arguitur. Si æquiuocatio medij esset defectus, sequeretur hanc consequentiam non esse syllogisticam, cuiuslibet hominis equus ambulat, Petrus est homo ergo Petri equus ambulat: nam vt dictum est libro. 2. de Nomine, ly homo, & ly hominis, diuersis conceptibus subordinantur. Quòd si dixeris, hanc non esse propriam æquiuocationem: saltem quę obstet syllogismo: sequeretur æqua ratione hanc consequentiam esse syllogisticam, omnis homo est animal, risibilia sunt homines, ergò risibilia sunt animal, cū tanta sit sinonymitas inter singularem & pluralē numerum eiusdem nominis, quanta inter rectum & obliquum. Ad argumentum, negatur æquam esse rationem de variatione casus & numeri. Nam obliquus verificatur mediante suo recto, & ideo supponunt pro eodem: plurale tamen non verificatur mediante singulari, & ideo non supponunt pro eodem. Quare prima variatio nihil obstat, obstat tamen secunda.

Secundus defectus huic proximus erat, quando medium in aliqua prēmissarū accipitur vnica, & in alia pluribus. Vbi nulla est difficultas specialis, sed in celarent & in bocardo & darapti formabuntur aliqui paralogismi peccantes hoc defectu. Not. 2. Defect⁹. 2.

Tertia regula seu defectus erat, Ex puris particularibus, particularitate medij nihil sequitur. Contra quā arguitur. Bene sequitur, homo est, & non est animal. Petrus est homo, ergo Petr⁹ est, & nō animal, vbi mediū nullibi distribuitur. Sunt qui putant hunc defectum pati multas instantias, Sed tamen si rectè intelligatur, certè nullam patitur. Vnde ad argumentum negatur ꝙ sit consequētia syllogistica: sed tenet solùm per modum extrinsecum: quia antecedens est impossibile: sicut hæc, homo est vel non est animal, Petrus est homo, ergò Petrus est vel non est animal, tenet: quia consequens est necessarium. No. 3. Defect⁹. 3.

*Secundo arguitur, hæc consequē*tia est syllogistica, homo est ipsemet, Petrus est homo, ergò Petrus est ipsemet: & tamen mediū nullibi distribuitur. Respondetur, ꝙ illa tenet non syllogisticè, sed quia cōclusio infertur ex sola minori. Et hoc modo soluūtur multa argumenta. Intelligūtur enim cōditiones & defectus hoc modo, ꝙ quando aliquis supradictorum defectuum committitur consequentia non tenet syllogisticè, id est, ex sola connexione medij cum extremitatibus: sed quia cōclusio infertur ex aliqua præmissarum vel alia via. Quare optimè sequitur in secunda figura, vtrunq; album alterum animal est, homo est animal. ergo homo est albus: quia maior nō potest verificari nisi prędicato habente solùm duo supposita Argu. 3.

sita:quorum vtrunq; sit album. Et ideo formaliter infert hãc, omne animal est album, quæ cum eadem minori infert illam cõclusionem in darij.

Argu.3 *Tertiò arguitur, hæc consequentia* est syllogistica, quilibet equus hominis non est animal, Petrus est homo, ergò quilibet equus Petri non est animal: & tamẽ mediũ nullibi distribuitur. Respondetur quòd virtualiter distribuitur in maiore: dictum enim est suprà, lib.3.c.de obliquis: quòd quando in negatiua totum complexum vnica acceptione distribuitur, virtualiter distribuitur obliquus. Vnde maior illa æquiualet huic. nullius hominis equus est animal. Sed tamẽ respectu copulę de extrinseco tẽpore maximè si determinatio esset terminus cõnotatiuus non valeret consequẽtia. Vt non sequitur, nullus equus hominis albi fuit animal, Petrus est vel fuit homo albus, ergò equus Petri non fuit animal: nam si nullus homo tempore quo erat albus possedisset equum, Petrus tamẽ cũ esset niger possedisset equũ & aliquando fuisset albus, antecedens esset verum & consequens falsum. Sed contrà. Ergò saltem hic esset bonus syllogismus, quilibet equus regis est albus, aliquis homo est rex habens equum, ergò quilibet equus hominis est albus: nam mediũ puta ly equus, in maiori saltem distribuitur pro rege habẽte equum: ęquiualet enim maior huic, cuiuslibet regis habentis equum quilibet equus est albus, & cum eadem restrictione subsumitur in minori, & tamen præmissæ sunt veræ: & conclusio falsa: si quilibet equus regis sit albus, & equi aliorum hominum sint nigri. Respondetur quòd arguitur à magis ad minùs restrictum cum distributione, ex parte de ly equus, qui in maiori restringitur à ly regis, & in cõclusione à ly hominis, quod est arguere ab inferiori ad superius. At verò si cõcluderes, hominis quilibet equus est albus, optima esset consequentia: quia totum non accipitur vnica acceptione, & sic nõ est idem defectus. Alius defectus potest signari, quia ly homo, in minori stat purè determinatè, sed in conclusione, nõ: cùm nõ liceat ascẽdere disiunctiuè sub illa determinatione accepta vnicè: immediatè & in minori sic.

Argu.4. *Quartò arguitur, hic est bonus* syllogismus, omnes Christiani sunt vna Ecclesia, Petrus & Paulus sunt omnes Christiani, ergò Petrus & Paulus sunt vna Ecclesia (ly omnes, collectiuè) & tamẽ mediũ nõ distribuitur, ergò ille non est defectus. Respõdetur illum syllogismum tenere virtute syllogismi expositorij, quia terminus sumptus cum signo collectiuo nõ potest simul in eodem instanti pro pluribus immediatè supponere, mediante eadem copula. Hic verò, homo est animal, risibile est idem homo ergò risibile est animal, in creaturis quidẽ tenet, ac si esset expositorius: in diuinis verò non tenet, essentia diuina est pater, est filius est eadem essentia diuina, ergò filius est pater: vt videbimus in.3.parte. Eodẽ modo tenet, iste homo omne animal est, Petrus est idem homo, ergò Petrus omne animal est: quia præmissæ non possunt reddi veræ nisi pro vno eodemq; supposito.

Per hanc primam regulam textualem huius tertij defectus intrinseci explicatiuam manifestè intelligitur tertia.s.si aliqua præmissa fuerit particularis, cõclusio debet esse particularis: vbi cauetur à.3.defectu extrinseco, qui est arguere à nõ distributo ad distributũ: nam dato syllogismo in quo arguitur ex puris particularibus, tunc arguendo ex altera præmissarum cum contradictorio conclusionis ad cõtradictorium alterius præmissæ arguitur à nõ distributo ad distributum: vt quisq; poterit practicare. Not.4

Quartus defectus intrinsecus erat, quando mediũ est aliquod copulatum cuius vna pars distribuitur in vna pręmissa, & alia in altera, sed vtrobiq; pars non distributa supponit cõfusè in ordine ad distributam. Contra quẽ arguitur. Optime sequitur in barbara, omnis homo & homo omnes homines sunt, omnia risibilia homo & omnis homo sũt, ergò omnia risibilia omnes homines sunt, & tamen committitur idem defectus, ergò. Respondetur, quòd ille defectus intelligitur cum his restrictionibus: videlicet in affirmatiuis ille non est defectus, si nulla sit confusa ex parte alicuius extremitatis, sicut contingit in hoc argumento, nisi fortè partes illæ, vbi committitur defectus, essent determinationes eiusdem determinabilis. Non enim sequitur, etiam si distribuas prædicatum, cuiuslibet albi & nigri quilibet equus ambulat, brunellus.a.albi & cuiuslibet nigri equus est, ergò brunellus ambulat. Nam si sint duo homines albi & duo nigri, & primus albus cũ primo nigro possideat fauellum qui ambulat: & cum secundo nigro brunellum qui nõ ambulat, secũdus Nota.4

dus verò albus è cõtrario, cum primo nigro posſideat brunellum: & cum ſecundo fauellum, præmiſſæ ſunt veræ, & concluſio falſa. At verò in negatiuis quomodocunq; eſt defectus. Non enim ſequitur in celarẽt, omnis homo & homo non ſunt animalia, omnia riſibilia. a. homo & omnis homo ſunt, ergò omnia riſibilia non ſunt animalia.

Nota. 6. *Sed contra ſolutionem principalis* argumenti replicatur. Hic eſt bonus ſyllogiſmus, omnis homo & homo omnia animalia ſunt, omne rationale & riſibile. a. homo & quilibet homo ſunt, ergo omne ratiõale eſt riſibile, omnia animalia ſunt, & tamen à parte minoris extremitatis ponitur aliqua cõfuſa, ergo malè reſponſum eſt. Ad hoc cõceditur quòd ſit bonus ſyllogiſmus. Intelligitur enim regula, quòd quando à parte alicuius extremitatis ponitur aliqua cõfuſa in ordine ad vniuerſalitatem medij tunc defectus quartus habet locũ, aliàs nihil obſtat. Modò pars ſecũda minoris extremitatis determinatè quidẽ ſupponit in ordine ad vniuerſalitatem medij: vnde, ſi diceres in minori, omne rationale &. a. riſibile, &c. dares præmiſſas veras & cõcluſionem falſam, ſi in prima parte minoris extremitatis loco de ly rationale, poneres, ly, materia hominis, caſu quo ex animalibus eſſent ſoli duo homines communicantes in materia. Ex dictis ſequitur, hanc conſequentiam non valere, vterq; homo & homo nõ ſunt animalia, omnia riſibilia. a. alter homo & vterq; homo ſunt, ergo omnia riſibilia non ſunt animalia. Caſu enim quo ſint ſoli duo homines, præmiſſæ ſunt veræ, & cõcluſio falſa: potiſsima argumẽta circa hũc defectũ ſũt in his ſignis incõpletis: ſed nõ eſt neceſſariũ illa multiplicare.

Not. 7. *Quartus defectus extrinſecus* correſpondens huic intrinſeco eſt, nè arguatur à confuſa ad determinatam. Contra quẽ arguitur: Optimè ſequitur in baralipton, omne animal eſt ſubſtãtia, omnis homo omne animal eſt, ergo aliqua ſubſtãtia omnis homo eſt. Itẽ in fapeſmo, omnis homo eſt animal, nullus equ⁹ eſt homo, ergo animal non eſt equus & tamen vtrobiq; arguitur à confuſa ad determinatam ex parte maioris extremitatis, ergo ille defectus non debet.

Nota. 8. *Reſpondetur, quod quemadmodũ* non eſt defectus, vt partes medij non diſtributi ſtent confuſæ, quando nulla eſt cõfuſa ex parte extremitatis, ita arguere à confuſa ad determinatã ex parte alicuius extremitatis nullus eſt defectus, quando medium in nulla permiſſarum ſupponit confuſè, ſicut fit in conſequentijs aſſumptis, vbi medium vtrobiq; diſtribuitur. Et idem eſſet ſit vbi non diſtribuitur ſupponeret determinatè, aut diſcretè. In diuinis verò, nõ tenet, omnis eſſentia diuina eſt perſona, & omnis perſona omnis eſſẽtia diuina eſt, ergò aliqua perſona omnis perſona eſt. Sed eſt propter aliũ defectum, quia medium non diſtribuitur completè: vt videbimus in tertia parte.

Ex quo ſequitur optimè ſequi in felaptõ nullus homo eſt lapis, omnis homo eſt animal, ergò animal non eſt lapis: & in bocardo, homo nõ eſt lapis, omnis homo eſt animal, ergò animal non eſt lapis. Sed ſi mediũ in negatiua ſupponeret confuſè, non ſequeretur in fapeſmo, omnis homo eſt rationalis, omne riſibile homo nõ eſt, ergò aliquod rationale non eſt riſibile. Nec ſequeretur ſi aliqua pars medij, maneret confuſè, omnis materia & omnis forma ſunt homo, omne riſibile omnis materia & forma nõ eſt, ergo homo nõ eſt riſibilis, vt patet ſi ſint tantum duo homines communicantes in materia.

*Sed contra hæc replicatur: non ſe*quitur, cuiuslibet hominis. a. equus non eſt animal, Petrus omnis homo eſt, ergò Petri equus non eſt animal (vt patet ſi nõ ſit alius homo, niſi Petrus, qui habeat duos equos:) ergo adhuc medio in vtraq; præmiſſarum diſtributo, eſt defectus arguere à confuſa ad determinatam. Reſpondetur, quòd reſtrictio illa regulæ intelligebatur, quãdo arguitur à confuſa ad determinatã ex parte vnius exrtemitatis in ordine ad aliam: ſed reſpectu illius, quod ſe tenet ex parte medij ſemper eſt defectus: quomodocunq; ſupponat medium: quemadmodum etiam ſemper eſt defectus inter partes eiuſdẽ extremitatis. Non enim ſequitur in fapeſmo, omnes homines omnis homo & homo ſunt, nullum riſibile eſt homines, ergo omnis homo &. b. homo non ſunt riſibile: vt patet ſi tãtùm ſint duo homines, & ſit ſermo de totalibus: quia ex parte ſecundæ partis maioris extremitatis arguitur à confuſa ad determinatam in ordine ad primam, Sed de his ſatis. Nota. 9.

Lectio tertia.

QVintus defectus intrinſecus erat, quando medium vbi non diſtribuitur, Nota. 1.

accipitur

accipitur magis amplè quàm vbi distribuitur. Contra quem arguitur, Optimè sequitur in barbara, omne animal est substantia, omnis homo qui est homo necessariò est animal, ergo omnis homo est substãtia: & tamen medium in minori vbi non distribuitur stat magis amplè, ergo.

Ad hoc argumentum dubium est, vt vidim⁹ in.c. de ampliatione, an ly, animal, in minori supponat pro omni animali possibili, an solũ necessario. Sed quicquid sit, saltem mediãte illa copula, necessariò, nõ verificat nisi de re necessaria. Et ideò nullus est defectus in syllogismo assumpto. Intelligitem quintus defectus, q̃ nõ stet mediũ vbi nõ distribuitur secundũ acceptionẽ qua illic tenetur, & mediante eâdem copula, verificari de aliquo pro quo nõ distribuatur in alia præmissa. Quare hæ præmissæ sunt etiã habiles, omne animal est substantia, & homo qui est homo est & fuit animal (& quãq; subsumas homo est & nõ fuit animal) nam vtroq; modo sequitur, ergo homo est substãtia, vel homo qui est vel fuit est substãtia: vtraq; enim minor infert hanc, hõ est animal: vel hãc, hõ qui est vel fuit est animal, quę cũ eâdẽ maiori infert eandẽ conclusionẽ. Si tamen mediũ in minori pręcedat copulã, non sequitur, omne albũ est equus, omis homo albũ est & fuit, ergo oĩs homo est equus: nã si soli equi sint modò albi, & oẽs homines sint nigri & fuerĩt albi, p̃missę sunt verę & cõclusio falsa. No.2.

Ex his sequitur, quòd quando medium est aliq̃d complexũ acceptũ pluribus acceptionib⁹, respiciendũ est ad vtranq; partem. Quare nõ sequitur, cuiuslibet hominis equus erit albus, brunell⁹ hominis quilibet equus est, ergo brunellus erit albus. Nam si solus Petrus sit & erit hõ & possideat nunc brunellũ qui nunq̃ erit albus, & cras fauellũ album, pręmissæ sunt verę, & conclusio falsa. Sed cõtrà ad min⁹ in hoc syllogismo, nullus committeretur defectus: Cuiuslibet hominis equus qui est equ⁹ erit albus, brunellus hominis quilibet equus est, ergo brunellus erit albus (quia nulla pars medii amplia tur magis in vna præmissa quàm in alia) in quo tñ pręmissę sunt verę & cõclusio falsa, casu quo fauell⁹, que modo est & à nullo homine possideatur, cras possidebit & erit albus, brunellus verò qui nunc possidetur ab homine, nunquã erit albus. Negatur quòd non cõmittatur defectus, quia totum complexum in maiore vbi determinabile nõ distribuitur, accipitur pro pluribus, quàm in minori: puta, pro equo qui nunc possidetur vel possidebitur. No.3.

Hic defectus est frequentissimus in materia de incipit & desinit: vt non sequitur, omne incipiẽs esse est homo, brunellus est incipiẽs esse, ergo brunellus est homo: qa mediũ in maiore non ampliat categorematicè, & nominaliter: & ideò stat solũ pro re, q̃ incipit esse per primũ suĩ esse: & ĩ minori, quia ponitã parte prędicati, habet amplũ modũ significãdi. Quare si modò Petrus incipiat esse per primum suĩ esse, & brunellus per vltimũ nõ esse, pręmissę sunt verę & cõclusio falsa. Nec sequitur, cuiuslibet hominis equ⁹ incipit esse, brunellus est vel immediatè posthac erit hominis equus: ergo brunellus incipit esse. Nã si nũc sol⁹ fauellus incipiat esse qui ab oĩbus hominib⁹ possideatur, brunell⁹ verò nõ incipiat esse, nec ab aliquo homine modò possideatur, sed hora futura diuisa per partes proportionales minoribus versus nos, in qualibet parte ab alio & alio hoĩe possideat, præmissę sunt verę, & cõclusio falsa. Ratio est, qa ly, hoĩs, vbi non distribuit propterea q̃ sequitur ly, immediatè, accipitur p̃ aliquo pro quo nõ distribuit in maiore, sed subsumendũ est, brunellus hominis quilibet equus est vel immediatè posthac erit. Idem defectus latet sępisimè in signis incõpletis: vt nõ sequitur, omne animal fuit in arca Noe, Petrus aliquod animal est, medio in maiori incõpletè distributo, & in minori incõpletè opposito modo singularizato, ergo Petrus fuit in arca Noe. Nam si nunc solus sit Petr⁹ inter hoĩes (vt sit de aliqua specie quodlibet animal) sed tñ fuissent in arca de qualibet specie aliq̃d animal, præmissæ sunt veræ & cõclusio falsa: qa particularitas de ly, animal, magis ãpliatur in maiore quã ĩ minore. Nec sequit, vterq; hõ fuit albus, Petrus alter hõ est, ergo Petrus fuit albus. Nã si Petrus qui nũquã fuerit albus modò sit solus cum alio homine, & anteà fuerint duo homines albi, præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa. No.4.

Sed contra hęc omnia arguitur, ad minus hic esset bonus syllogismus secũdum dicta, omne album est lapis, aliquod animal possibiliter est albũ quod est album, ergo aliquod animal est lapis: postq̃ restringit mediũ in minori pro præsentibus: & tamen cõclusio est impossibilis, & præmissę sunt ambę veræ, casu quo soli lapides sint albi. Nã maior manifesta No.5.

nifesta est, & minor est vera secundũ doctrinam traditam.2.lib.c.de relatiuis:nam totum illud, albũ quod est albũ ampliatur à ly, possibiliter:vt sit sensus,aliquod animal possibiliter est albũ existẽs.Respondetur, ꝙ vt syllogismus teneat, debet ly,est, restringere taliter pro instanti pręsenti,vt non ampletur.At verò de hoc syllogismo,Adam fuit omnis homo, Noë fuit homo,ergo Noë fuit Adam,iam suprà dictum est.c.de moda. argu.7. quòd mediũ in maiore non distribuitur complete pro omnibus pro quibus stat in minori.Nam distribuitur dependenter à determinatione copulæ.s. Adam in hoc instanti fuit omnis homo(quæ est vera.)Quare præmissæ sunt veræ & conclusio falsa. Sed vt valeat syllogismus dicendum est in maiore, Adam omnis homo fuit. Sed ad minus iste nullũ videtur habere defectum, aliquod ens possibiliter est creatura,Deus necessariò est omne ens, ergo Deus possibiliter est creatura:cùm tamen cõclusio sit impossibilis & maior manifestè vera & pariter minor:quia ly,ens, solũ distribuitur pro ente necessario.Respondetur ꝙ si quis teneat ly,ens,in minori pro ente solum necessariò distribui, defectus est manifestus:quia non distribuitur in minori pro omnibus pro quibus accipitur in maiore, sed dicendum est in minori,Deus omne ens necessariò est,sed si ly ens,à parte prædicati stet pro ente possibili, optimus est syllogismus: & minor est falsa: vt patet per de inesse ad quam reducitur,scilicet,Deus est omne ens,q̃ non est necessaria.

No.6. *Sextus defectus intrinsecus erat*, quando medium in affirmatiua stat magis amplè quàm in negatiua. Contra quẽ pariter arguitur,optimè sequitur in Celarẽt, nullum animal est lapis,omnis homo nessariò est animal,ergo nullus homo est lapis:& tamen animal in affirmatiua videtur stare magis amplè quã in maiori. Quòd si id negaueris,proportionabiliter ad ea,quæ modò dicemus: quia ly,animal,secundùm acceptionem quam habet in minore magis restringitur,quã in maiore.Cõtrà sequeretur, eâdem ratione,has pręmissas esse habiles in festino,omnis Deus possibiliter nõ est creãs,Deꝰ possibiliter est creãs: ad inferendum hanc, Deus possibiliter nõ est Deus,vel quæcunq; aliam : cùm tamen præmissæ sunt necessariæ, & quancunq; conclusio negatiua ex illis extremitatibus sit impossibilis.

No.7. Defectus.6. *Sextus defectus,vt sit vniuersaliter infallibilis*,intelligẽdus est in hoc sẽsu:Medium in præmissa affirmatiua non debet verificari de aliquo de quo non verificetur in contradictoria negatiuę.Et proportionabiliter dicẽdum est de partibus medii,si fuerit aliquod complexum. Vnde syllogismus primus optimus quidẽ est in Celarent:sed pręmissæ,quæ sumuntur in replica sunt inhabiles :quia medium in minori stat pro omni creante possibili, & in maiore negatiua stat solùm pro necessario : pro quo videlicet stat in sua contradictoria.s.Deus necessariò est creans.

Quintus defectus extrinsecus erat No.8. à non amplo ad amplum cum distributione ampli, cui correspondet alter oppositus, ab amplo ad non amplum sine distributione ampli.Sextus est, ab amplo ad non amplum affirmatiuè:cui opponitur alitera non amplo ad amplum negatiuè. Sed hi defectus intelligendi sunt secundũ regulas arguendi in ampliationibus,quas posuimus lib.2.cap.13.lect.2.Vnde quintus defectus nullam habet exceptionẽ. Nã sexta regula posita illic erat quòd à non amplo ad amplum cum distributione ampli nullo modo sequitur, nec affirmatiuè, nec negatiuè,nec cum constantia non ampli, nec sine illa.Et quinta regula fuit,quòd ab amplo ad nõ amplum sine distributione ampli nullo modo sequitur. Sed cõtra quintum defectum arguitur:Optimè sequitur in ferio,nullum animal erit album,homo ast animal,ergo homo nõ erit albus: & tamen arguitur ex parte minoris extremitatis à non amplo ad amplum negatiuè : ergo ille non est defectus. Respondetur quòd à non amplo ad amplum negatiuè est defectus vniuersalis,quando non ponitur constantia non ampli. Sed quando arguitur cum constantia & sine distributione ampli, optimè sequitur vt habet secunda regula arguendi in ampliationibus. Vnde quãdo committitur iste defectus inrer præmissam affirmatiuam & conclusionem,nihil obstat: quia arguitur tunc cum constantia non ampli.Sed si committeretur inter præmissam negatiuam & conclusionem, tunc esset defectus:vt non sequitur in baroco,omne coloratum est vel erit corpus album,quod est albũ non est vel erit corpus, ergo album non est vel erit coloratum:nam tunc arguitur sine cõstantia non ampli: & casu quo modò nullum sit album, sed posthac erunt alba, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa.

Secundò arguitur contra eosdem Argu.2. defectus.

defectus. Ad minus sequeretur hunc esse bonum syllogismű ferio, omne animal possibiliter non est albű, homo possibiliter est animal, ergo hő impossibiliter est albű: v pote vbi nullus apparet defectus. Antiqui assignassent hic octauű defectű: q copula cóclusionis non insequitur copulam maioris, sed ille, vt diximus non est defectus, nisi propter variationē ampliationis vel appellationis. Et ideò dicendű q cōmittitur sextus defectus extrinsecus. Debet enim intelligi proportionabiliter, sicut sextus intrinsecus, qñ cōmittitur in syllogismo negatiuo: debent enim tunc cognosci ampliationes negatiuarum per contradictorias affirmatiuas. Vnde maior extremitas in conclusione negatur pro albo possibili & in minori pro necessario: quare inferendű est, ergo homo possibiliter non est album. si vis hanc vocare variationem appellationis placet. Eodem defectu peccat hic paralogismus, nullus homo est & fuit albus, omne risibile est vel fuit homo ergo nullű risibile est vel fuit album: nam maior extremitas stat in cōclusione pro illo qđ est vel fuit albű, & in maiore pro illo quod est & fuit album. Vnde concludendum est, nullum risibile est & fuit album,

Nota. 9. *Idem defectus ampliationis cōmittũtur* respectu verbi præsentis, quãdo fingitur importare latitudinē tēporis. Quare, nō sequitur omne album est homo, oīs equus est albus, ergo equus est homo: si verbű maioris importet primam medietatē horæ: & verbum minoris secundã. Et secundű hoc distinguendű est hoc sophisma, qui plus sitit plus bibit, quicunq; plus bibit minùs sitit, ergo qui plus sitit minùs sitit: in quarta figura. Qui quidē syllogismus in rigore optimus est: nam omnia verba præmissarű & cōclusionis in rigore referuntur ad idē instans. Et tũc sicut cōclusio est impossibilis ita & præmissæ sunt incōpossibiles: Sed tamen in sensu in quo fit, verba præmissarű referunť ad diuersa instantia: videlicet qui plus modò sitit statim plus bibit, & qui plus bibit posteà minùs sitit. Vnde non sequiť cōclusio, q in eodē instãti plus sitiēs minùs sitiat, nisi referať ad diuersa. s. qui anteà plus sitiebat, nũc minùs sitit. Eodem modo dicendű ad hoc, cui plus dimittitur, plus diligit (quod habetur in Euangelio) sed quicunq; plus diligit minùs peccat, & minùs peccãti minùs dimittitur: ergo cui plus dimittiť, minùs dimittiť. Optima eñ est consequentia, & si oīa verba referanť ad idē instans, sicut cōclusio est impossibilis: ita & præmissæ sunt incōpossibiles. Sed si referanť ad diuersa instãtia, sensus est, cui modò plùs dimittitur posteà plus diligit, & qui plus diligit, inde minùs peccat: & minùs peccanti, posteà minùs dimittitur: vnde non sequitur nisi q cui modò plus dimittitur: posteà minùs dimittitur.

Hos defectus ampliationis adnotauit Aristoteles. 1. Priorű, multiplicãdo omes combinationes modalium. At verò combinationes illæ plures sunt quàm quæ valeant memoria teneri. Nec habēt verű nisi in propositionib⁹ de modo loquēdi cōsueto. Imò nec in illis tenent vniuersaliter, nisi quando cōmittitur aliquis istorű defectuű signatorum. Et ideò posteriores dialectici excogitauerũt has regulas ampliationis & restrictionis, quibus oēs illas cōbinationes cōprehenderēt. Quare superuacaneű est illas hic recēsēre. v. g. prima cōbinatio Aristo. est: In prima figura, maiori de necessario, & minori de inesse, sequiť conclusio de necessario. Sed tamen hæc regula non habet vniuersaliter verùm, nisi in darij & ferio & in modis particulariter concludētibus, vt omne animal necessariò est substãtia, homo est animal: ergo homo necessario est substãtia (à non amplo ad amplű sine distributione) sed in barbara & celarēt, vbi arguitur cű distributione, nō sequitur, omnis Deus necessariò est essentia diuina, ome ens est Deus, ergo ome ens necessariò est essentia diuina. Nam ante creationem mũdi pmissę erant verę & conclusio falsa. Ad hunc modű censendű est de aliis combinationibus, scilicet, maiori de necessario & minori de contingente, vel è conuerso: & de quibuscunq; aliis in quacunq; figura. Nota. 10.

Nota. 11. defectus. 7 *Septimus defectus intrinsecus erat* quando arguitur ex puris negatiuis: atque adeò septimus extrinsecus est, qñ aliqua præmissarum existente negatiua cōclusio est affirmatiua: vt habent, secũda & quarta regula textuales. Vbi solùm est aduertendű ad qualitates virtuales ppositionű. Nam sunt aliquæ habētes formam affirmatiuarű, quæ sunt virtualiter negatiuę, è conuerso. Quare optimè sequiť in barbara, omne animal contingēter non est substantia, omnis homo cō tingenter non est animal, ergo omnis homo contingenter est substantia: nam præmissæ sunt virtualiter affirmatiuæ. Item sequitur, omne animal cōtingēter est substãtia, omnis hō possibiliter est animal, ergo omis homo

contingenter non est substantia: quia cõclusio est virtualiter affirmatiua. Item sequitur, omnis homo est vel non fuit animal, Petrus est & nõ fuit homo, ergo Petrus est vel non fuit animal: quia minor est affirmatiua virtualiter iuxta regulas positas in de qualitate propositionis. Item sequitur, tantum homo nõ est albus, tantũ homo non est equus: ergo equus est albus: nam præmissæ sunt virtualiter affirmatiuæ: & ex secundis exponẽtibus infertur illa conclusio in darapti.

Nota. 12. Vltim⁹ defectus. *Vltimus defectus intrinsecus* ponebatur ab antiquis, q̃n copula cõclusionis non sequit copulã maioris. Vocabant copulam maioris, copulã præmissæ vbi medium distribuitur, & copulã præmissæ negatiuæ, si syllogismus esset negatiuus: nam cõstituebant regulas secundũ dispositionẽ quatuor modorum perfectorum. At verò hic non est defectus, nisi committatur aliquis defectus ampliationis, restrictionis, vel appellationis. Sed contra hoc arguitur: Hic syllogismus nõ valet, homo est niger, omnis homo fuit albus, ergo album quod fuit album est nigrum: nam casu quo nunc omnes homines sint nigri, & fuerint albi, & modò nullũ sit album, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa: nam album, quod fuit album, non supponit in consequẽte, cùm nullum sit modò album quod fuerit album, & tamen non apparet alius defectus nisi quòd copula cõclusionis nõ sequitur copulã præmissæ vbi medium distribuitur. Respondetur, quòd non est defectus, nisi quòd minor extremitas nõ benè restringitur in conclusione sicut erat in minori. Nam in minori stat ꝓ illo, quod fuit album, & in conclusione pro illo quod est modò & fuit album. Et ideò concludendum est: ergo quod fuit album est nigrum.

Caput secundum.

Nota. 1. *Posthæc descendendũ est ad singulos* modos, vbi paucis exemplis explicabitur modus syllogizandi in quocunq; modo & sub quibuscunq; terminis. Et vt cõpendiosior sit disputatio, non sequimur seriem omninò modorum, sed statim post modum vniuersalem tractabimus particularẽ subalternum. Et in primis notandum. barbara esse modum aptissimum ad demonstrãdum vniuersaliter: vt omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale, ergo omis homo est risibilis: darij verò est modus eius subalternus, eò quòd minor & conclusio de darij sunt subalternæ ad minorem & conclusionem de barbara: & hic etiam est acommodatus demonstrationibus particularibus: vt omne animal rationale est risibile, aliquis homo est animal rationale, ergo aliquis homo est risibilis.

Arguitur ergo primò contra hos modos. Non sequitur, omnis conclusio est falsa, omnis cõclusio de barbara est conclusio, ergo omnis conclusio de barbara est falsa: nam conclusio se falsificat, & minor non se falsificat, & tamen arguitur in barbara, ergo ille modus non est formalis. Respondetur negando maiorem: Imò optimus est syllogismus. Nec obstat conclusionem esse falsam reflexionem: & præmissas esse veras: sed satis est, quòd non potest ita esse sicut significatur per præmissas: quin ita sicut significatur per conclusionem. Idem est dicendum de hac, omnis conclusio est vniuersalis, cõclusio de darij est cõclusio, ergo conclusio de darij est vniuersalis. Sed contrà, quia conclusio est impossibilis: & quælibet præmissarum possibilis: sicut hic, nulla conclusio est negatiua, cõclusio de ferio est conclusio, ergo conclusio de ferio non est negatiua. Respondetur, quòd præmissæ sunt incompossibiles. Argum. 1.

*Secundo arguitur: nõ sequitur, qui*cunq; dicit te esse animal dicit verum: quicunq; dicit te esse equũ, dicit te esse animal, ergo quicunq; dicit te esse equum dicit verum: & tamen arguitur in barbara, ergo. Ad argumentum negatur maior. Imò optimus est syllogismus: & minor est falsa. Non enim sequitur vt aliqui putant, equus est animal, ergo hominẽ esse equũ est hominẽ esse animal: quia hominem esse equum, est vnũ impossibile: vt chimæra. Sed ad minus hic est bonus syllogismus. Quicunq; dicit hominẽ esse animal rationale, explicat naturã hominis, sed quicunq; dicit hominem esse hominem, dicit hominem esse animal rationale, ergo quicũq; dicit hominẽ esse hominẽ explicat naturam hominis. Respondetur, ꝙ adhuc minor est falsa: nam quanq̃ idem sit realiter, hominem esse hominem, & hominem esse animal rationale, tamen ly, dicit, appellat propriũ cõceptũ vel propriã vocem. Vnde sensus est, quicunq; dicit hominem esse hominem proferendo hanc vocẽ, homo est homo, dicit hominem esse animal rationale per illam vocẽ, homo est animal rationale. Argum. 2.

Tertiò

Argum. 3. *Tertiò arguitur, nõ sequitur, qua*lifcunq; eſt Hiſpanus. eſt Gallus. Petrus eſt Hiſanus, ergo qualiſcunque eſt Petrus, eſt Gallus: nam ſi Paulus Hiſpanus & Ioannes Gallus eſſent omnino ſimilis, Petrus verò Hiſpanus eſſet illis diſsimilis, præmiſſæ ſunt veræ & concluſio falſa, & tamen arguitur in darij, ergo. Reſpondetur, conceſſa maiori negando minorem: nã medium in maiori nõ diſtribuitur cõpletè: vt patet per reſoluentem, quacunq; qualitate qualificatur Hiſpanus, qualificatur Gallꝰ: vbi ly, Hiſpanus, nõ diſtribuitur: ſed ſi ly, qualiſcunq;, acciperetur completè, vt valeret tantùm, ſicut quilibet homo qualis, optimè ſequeretur, qualiſcunq; homo diſputat, Petrus eſt homo qualis, ergo Petrus diſputat. Eodem modo dicẽdum eſt ad hunc ſyllogiſmũ, quotieſcunq; fuiſti Salmanticæ fuiſti homo, bis fuiſti Salmanticæ, ergo bis fuiſti homo: eſt enim optimus, vt patet reſoluẽdo hoc modo (ſi Latinè diceret) omnibus vicibus quibus fuiſti Salmancicæ fuiſti hõ, duę ſunt vices quibus fuiſti Salmãticę, ergo duę ſunt vices quibus fuiſti hõ: vbi ly, vices quibꝰ fuiſti Salmãticę, eſt mediũ: & ſicut cõcluſio eſt falſa, ita & maior caſu cõmuni ꝙ bis intraueris Salmãticã: nã bis fuiſſe hominẽ denotat hominem fuiſſe mortuũ & poſteà reſurrexiſſe. Si tñ diceres, quandocunq; fuiſti Salmãticę fuiſti homo: heri fuiſti Salmãticæ, ergo heri fuiſti homo, præmiſſæ eſſent veræ ſicut concluſio.

Not. 2. *Alij ſunt multi huiuſmodi paralo*giſmi tritiſsimi: vt quicquid Deus põt facere cũ cauſa ſecũda põt facere ſe ſolo, Deꝰ cũ cauſa ſecũda põt ꝑducere actũ meritoriũ, ergo Deus ſe ſolo põt producere actũ meritoriũ: nam præmiſſæ ſunt verę, & cõcluſio falſa, cõmittiť enim defectꝰ, primò intrinſecus: quia mediũ in maiori accipitur non vnica, & in minori vnica, itidẽ inferendo variatur appellatio, Sed arguendũ eſt hoc modo, quicquid Deus põt facere cum cauſa ſecũda, põt facere ſe ſolo, meritũ eſt aliquid quod Deus põt ꝑducere cũ cauſa ſecũda: ergo meritũ Deus põt ꝑducere ſe ſolo. Itẽ in hoc ſyllogiſmo, omne quod nõ fuit eſt. Petrus nõ fuit, ergo Petrus eſt: Caſu quo aliqua entia incipiant nũc eſſe, per primũ ſui eſſe, ſed Petrus nec ſit nec fuerit, præmiſſæ ſunt veræ & concluſio falſa: quia minor eſt negatiua. Et ideò ſubſumendũ eſt, Petrus eſt aliquid quod nõ fuit. Nam mediũ in maiori ſolũ diſtribuitur pro rebus, quæ modò ſunt & non fuerunt.

*Quartò arguitur: non ſequitur, o*mnis equus hominis eſt animal, omnis monachus eſt homo, ergo omnis equus monachi eſt animal. Nam caſu quo monachi nõ habeant equos, præmiſſę ſunt veræ & cõcluſio falſa: & tamen arguitur in barbara, ergo. Argum. 4.

Hic quæritur modus ſubſumendi ſub determinatiõe accepta vnica. Subſumere eſt ſub alio ſumere, id eſt, accipere terminum tanquã minorem extremitatẽ, de quo prædicet mediũ in minori, atq; adeò de quo prædicetur maior extremitas in concluſione. Et in his duobus modis. ſ. bar. & da, oſtẽdemus artem ſubſumendi ſub quibuſcunq; terminis. Atq; adeò pro arte ſyllogiſtica eſt notanda regula, ꝙ ſub illo termino licitum eſt ſubſumere, ſub quo licitum eſt deſcendere: vnde repetendũ eſt memorię illud, quod diximus. 3. lib. de deſcenſu ſub determinatione accepta vnica Dixiꝰ enim ꝙ ad cognoſcendũ qualis aſcenſus aut deſcenſus valeat ſub determinatione accepta vnica, reducenda eſt talis propoſitio ad ſuam cõuertẽtem, vbi accipitur non vnica & per illam iudicandum eſt de aſcenſu & deſcenſu. Vnde ad argumẽtum conceſſa maiori negatur minor. Nam mediũ nullibi diſtribuitur completè. Illa enim maior, quilibet equus hominis eſt animal, nõ equiualet huic cuiuſlibet hominis quilibet equus eſt animal, æquiualet tamen huic, cuiuſlibet hominis habẽtis equũ quilibet equus eſt animal. Et ideò ſi ſubſumas cum eâdem reſtrictione, optimè ſequitur, quilibet equus hominis eſt animal, omnis monachus eſt homo habens equũ, ergo omis equus monachi eſt animal. Eodem modo ſequiť in ferio: quilibet hominis equꝰ non eſt animal, Petrus eſt homo, ergo Petri quilibet equus non eſt animal: quia maior æquiualet huic, cuiuſlibet hominis quilibet equus non eſt aĩal, vt dictũ eſt inter examinandũ tertiũ defectũ intrinſecũ, vbi alia etiã notanť circa modũ ſubſumẽdi ſub determinatione accepta vnica. Non ſequitur, cuiuſlibet hominis quilibet equus currit, brunellus eſt equus: ergo brunellꝰ hominis currit. Eâdem ratione: quia nec ſub determinabili accepto nõ vnica licet immediatè ſubſumere, ſicut nõ licet deſcendere, niſi fortè ſubſumatur cum eâdem reſtrictiõe: vt ſi ſubſumeres, brunellus eſt equus hoĩs, nam illa maior infert hanc, quilibet equus hoĩs currit: vnde Not. 3.

cum hac minori sequitur ꝙ brunell⁹ currit.

Arum.5. *Quintò arguitur, non sequitur*, omnis homo vel oīs equus est brutū, risibile est homo vel equ⁹, ergo risibile est brutum: & tamen arguitur in darij, ergo darij nō est bona consequentia. Concessa maiori, negatˀ minor, arguitur enim ex puris particularibus: nam licet ambæ partes disiuncti distribuantur in maiori, tamen totū disiunctum nullibi distribuitur. Vnde si accipiatur pluribus acceptionibus mutandū est ly, vel, in maiori, in ly, &, nè maneat eadem particularitas. Sed si accipiatur totum vnica acceptione, debet totum vnica acceptione distribui in altera præmissarum: quare optimè sequitur, omnis homo vel equus est animal, risibile est homo vel equus, ergo risibile est animal, vt ly, omnis, distribuat totum disiunctiuum, & maior ęquiualet huic, omne quod est homo vel equus est animal.

Argum.6. *Sextò arguitur, non sequitur*, omne vidēs se est homo, oīs equus est videns se, ergo oīs equus est hō. Nā si relatiuū maioris referat pręedicatū & in minori referat subiectum & quilibet homo videat se, & pariter quilibet equ⁹ videt se, ꝑmissę sunt verę & cōclusio falsa: & tn̄ arguitur in barbara, ergo.

Not.4. *Ad argumētum concessa maiori* negatur minor. Est enim obseruandum qn̄ subsumitur sub relatiuo: vt idem referat in vtraq; præmissarū, aliàs medium teneretur æquiuocè: Quare sub illo relatiuo nō pōt cōgruè fieri subsumptio: nā si posset maximè, si relatiuum in minori referret idem prædicatum maioris: sed iam dictū est sępe, ꝙ relatiuum reciprocum vnius categoricę non potest congruè referre antecedens in alia. Si tamen ly, se, vtrobiq; referat suum determinabile, puta, vidēs, optimus esset syllogismus. Sed contrà saltē liceret subsumere sub dicto relatiuo referēte prædicatū, resoluēdo illud in suum antecedēs, hoc modo, omne vidēs se est homo, equus est vidēs hoīem, ergo equus est homo, & tn̄ præmissæ sunt veræ & cōclusio falsa: casu quo Petrus videat se & à nullo alio videatˀ, & equus videat Paulū: nam maior habet vnam singularē verā sub prædicato: puta omne vidēs se est Petrus. Respondetur defectum esse tunc: quia mediū in maiori non cōpletè distribuitur, nam includit relatiuū referēs terminū stātem determinatè: quare distribuendū est mediū in minori aut antecedens relatiui: optimè enim sequitur, omne vidēs se omnis homo est, equus est vidēs hominē, ergo equus est hō: nullo modo tamen sequitur, ergo equus om̄is homo est, vt patet si loco de ly, equus, subsumas ly, risibile: illa etenim maior infert hanc, omne videns hominem est homo, ex qua & minore sequitur prima conclusio non secunda. Et hoc ipsum magnopere aduertendum est in subsumptionibus horum relatiuorum. Eodem modo distinguendus est hic syllogismus in ferio, à nullo eodem sibi Petrus differt: Paulus idem est sibi, ergo à Paulo Petrus non differt. Nam si ly, sibi, vtrobiq; referat ly, eodem, optimus est syllogismus, & maior est falsa. Si verò in maiori relatiuum referat ly. Petrus, & in minori ly, Paulus præmissæ sunt inhabiles.

Contra hanc autē resolutionem arguitur, Sequereˀ eādē ratione, quòd quando subsumitur sub antecedente relatiui, deberet etiam relatiuum idem referre in conclusione quod in præmissis: vt si diceres, omne animal est ipsummet, omne risibile est animal, ergo omne risibile est ipsummet, relatiuum conclusionis debet referre subiectum maioris: aliàs teneretur æquiuocè, sed hoc non potest cōgruè fieri, ergo nullo modo potest fieri subsumptio sub antecedente relatiui. Respondetur, quòd certe non potest congruè inferri, nisi aliquando exprimendo antecedens ipsiusmet relatiui: vt omne animal est ipsummet, omne risibile est animal, ergo omne risibile est ipsummet animal: nam maior æquiualebat huic, omne animal est ipsummet animal. Not.5.

Sed contra solutionem arguitur, esto relatiuum in maiori referat subiectum maioris, & in cōclusione, subiectū conclusionis, syllogismus hic est formalis, omne animal est ipsummet, omne risibile est animal, ergo omne risibile est ipsummet: ergo non obstat æquiuocatio. Respondetˀ, cōcedendo hmōi syllogismos esse formales. Et tenētˀ ex eo, quòd relatiuum reciprocū refert sigillatim pro omnibus suppositis antecedētis. Et ideò eodem modo prædicatur de quocunq; subsumpto sub eodē antecedēte. An verò teneat syllogisticè, disputatio est de nomine. Videtur enim ex parte argumētum in quatuor terminis, nam relatiuū conclusionis nō videtur omnino synonymum cum relatiuo præmissarum. Sed ex alia parte potest dici, ꝙ tenet syllogisticè: nam relatiuum reciprocum re Not.6.

cum re

cum referẽs aliquam terminum & referens subsumptũ sub illo cẽsetur idem. Quanquã syllogismi affirmatiui tenent etiã aliunde: puta, quia ex sola minori sequitur conclusio. Est veruntamen obseruandum, quòd relatiuũ conclusionis referat totum quod sub sumitur sub antecedente: vt hic, omnis homo est ipsemet, materia & forma sunt homo, ergo materia & forma sunt ipsamet, relatiuum cõclusionis non debet referre primã partem copulati, sed totum. Et hic, om̃e animal est ipsummet, omnis hõ & oĩs equus est animal, ergo om̃is homo & om̃is equus est ipsemet (ly, &, diuisiue) relatiuũ non debet referre primam partem copulati solùm, sed ambas seorsum: vt sensus conclusionis sit, omnis homo est ipsemet, & omnis equus est ipsemet. Et hic, omne animal est ipsummet, omnis homo vel equus est animal, ergo omnis homo vel equus est ipsemet (toto disiuncto vnica acceptione distributo) relatiuum debet referre totum disiunctũ. Et per hunc modum operaberis in syllogismis negatiuis ex contradictorio conclusionis cum altera præmissarũ inferendo alteram, vt nõ sequitur in bocardo, materia & forma non sunt ipsamet (relatiuo referente primã partem subiecti) omnis materia & forma sunt homo ergo homo non est ipsemet. Sequeretur tamen, si relatiuum referret totum copulatum quod est medium.

Argu.7. *Septimò principaliter arguitur:* non sequitur, omnes duo apostoli Dei sunt duo, & duodecim sunt omnes duo (medio in maiori distributo, & in minori collectiuè tento) ergo duodecim sunt duo: & tamen arguitur in darij, ergo darij non est cõsequentia formalis. Quòd si dixeris, non licere medium in altera præmissarum teneri distributiuè, & in alia collectiuè. Contrà, si medium è, diuerso in maiori teneretur collectiuè: & minori distributiuè consequentia esset formalis, ergo ille non est defectus.

No.7. Regulæ.4 *Circa subsumptionem sub termino* collectiue tento, notato ꝙ terminũ collectiuè teneri non sufficit pro distributione medij. Quare si in altera p̃missarũ mediũ teneatur particulariter, non valet syllogismus. Vt non sequitur, om̃es apostoli Dei sunt duodecim (collectiuè) Petr⁹ & Paulus sunt apostoli Dei: ergo Petrus & Paulus sunt duodecim. At vero, quando vtrobiq; tenetur collectiuè, tunc tenet in virtute syllogismi singularis. Nam quanquam signum collectiuum non faciat simpliciter terminum esse singularem, nihilominus facit, vt secundum talem acceptionem non posit accipi pro pluribus diuisiuè pro eodem tempore. Est ergo regula prima, quòd si medium in altera præmissarum accipiatur cum signo collectiuo, in altera debet eodem modo accipi cũ signo collectiuo. Quòd si in vna accipiatur collectiuè, & in alia distributiuè, tũc exigitur, vt teneat syllogismus, quòd vel præmissa de signo distributiuo inferat aliam de signo collectiuo, vel præmissa de signo collectiuo inferat suam præiacentem. Secunda regula. A propositione affirmatiua de termino distributo ad eandem de eodem termino collectiuè tento, optimè sequitur dummodo à parte alterius extremi nulla ponatur confusa. Vnde syllogismus assumptus in argumento optimus est, si medium in maiori teneatur collectiuè, & in minori distributiuè, vt arguitur in replica: quia minor, scilicet, duodecim sunt oẽs duo, infert seipsam de signo collectiuo: cùm à parte alterius extremi non sit cõfusa. Et eâdem ratione esset bonus syllogismus, si subsumeret vniuersaliter in barbara, scilicet, om̃es duodecim sunt omnes duo. Si verò, è conuerso mediũ in maiori stet distributiuè, & in minori collectiuè vt assumitur in argumento, nullus est syllogismus: quia maior non infert seipsam de signo collectiuo, cùm à parte prædicati ponatur confusa. Tertia regula. A propositione negatiua de signo distributiuo ad eandem de signo collectiuo nullum est argum̃etum. Vnde syllogismus negatiuus nihil valet, si mediũ in negatiua stet distributiuè & in affirmatiua collectiuè: vt non sequitur, nulli duo apostoli Dei sunt duodecim, isti duodecim sunt omnes duo, ergo isti duodecim nõ sunt duodecim. Vltima regula, A propositione de signo collectiuo ad eius præiacentem, affirmatiuè non sequitur: vt patet in exemplis iam modò positis. Sed negatiuè optimè sequitur. Quare si in præmissa negatiua medium tenetur collectiuè, & in affirmatiua distributiuè, bonus est syllogismus: vt benè sequitur, omnes apostoli Dei non sunt duodecim (collectiuè) & apostoli Dei, omnes apostoli Dei sunt (distributiuè) ergo apostoli Dei non sunt duodecim.

Sed replicatur cõtra principalem No.8. solutionẽ. Non sequitur, om̃es apostoli Dei erunt duodecim, Petr⁹ & Paulus sunt om̃es

apostoli Dei, ergo Petr⁹ & Paulus erũt duodecim, medio vtrobiq; collectiuè tento: & tamen secundũ dicta nullus apparet defectus, ergo dicta nulla. Ad hoc concessa maiori negatur minor: nam cũ huiusmodi syllogismi teneãt in virtute syllogismi de medio singulari, necesse est, vt medium nõ accipiaẽ in ordine ad diuersas copulas, nam tunc medium acciperetur pro diuersis collectionibus: vt in maiori stat pro collectione omnium, qui sunt vel erunt, & in minori pro collectione omniũ qui modò sunt. Ex quo sequitur ꝙ si teneatur, hanc esse veram, Adam fuit omnis homo, tunc non sequitur, Petrus & Paulus erunt omnes homines, Ioannes & Thomas erunt omẽs homines: ergo Ioannes & Thomas sunt vel erunt Petrus & Paulus: nam si Petrus & Paulus in aliquo instanti post hac erunt omẽs homines, & posteà in alio Ioannes & Thomas erunt omnes homines, præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa.

Argu.8. *Octauò arguitur, non sequitur, incipit* omne album esse homo, Petrus est vel immediatè posthac erit albus, ergo incipit Petrus esse homo: nam si Petrus qui antehac fuit niger, nunc sit omne album, & fuissent alia alba, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa, & tamen arguitur in darij, ergo non est modus vtilis.

Ad argumentum, concessa maiori

No.10. negatur minor: nam vt notandũ est in quarto argumento sub termino sub quo non licet descendere, non licet syllogizare: & superiùs dictum est ly, incipit, confundere terminos sequẽtes speciali confusione. Quare illæ præmissæ sunt inhabiles: & habẽt duplicem defectum intrinsecũ. Primus est, quòd medium nullibi distribuitur completè: quia in exponẽte negatiuè nõ distribuitur. Item quia in maiori, vbi non distribuitur completè, pro pluribus accipitur, quàm in minori. Eadem ratione non sequitur, incipit Christus esse Deus, filius Dei est vel immediatè post hoc erit Crhistus, ergo incipit filius Dei esse Deus. Nam in primo instanti conceptionis Christi præmissæ erant veræ, & conclusio falsa: vt patet per exponentes immediatè. Quòd maior sit vera probatur: Nam in illo instanti verũ erat dicere, Christus est Deus, & non immediatè antehac Christus erat Deus. Minor verò clara est.

No.11. *Sed replicatur contra solutionem,* Ad minus hic syllogismus valeret in darij, cuiuslibet hominis quilibet equus incipit esse, brunellus est vel immediatè posthac erit hominis equus, ergo brunellus incipit esse, cuius tamen præmissæ sunt veræ & cõclusio falsa, si omnes equi, qui nunc possidẽtur ab homine incipiant nunc esse per primum sui esse, brunellus tamen nec incipiat esse nec modò possideatur, hora tamen futura diuisa per partes proportionales minoribus terminatis versus nos in qualibet parte ab alio & alio homine possideatur, qui tunc sit omnis homo. Quòd si dicas defectum esse: quia medium in minori, vbi non distribuitur accipitur pro aliquo post ly, immediatè, pro quo non distribuitur in maiori ante ly, incipit, ad minus optima esset consequentia si subsumeres, brunell⁹ est vel immediatè post hac erit cuiuslibet hominis quilibet equus, & tamen etiã in eodẽ casu hæc minor est vera, nam in quolibet instanti post hac verum erit dicere, nunc brunellus est cuiuslibet hominis quilibet equus. Respõdetur, quòd syllogismus non valet etiam si medium distribuatur in minori. Nam quanquàm liceat medium, vbi distribuitur, aut in negatiua accipi pro aliquo pro quo non accipitur, vbi non distribuitur, vel in affirmatiua, exigitur tamen vt in altera præmissarum accipiatur saltem pro omnibus pro quibus accipiatur in alia. Modò hic ĩ neutra accipiẽ pro omnibus pro quibus accipiẽ in alia. Quare, subsumẽdum est in minori, brunellus hominis equus est vel immediatè post hoc erit. Et eodem defectu peccat hic syllogismus, Petrus erit omnis homo, Paulus erit omnis homo, ergo Petrus erit paulus, si teneas præmissas esse veras pro diuersis temporibus. Eodem defectu non sequitur, omnes homines incipiunt esse entia, hæc entia sunt vel immediatè posthac erunt homines, ergo hæc entia incipiunt esse entia: vt patet si nunc soli Petrus & Paulus sint qui incipiant esse per primum sui esse, & tamen sint duæ materiæ & duæ formæ separatæ, quæ non incipiunt esse ex quibus hora futura diuise per partes ꝓportionales minoribus versus nos, in qualibet parte fiant alij & alij homines per trãspositionem partium, & diuisionem materiæ. Sed subsumendum est, hæc entia, homines sunt vel immediatè posthac erunt. Et pariter in negatiuis non sequitur, nullius hominis equus incipit esse, brunellus est vel immediatè posthac erit hominis equus, ergo brunellus nõ incipit esse: vt patet in eodem casu,

casu, hoc mutato, quod equi qui modò possidẽtur ab hominibus nõ incipiant esse, sed brunellus incipiat esse. Nec sequitur, nulli homines incipiũt esse entia, hæc entia sunt vel immediatè posthac erunt homines, ergo hæc entia non incipiunt esse entia: vt patet mutato casu superiori sic, quod nulli homines nunc existentes incipiant esse: sed tamen illæ partes, ex quibus constituendi sunt hora futura illi homines incipiant esse.

Argu. vlti. *Vltimo tandem arguitur.* Nõ sequitur, omne non album est vel fuit homo, equus est non albus: ergo equus est vel fuit homo: quia si homines semper sint & fuerint nigri, equi verò fuerint albi, & sint modò nigri: nec fuerint aliæ creaturæ (nam loquimur de non albo creato) præmissæ sunt veræ & conclusio falsa: & tamen arguitur in darij: quia nihil obstat, medium vbi distribuitur teneri magis amplè: vt suprà notauimus. Et confir. Non sequitur, omne non animal est insensibile, omnis homo est animal, ergo omne nõ homo est insensibile, & tamẽ arguitur in barbara, accipiendo terminũ infinitum pro medio: ergo barbara nõ est modus vtilis. Quòd si dicas, non licere arguere sub termino infinitato: Contrà: Optimè sequitur in darij, omne non animal est insensibile, homo est animal, ergo aliquid non homo est insensibile.

No. 12. *Ad argumentũ varie respondendum est*, secũdum varias opiniones. Si enim teneas cum cõmuni opinione, negationẽ infinitare terminũ secũdum acceptionẽ, puta secundũ exigentiam ampliationis, tunc illæ præmissæ argumẽti sunt inhabiles, quia mediũ in minori accipitur pro aliquo pro quo non distribuitur in maiore. Accipitur enim in minori pro illo, quod modò non est albũ: sed in maiore solùm distribuitur pro illo, quod nec est nec fuit album. Et eadem ratione in hoc syllogismo committitur quintus defectus extrinsecus, nullus homo est equus omne non albũ: omnis homo qui est homo, est vel fuit, ergo omne nõ albũ nõ est equus: vt patet in eodem casu. Nam minor extremitas in minore solùm accipitur pro illis, quæ nec sunt nec fuerunt alba, & in conclusione accipitur etiam pro illo quod modò non est albũ. At verò, secundũ aliã opinionẽ, quam puto probabiliorẽ, & magis ad mentẽ Arist. videlicet, quod negatio infinitans, solùm infinitat terminũ quo ad significationem, & non quo ad ampliationẽ: tunc cõcedo illum esse optimũ syllogismũ & præmissæ sunt habiles. Neq; stat terminũ infinitũ cũ minori amplatione supponere pro aliquo, pro quo nõ supponat cum maiore ampliatione. Quare, medium in maiore supponit pro equo, qui est vel fuit non albus. Et ideò in illo casu maior est falsa. Et pariter secundus syllogismus est bonus, & minor est falsa. Nec aliter censendum est de subsumptione sub toto termino infinito secundum hanc opinionem quã de subsumptione in terminis finitis.

In confirmatione quæritur, an licet sub sumere sub termino nfinitato. Et certè quæstio nõ est adeò vtilis: sed pro importunatione sophistarũ notato, quod huiusmodi cõsequentiæ possunt tenere dupliciter, vno modo ab inferiori ad suum superius inferendo conclusionem de termino infinito. Vt optimè sequitur, nõ animal est insensibile, homo est animal, ergo non homo est insensibile: quia subiectum conclusionis est superius ad subiectũ maioris. Et hoc modo tenet consequẽtia vltimę replicę materialiter, sed tamẽ cõsequẽtia nõ est formalis, cõsiderata vt syllogismus. Nõ enim sequitur, omne nõ deus est creatura, aliquod ens est Deus, ergo aliquod nõ ens est creatura. Sequeretur tamen formaliter si subsumeres in minore cũ distributione minoris extremitatis. s. non animal est lapis, omne corpus est animal, ergo non corpus est lapis. Non tamen sequitur inferẽdo cum distributione: vt sit in argumento principali confirmationis: quia arguitur cũ distributione superioris. Sequeretur tamen formaliter si in minori distribueres etiã mediũ: scilicet, omnis homo omne animal est. Negatiuè tamen nõ sequitur ab inferiori ad superius, nullum non animal est sensibile, omnis homo est animal, ergo nullũ non homo est sensibile. Secundo modo possunt valere syllogismi sub termino infinitato, tanquã sub termino distributo inferendo propositionẽ de termino finito. Et tales syllogismi regulãdi sunt per alios de termino finito reducendo præmissam de termino infinito ad aliam de termino finito, per illam regulã superiùs positam, ab affirmatiua ad negatiuam, vel à negatiua ad affirmatiuam. Nam per illam censendum est, an terminus infinitatus virtualiter distribuatur. v. g. in hac, nõ homo est animal, ly homo, virtualiter distribuitur: quia infert ex se hanc, animal est nõ homo (per cõuersionem priùs, & postea ab affirmatiua ad negatiuam, variato; prædicato) in qua ly, homo, distribuit. Vnde sequitur re

Nota. 13.

tur regula, ꝙ terminus infinitatus in propositione affirmatiua, si non intercedat aliud signũ inter negationem & ipsum, virtualiter distribuitur non tamen in negatiua: in hac enim, nõ homo nõ est animal, ly homo, non distribuitur: quia non infert vnã de termino finito, vbi ly, homo, distribuatur. Et ideo in affirmatiuis valet descensus copulatiuus sub termino infinitato, non tamen in negatiuis. Sequitur enim benè, nõ homo est animal, ergo non Petrus est animal & nõ Paulus. &c, non tamẽ sequitur, nõ ens nõ est deus, ergo nõ hoc ens nõ est deus (demonstrato Petro) vt patet si solus Petrus sit cum deo. Ex his colligitur hũc syllogismum esse bonum, nõ homo est animal, risibile est homo: ergo risibile animal non est: nam maior infert hanc animal nõ est homo, quæ cum eadem minori infert illam cõclusionem in secunda figura. Et à fortiori si maior sit vniuersalis: scilicet, omne non homo est animal, erit bonus syllogismus: quia hæc infert aliam maiorem Quanq̃ in hac nõ valeat descensus immediatus sub termino infinitato, nisi facto priùs descẽsu sub toto. Non enim sequitur, omne non creatura est deus, ergo omne nõ Petrus est Deus. Sed tamen subsumendo sub termino infinitato propositionis negatiuæ, præmissæ sunt inhabiles, vt non homo non est animal & Petrus est homo: quia medium in negatiua nõ distribuitur virtualiter, per regulam suprà positam, cùm nõ inferat vnam de termino finito, vbi ly, homo, distribuat̃. Atq; adeò præter hos duos modos, possunt formari syllogismi sub termino infinitato, qui teneat per alias consequentias intermedias: vt optimè sequitur, nullũ nõ homo est animal, nullus equus est homo, ergo nullus equus est animal (quæ est instantia cõtra secundã regulã textualẽ. s. ex puris negatiuis nihil sequitur) nempe, ex eadẽ minori, sumpta ꝓ maiori, & cõtradictoria conclusionis, pro minori, sequitur cõtradictoria maioris: vt bene sequitur, nullus equus est homo, & equus est aĩal, ergo animal non est homo & aĩal est. Nam prima pars cõclusionis sequitur in ferison, & secunda ex sola minori: ex quib⁹ rursus sequitur: ergo aĩal est nõ homo (à negatiua cũ constantia ad affirmatiuã) & per conclusionẽ sequitur, nõ hõ est aĩal, quæ est contradictoria maioris. Sd de his satis.

Lectio secunda.

Argu. 1. *Postquã doctus quis fuerit subsumere* sub quibuscunq; terminis, quod in barbara & darii expositũ est, facilè poterit in cæteris modis syllogizare. Sed vt singula singulorũ ponamus exempla, arguitur sic. Nõ sequitur, omne ens esse non est cõtingens, omnis creatura est ens, ergo omnem creaturã esse nõ est contingens, & tamen arguitur in celarent, ergo celarẽt nõ est modus vtilis. Ad hoc argumentũ distinguitur maior dicti syllogismi, omne ens esse nõ est cõtingens. Nã si ly, ens, supponat personaliter: vt sit sensus de omni ente. s. Petro & Paulo. &c. verum est dicere, quod ipsum esse ens nõ est cõtingens tunc bonus est syllogismus, & maior est falsa. Si vero maior sit modalis cõposita, ita vt totũ dictũ sit subiectum, tũc præmissæ sunt inhabiles: quia mediũ in maiore est pars cõplexi supponentis simpliciter, & in minori supponit personaliter, quæ est species æquiuocationis quo ad acceptionẽ. Quo defectu peccat hæc subsumptio, homo est species & omnis homo est animal. Moderni summulistæ nõ admittentes suppositionẽ simplicem dicunt, medium in maiori supponere materialiter, & in minori personaliter. Sed melius est dicere, ꝙ peccat: quia subsumitur sub termino supponente simpliciter. Idem defectus cõmittitur in his, omne ens esse est necesse, omnis creatura est ens, ergo omnẽ creaturã esse est necesse: omne animal esse hominem est possibile, equus est animal, ergo equum esse hominem est possibile. Proportionabilis defectus extrinsecus committitur in his, vtrunque horum scis sedere, alter horum est episcopus: ergo scis episcopũ sedere: neutrũ horũ dubitas sedere, alter horũ omnis episcopus est, ergo nõ dubitas episcopũ sedere. Et in vtraq; præmissæ sunt veræ & cõclusio falsa, si episcopũ, quem ignoras esse episcopum videas cũ alio homine sedere: nam minor extremitas in minori supponit personaliter, & in cõclusione est pars dicti supponẽtis simpliciter. At, si dixeris cum antiquis. argumentari hic à sensu diuiso ad cõpositum, vt in prioribus syllogismis defectum esse ꝙ medium in maiori facit sensum cõpositum & in minori diuisum, non reprobo: quia in re idem est. Et per hæc soluuntur multi alij huiusmodi paralogismi.

Argu. 2. *Secundò arguitur. Non sequitur* omne falsum si est impossibile, non est verũ, hominẽ esse animal est falsum si est impossibile, ergo hominem esse animal nõ est verũ. Respondetur, quòd si in maiori dicti syllogismi totũ conditionatum vnica acceptione distri-

distribuatur, vt sit sensus, omne illud de quo verũ est dicere, quod est falsum si est impossibile, nõ est verũ, illa est falsa, & syllogismus est optimus, si verò non distribuatur nisi ly, falsum: maior est vera, & syllogismus nihil valet: quia arguitur in quatuor terminis: sed subsumendum esset, hominem esse animal falsum, & inferendum esset: ergo hominem esse animal, si est impossibile, nõ est verum. Et proportionabiliter dicendum est ad hũc syllogismũ nullus homo dũ dormit vigilat, Petrus est hõ dũ dormit, ergo Petrus nõ vigilat: nã si in maiori solũ distribuatur illa pars hõ, syllogismus nõ valet: & casu quo Petrus vigilet, conclusio est falsa & præmissæ veræ: nã minor facit hũc sensũ: Petrus est hõ tẽpore quo dormit, id est, si dormit. Si verò distribuatur totũ cõplexum, homo dum dormit, optimus est syllogismus. Et in illo casu maior est falsa: nã sensus est, quòd nullũ ens de quo verũ est dicere, ꝙ est homo tẽpore quo dormit, modò vigilat. Sed cõtra dispositionẽ de ferio adhuc arguitur. Non sequitur, nullũ elementũ est suprà lunã, sol est supra elementũ, ergo sol non est suprà lunã: & tamen arguitur in ferio, ergo dictus modus nõ est vtilis. Respondetur concessa maiori negãdo ꝙ arguatur in ferio, deficit enim tertia conditio essentialis. In cuius expositione diximus in syllogismis negatiuis non esse licitum, vt aliquid se teneat ex parte medij in præmissa affirmatiua, virtute cuius totũ complexum pro aliquo accipiatur pro quo nõ suppone bat in negatiua. Et ita est illic: nam existens suprà elementũ accipitur pro sole, pro quo non supponit ly, elementũ, quod est mediũ.

Argu. 3. *Contra dispositionẽ de baralipton* arguitur, non sequitur, omne animal est homo vel equus, omne sensibile est animal: ergo homo. l. equus omne sensibile est: & tñ arguitur in baralipton, ergo ille nõ est modus vtilis. Quòd si dixeris argumẽtari à confusa ad determinatam ex parte maioris extremitatis, adhuc nõ sequitur, omnis homo est Petrus vel Paulus, omne risibile est homo, ergo Petrus vel Paulus omne risibile est (vbi non cõmittitur ille defectus, postq̃ partes supponunt discrete) nam illis solùm duobus hominibus existentibus, præmissæ sunt veræ, & cõclusio falsa. Respondetur, ꝙ ad huc cõmittitur idem defectus ex parte totius disiuncti seu ex parte de ly, vel (quod idẽ est.) Vbi notandũ est, vt admonuimus in de oppositionibus, ꝙ ad syllogizandũ propositiones con suetas, nunq̃ sunt necessariæ illæ literæ facientes confusas aut mixtas suppositiones. Sed ad syllogizandũ propositiones de prædicato distributo necessariæ sunt aliquando in modis cõcludẽtibus indirectè: nẽpe in quibus obseruandũ est, vt conclusio modi indirecti sit cõuertens conclusionis modi directi. v. g. quia ex illis præmissis cõcluditur in barbara, omne sensibile est Petrus vel Paulus: vbi prædicatũ supponit cõfusè, concludendũ est in baralipton. à. Petrus vel Paulus omne sensibile est, vt priùs resoluatur prædicatum q̃ propositio reducatur ad desiunctiuã. Eadẽ ratione nõ sequitur, omnis homo omnis materia & forma est, omne risibile est homo, ergo omnis materia & forma omẽ risibile est: nam si solùm sint duo homines cõmunicantes in materia, præmissæ sunt veræ: & conclusio falsa. Defectus enim est qđ secunda pars maioris extremitatis in maiori supponebat confusè ordine ad mediũ, & in conclusione supponit determinatè in ordine ad minorẽ extremitatẽ. Sed cõcludendũ est, omnis materia &. a. forma omne risibile est, vt simpliciter supponat confusè in ordine ab ambas distributiones. Et in eodẽ casu nõ sequitur, omnis homo omnis materia &. c. forma est (admissa fictiõe de ly. c.) omne risibile est homo, ergo omnis materia &. c. forma omne risibile est. Nã quanquã manet eadẽ litera in conclusione: non tamen facit eandẽ suppositionẽ sicut in maiori, propter transmutationẽ vniuersalitatum. Nam in maiori faciebat cõfusam in ordine ad mediũ, quod erat prima vniuersalitas, & determinatam in ordine ad ly, materia: & in cõclusione è conuerso, facit cõfusam in ordine ad ly, materia, & determinatã in ordine ad minorem extremitatẽ. Et eodẽ defectu non sequitur, omnes homines omnis homo &. d. homo sunt, omnia risibilia sunt homines: ergo omnis homo &. d. homo omnia risibilia sũt: vt patet: casu quo sint tantùm duo homines. Nam secũda pars maioris extremitatis in maiore supponebat cõfusè in ordine ad primã partẽ, & in conclusione supponit determinatè in ordine ad illã: quia. d. facit determinatã in ordine ad primã: & confusam in ordine ad secundam. Ex quo sequitur, ꝙ in priori syllogismo ly. c. mutandum est in conclusione in ly. d. & in hoc secundo mutandum est ly. d. in ly. c.

Argu. 4. *Contra dispositionem de dabitis* qui est modus subalternus ad baralipton ex parte minoris propositionis, arguitur. Non

sequitur

sequitur, omnis homo est & fuit animal, albũ est & fuit homo, ergo animal est & fuit album. Nam si omnia animalia modò sint alba, & nunq̃ fuerint alba, præmissæ sunt veræ & cõclusio falsa. Respondetur eadem ratiõe consequentiã non esse syllogismum: quia variatur restrictio seu appellatio, ex parte minoris extremitatis. Sed cõcludendum est, ergo animal, quod est & fuit animal, est vel fuit albũ. Eodẽ defectu non sequitur, omnis essentia diuina necessariò est Deus, creãs possibiliter est essentia diuina, ergo Deus necessariò est creans. Sed concludendũ esset, ergo quod necessariò est de⁹, possibiliter est creãs. Nec sequitur, omnis Deus contingenter est creans, essentia diuina possibiliter est Deus, ergo creans cõtingenter est essentia diuina: sed inferẽdum est, ergo quod cõtingẽter est creans, possibiliter est essentia diuina. Eadẽ arte, si ex his præmissis, omnis homo incipit esse albus, risibile homo est vel immediatè posthac erit, vis rectè inferre in dabitis, infer priùs in darij, risibile incipit esse album, quæ conuertitur in hanc, incipiens esse album, quod est incipiens esse album, risibile est, vel immediatè posthac erit, & hanc inferes in dabitis.

Argum. 5. *Contra modum, celantes, arguitur* sic. Non sequitur, omnis homo est & nõ fuit albus, omne risibile est vel fuit homo, ergo nullũ albũ est vel fuit risibile. Nec sequeretur, ergo nullũ albũ est, & fuit risibile: quia si omnes homines inciperent modò esse albi per primũ sui esse, præmissæ sunt veræ & cõclusio falsa nec sequeretur particularis. In his propositionibus de mixta copula videndum est in primis, quæ nã propositio sit virtualiter affirmatiua & quæ negatiua: quemadmodum adnotauimus secũdo lib. cap. De qualitate prop. Secundò, cõsiderandum est, vt diximus in tertio lib. cap. de conuersionibus, q̃ propositio negatiua conuertenda est in cõtradictoriã cõuertẽtis suæ affirmatiuæ: Vnde ad argumentũ respondetur, illas præmissas nõ posse inferre cõclusionem negatiuã, saltẽ de copula copulata: nam maior est virtualiter affirmatiua. Sed inferunt in barbara hanc, omne risibile est & nõ fuit albũ & in baralipton suam conuertentẽ per accidẽs. s. album quod est & nõ fuit albũ, est vel fuit risibile. Inferunt etiam hãc negatiuã in celantes, nihil quod fuit album est vel fuit risibile, quia maior infert hanc, omnis homo non fuit albus, quæ cum eadẽ minori infert hãc cõclusionem. Hæ verò præmissæ, omne albũ, est vel nõ fuit homo, omne albũ fuit albũ, habiles quidẽ sunt celarent & celantes, quia maior est negatiua. Non tamẽ inferũt, omnis homo q̃ est vel nõ fuit homo, est vel nõ fuit albus, vbi reduplicatur copula maioris cũ minori extremitate in conclusione: nã si omnes homines antehac fuissent albi, & modò essent nigri, nec sint nec fuerint alia alba, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa. Sed inferunt in celarent, omne albũ est vel nõ fuit homo. Et hæc conuertitur in hãc, omnis homo qui nõ est & fuit homo (prima sola copula negatur) non est vel fuit album, vt negatio feratur in totam copulam, vt patet per regulas conuersionis: quare hæc infertur in celantes.

Contra modum, fapesmo, arguitur: Argum. 6. non sequitur, omne album & omne nigrũ sunt vel erunt homines, nulla animalia sunt vel erunt album & nigrum, ergo aliqui homines nõ sunt vel erũt animalia. Nam si Petrus nunc sit albus, posthac verò nec sit albus nec niger. Paulus verò modò nec sit albus, nec sit niger sed posthac erit niger, sint tamen modò & erunt simul, nec sit aliud album nec nigrum, cõclusio est falsa vt manifestum est, & minor est vera: quia nulla sunt modò aut erunt animalia, quæ simul sint album & nigrum. Et probatur maior expositoriè, Petrus & nigrum sunt vel erunt homines, & Petrus est vel erit albus, ergo albũ & nigrum sunt vel erũt homines, & pariter potest argumentari de Paulo, Et tamen arguitur in fapesmo, ergo ille modus est inutilis. Respondetur consequentiam non esse syllogisticam, quia medium in maiori accipitur pluribus, & in minori vnica acceptione.

Contra dispositionem de frisesomorum arguitur. Argum, 7 Non sequitur, requisitũ ad equitandũ est equus, nullũ hinnibile est requisitũ ad equitandũ, ergo equus nõ est hinnibilis: & tamen arguitur in frisesomorũ, ergo. Respondetur, præmissas esse inhabiles: quia medium in maiore accipitur syncategorematicè & exponibiliter immediatè: & in minori accipitur catagorematicè, vt tãtũ valeat, sicut ens requisitum ad equitandum qui quidem defectus reducitur ad sextũ defectum intrinsecũ. Nam aliquid verificatur de medio secundũ acceptionẽ, quã habet in maiori affirmatiua. s. requisitũ ad equitãdũ, quod non verificatur de illo secundum acceptionem, quam habet in minori negatiua.

Circa

No. 1. *Circa hos modos indirectè conclu-* dentes iam diximus superius cauendũ esse nè arguatur à cõfusa ad determinatã: vt nõ sequitur in fapesmo, omnis homo est rationalis, omne risibile homo non est, ergo aliquod rationale non est risibile. Et tamen notandũ, ꝙ quãdo mediũ vel aliqua eius pars nõ supponit confusè in aliqua præmissarũ, nullus est defectus arguere à confusa ad determinatã respectu vnius extremitatis in ordine ad aliam: vt hic assumptus, esset bonus syllogismus, si subsumeres in minori, omne risibile. b. homo nõ est, aut nullũ risibile est homo. At verò, arguere à cõfusa ad determinatã in ordine ad vniuersalitatẽ eiusdẽ categoricæ, semper obstat, vt expositũ est in baralipton: vt non sequitur, omnes homines. d. homo & omnis homo sunt, nullũ risibile est hoẽs, ergo homo & omnis homo non sunt risibile: vt patet, casu quo sint tantùm duo homines: quia arguitur à confusa ad determinatam, respectu primæ partis copulati in ordine ad secundam.

Argu. 8. *Contra dispositionem de Cesare:* qui est primus modus secũdæ figuræ arguitur sic. Non sequitur, omnis hõ non est vel nõ fuit albus, omne risibile est vel fuit albũ, ergo omne risibile non est vel non fuit hõ (aut quomodocũq; aliter negatiuè inferas) nam si Petrus sit & fuerit omnis homo, qui antehac fuerit albus nũc verò niger: præmissæ sunt veræ, & cõclusio falsa: & tñ arguitur in cesare: ergo cesare non est modus vtilis.

Argu. 9. *Circa secundam & tertiam figu-* ram hoc generaliter est adnotandũ, ꝙ defectus syllogismorũ harum figurarũ, manifestandi sunt per modos perfectos ad quos reducunt. Vnde in his figuris tota difficultas consistit in conuertendis propositionibus. v. g. præmissæ syllogismi assumpti in argumento sunt inhabiles, ob sextum defectũ intrinsecũ: quia mediũ in maiori negatiua stat pro illo quod est & fuit albũ: quod poteris dupliciter cognoscere: primò, quia in sua cõtradictoria affirmatiua stat ꝓ illo quod est & fuit: item quia in conuertente illius, quæ est maior in celarent, ad quẽ reducitur, stat pro illo quod est & fuit, conuertitur enim in hanc nullũ albũ quod est, & fuit albũ est vel fuit homo, & cùm in minori affirmatiua idem mediũ stet pro omni illo quod est vel fuit, fit, vt pro pluribus accipiatur in affirmatiua: quàm in negatiua. Idem defectus cõmittitur in his, omnis deus possibiliter nõ est creans, & omnis essentia diuina possibiliter est creans, quæ nullã conclusionẽ negatiuam possunt inferre: nã medium in negatiuã stat pro creãte necessariò, sicut in sua cõtradictoria, & in affirmatiua pro creãte possibili. Conuertitur enim maior in hãc maiorem de celarent, nullũ creans quod necessario est creãs possibiliter est Deus. Ex quo sequitur, has, omnis homo non est vel nõ fuit albus, omne risibile est & fuit album, debitè esse dispositas: quia mediũ vtrobiq; stat pro illo quod est & fuit. Sicut istæ sunt habiles, oĩs essentia diuina necessariò est creãs: quia mediũ vtrobiq; stat pro creante necessario. Et ex primis infertur, nullum risibile est vel fuit homo, & ex secundis, nulla essentia diuina possibiliter est Deus. Quæ quidem conclusiones inferuntur in celarent ex conuertente maioris & eadẽ minori. In summa notanda est hęc regula circa secundã figuram, quòd si copula præmissæ negatiuæ fuerit particularis, copula præmissæ affirmatiuæ debet esse contradictoria præmissæ negatiuæ. Et tales præmissæ inferunt conclusionẽ particularẽ earũdem extremitatũ de copula particulari negata. Vnde hic syllogismus optimus est, omnis homo est vel non fuit albus, omne risibile non est & fuit album (prima copula negata) ergo nullum risibile est vel fuit homo. Quæ quidem cõclusio infertur in celarent, ex conuertente maioris, & eadem minori.

Contra modum, camestres, argui- tur, nõ sequitur, omnes homines. a. homo & omnis homo sunt, nulla risibilia, homo, & omnis homo sunt, ergo nulla risibilia sunt homines: nam casu quo tantum sint duo homines, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa: & tamen arguitur in camestres, ergo camestres non est modus vtilis.

Adnotandum est circa hoc argu- Argu. 10. mentũ illud quod suprà diximus, videlicet potestatẽ arguẽdi ex appositis solùm cõtingere in secũda & tertia figura: nam in secunda præmissæ participant in prædicatis, & in tertia participãt in subiectis. Vnde sicut adnotauim⁹ in regula superioris argumẽti, copulas pręmissarũ debere esse cõtradictorias: ita adnotandum est hic, ꝙ quãdo accipitur pro medio aliquod copulatum, cuius vna pars distribuitur in vna, & in alia altera, debent partes illæ inter se supponere secundũ exigen-

exigentiã cõtradictionis, aut cõtrarietatis: vt cautũ est in quarto defectu intrinseco. Quo fit vt præmissæ huius argumẽti sint inhabiles: nam secunda pars medij quæ in maiori distribuebatur in ordine ad primã stantem cõfuse in minori manet cõfuse in ordine ad eandẽ, vt patet: quia in cõtradictoria minoris. s. aliqua risibilia homo & omnis homo sunt, secunda pars distribuitur in ordine ad primã stantẽ determinatè. Ex quo sequitur, ꝙ potestas ex oppositis syllogizandi non se extendit ad subcontrarias: nam ex duabus subcõtrariis non sequitur negatio vnius extremitatis de alia. Non enim sequit, omnes homines omnis homo & homo sunt, & aliqui homines. a. homo & omnis homo sunt sunt, ergo aliqui homines nõ sunt homines, vt patet in eodem casu: & tamen præmissæ sunt subcontrariæ.

Sed replicatur contra eundem modum, non sequitur, omnis homo erit albus, nullum risibile erit album & nigrum, ergo nullũ risibile erit homo & nigrũ: nam casu quo nunquã homo erit simul albus & niger sed in diuersis temporibus, pręmissæ sunt veræ & conclusio falsa & tamen arguitur in camestres: ergo camestres non est vtilis. Respõdetur consequẽtiam non esse in camestres, quia variatur appellatio.

Memento circa hos duos modos illarũ regularũ quę inter examinandũ quartum defectum extrinsecum mõstratæ sunt, videlicet non esse incõueniens arguere à cõfusa ad determinatã in ordine ad vniuersalitatem eiusdem categoricæ, etiam si medium supponat confuse in præmissa negatiua. Sicut nec obstat arguere à cõfusa ad determinatã respectu vnius extremitatis in ordine ad aliam medio supponẽte confuse in præmissa affirmatiua: Sequitur nanque, omnis homo & homo omnes homines sunt, omnia risibilia homines non sunt, ergo oĩa risibilia omnis homo. &c. homo non sunt. Item sequitur, omnis homo & homo sunt animalia, nulli homines sunt animalia, ergo omnes homines. d. homo & quilibet hõ non sunt. Et sequeretur à fortiori vtrobiq;, si nulla sit confusa ex parte medij. Et ratio est, quia vtrobique ex eadem maiori & contradictoria conclusionis sequitur contradictoria minoris in darij: non obstat quarto defectu intrinseco. Sed tamen neutra consequentia esset bona, si concluderetur loco mixtæ pura determinata.

Contra modum, festino, arguitur. Argu. u.
Non sequitur, omnem equum homo. a. non habet, aliquem equum omnis homo habet, ergo aliquis equus non est equus: nam vnico existente equo, qui ab omnibus hominibus posideatur, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa & tamẽ arguitur in festino, ergo dictus modus non est formalis. Additur ly a. in maiore vt prius resoluatur ly, habens, quàm ly homo.

Pro solutione argumenti distinguendum est: quid illic sit mediũ, & quid illic sint extremitates. Et in primis, vt expositũ est in tertio lib. cap. de cõuersio. subiectũ illarum præmissarũ est ly, hõ: & prædicatũ, habens equum, licet determinatio pręcedat. Et ideo illa consequentia non habet formã syllogisticã: nam si accipitur pro medio solùm ly, hõ, quod est subiectũ: tunc non concluditur maior extremitas de minori: nã virtualiter syllogismus fit in bocardo, soluenre dæ essent præmissæ & concludendum esset hoc modo. a. homo nullum equum habet: quilibet hõ. b. equum habet, ergo equũ. a. habens nullũ equũ habet: quæ (si locutio nõ esset barbara) est bona cõsequẽtia. Quòd si acciperetur pro medio ly, equũ habẽs, cõcludẽdum esset, quilibet homo nõ est, in secunda figura. Si autẽ acciperetur pro medio solũ ly habens, tunc mediũ nullibi esset totale extremũ. Si autẽ fingas (vt insinuatur in argumẽto) solũ ly, equum esse, extremitatis, & ly homo habẽs, esse mediũ, tũc non habet formam syllogisticã quia extremitates nõ sunt totalia extrema. Nihilominus si ly hõ in maiori, supponeret determinatè in ordine ad ly, habẽs, optima esset consequentia, omnẽ equum hõ non habet. & aliquẽ equũ omnis hõ habet, ergo equus non est equus: non propter formã syllogisticam, sed quia præmissæ sunt impossibiles.

Contra modum, baroco, arguitur: Argu. n.
non sequitur, omnis homo est albus, Petrus non est monachus albus ergo Petrus nõ est monachus homo: vt patet si Petrus sit homo albus, non tñ sit monachus albus, & tamen arguitur in baroco: nam id quod se tenet cum medio in minori, concluditur cum maiori extremitate: ergo ille modus non est vtilis. Respondetur consequentiam non esse in baroco: quia vitiatur appellatio ex parte illius quod se tenet ex parte medij, Imo medium in maiori & minori diuersimodè appellat.

pellat. Quare pro aliquo accipitur medium in præmissa affirmatiua, pro quo non accipitur secundùm acceptionem quam habet in minori negatiua.

Argum.13. *Contra Darapti, primum modum* tertiæ figuræ arguitur. Non sequitur, omnes materiæ & formæ incipiunt esse animalia, omnes materię & formæ incipiũt esse homines, ergo homines incipiunt esse animalia: nã si nunc sint tantùm duæ materiæ & duæ formę separatę, ex quibus hora futura diuisa per partes proportionales, minoribus versus nos in qualibet alia & alia parte fiant alii & alii homines: per diuisionem & transpositionem materiarum præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa: & tamen arguitur in darapti, ergo darapti non est modus vtilis.

Ad argumentum concessa maiori negatur minor. Committitur enim ex parte minoris extremitatis sextus defectus extrinsecus. s. ab amplo ad nõ amplum affirmatiuè: quia ly, homines, supponit secundũ acceptionem quam habet in minori, non tamen secũdùm illam quam habet in conclusione. Sed cõcludendum est, ergo quæ incipiunt esse homines incipiunt esse animalia. Eodem modo ex his, omnis homo disputat, omnis homo fuit albus, inferendum est, quod fuit album disputat, vt ly, album stet pro illo quod fuit album: nam si inferas, album quod fuit albũ disputat, ly albũ, staret pro illo quod est modò albũ & fuit albũ, & tunc præmissæ essent veræ, & cõclusio falsa, casu quo omnis homo disputat modò, & nullus esset albus sed fuissent albi. Eodem modo ex his, omnis homo disputat, omnis homo posibiliter est albus, inferendum est, quod posibiliter est album, disputat.

Argu.14. *Contra modũ, disamis, qui est sub*alternus ad darapti ratione maioris propositionis, arguitur. Non sequitur: homo est præteritus, omnis homo est futurus: ergo futurũ est præteritum: nec si inferes, qui est futurus est præteritus, cum casu quo nullus homo esset, & fuissent aliqui præteriti & aliqui futuri, præmissæ essent veræ & conclusio falsa: & tamen arguitur in disamis, ergo disamis non est consequentia formalis.

*Ad argumentum negatur conse*quentiam esse in disamis, committitur enim quintus defectus intrinsecus: quia mediũ in vna præmissarũ stat pro aliquo, pro quo nõ accipitur in altera. Quare licèt medium vtrobique distribueretur, præmissæ essent inhabiles. Nempe si ly, præteritũ, sit participiũ verbi prætereo, ita vt dicat negationẽ præsentis, & proportionabiliter accipiatur ly, futurum: tunc medium in minori non accipitur pro aliquo illorum, pro quibus accipitur in maiori. Et idem est defectus, hic homo est suspensus, omnis homo est decollandus: ergo qui est decollandus est suspensus. Si vero ly, præteritum & ly, futurum, sint participia verbi, sum, es, fuit, ita vt nõ dicant negationẽ præsentis: tunc licèt medium in minori accipiatur pro aliquibus, ꝑ quibus accipitur in maiori, non tamen pro omnibus: nec ẽ diuerso in maiori accipitur pro omnibus pro quibus in minori. Eodem modo peccat hic paralogismus, omne animal incipit esse: & omne animal desinit esse, ergo qd' incipit esse desinit esse: nam si omnes homines inciperent esse per vltimũ non esse, & omnes equi desinerẽt esse per primum non esse, nec essent alia animalia, pręmissæ sunt veræ, & conclusio falsa.

*Contra modum datisi: qui est sub*alternus ad darapti ratione minoris propositionis arguitur. Non sequitur, omnis materia & .a. forma omnis homo sunt, materia & omnis forma, forma & omnis materia sunt: ergo forma & omnis materia omnis homo sunt: nam duobus solis hominibus existentibus, cõmunicantibus in materia, præmissæ sunt veræ & cõclusio falsa, & tamẽ consequentia est in datisi: ergo datisi nõ est modus formalis. Argu.15.

*Ad argumentum negatur conse*quentiã esse in datisi: arguitur enim à confusa ad determinatũ ex parte primę partis minoris extremitatis, quæ in minori supponebat confusè in ordine ad secũdam partem medii, & in cõclusione supponit determinatè in ordine ad maiorem extremitatẽ. Sed contra solutionẽ replicatur, optimè sequitur, oĩs mataria & forma oĩs homo sunt, materia & oĩs forma forma & oĩs materia sunt: ergo forma & oĩs materia oĩs homo sunt (vt secunda pars medij determinatè supponat in ordine ad maiorem extremitatem) & tamen respectu minoris extremitatis committitur idẽ defectus, ergo ille non obstat. Respondetur ad hoc ꝙ arguere à confusa ad determinatã respectu vnius extremitatis in ordine ad aliam, nõ obstat quando nec mediũ, nec aliqua eius pars supponebat cõfusè in ordine ad aliã extremitatẽ distributã: vt suprà diximus in modis indirectis primæ figuræ. Et qa in priori cõsequẽtia secũda pars

pars medii supponebat confusè in ordine ad maiorē extremitatem, & in hac secunda supponet determinatè, fit; vt illa prima non teneat, & hæc secunda teneat. At verò in diuinis alia ratio est vt videbimus. Non enim sequitur, essentia diuina omnis persona est, oīs essentia diuina est persona: ergo persona omnis persona est, vbi obstat arguere à cōfusa ad determinatam respectu minoris extremitatis in ordine ad maiorem quanquā mediū in maiori stet determinatè in ordine ad eādē: quia illi o vna essentia verificatur de pluribus personis. Quare restringenda est solutio replicæ ad terminos creaturarum. Sed de hoc in de terminis diuinis amplius.

Contra modū Felapton arguitur.

Non sequitur, vterq; homo nō est animal, omnis homo est risibilis: ergo risibile non est animal. nam vnico existente homine præmissæ sunt veræ & conclusio falsa: & tamen arguitur in Felapton, ergo Felapton non est modus vtilis.

Argu. 16. *Ad argumentum negatur consequentiā* esse Felapton: nam medium in affirmatiua min⁹ restringitur quàm in negatiua. Quare, si è contrario in affirmatiua plus restringatur, bene sequitur, nullus homo est lapis, vterq; homo est risibilis, ergo risibile non est lapis. Vbi notanda est regula eadem quæ in secunda figura: Videlicet, quòd in hac tertia figura cōtigit syllogizare ex oppositis, propterea quòd præmissæ participant in subiectis. Vnde defectus qui ædificat subcontrarietatē obstat syllogismis hui⁹ figuræ: qualis est priori argumento, vbi magis restringitur subiectum negatiuæ quàm affirmatiuæ. Sed defectus ædificans contrarietatem nō obstat syllogismo: qualis est in secundo exemplo, vbi magis restringitur subiectum affirmatiuæ quàm negatiuæ.

Argu. 17. *Contra modum Bocardo qui est sub*alternus ad Felapton, ratione maioris arguitur. Non sequitur, Hominis equus non est animal, quilibet hominis equus est hinnibilis: ergo hinnibile non est animal: nā rebus vt nūc præmissæ sunt veræ & conclusio falsa. Quòd si dicas medium in maiori accipi pluribus acceptionibus & in minori vnica: Contrà syllogisticè sequitur in ferison, qui est subalternus ad felapton ratione minoris, nullius hominis equus est lapis, equus hominis est animal: ergo animal non est lapis: & tamen cōmittitur idem defectus, ergo ille non obstat vniuersaliter.

Ad argumentum negatur consequentiā esse in bocardo propter defectum assignatū qui est secundus intrinsecus. Sed ad replicā conceditur illū esse syllogismū in ferison: quia maior infert hāc, nullus equus hominis est lapis, vbi subiectū accipitur vnica, quæ cum eadem minori infert eandem conclusionem. Eādē ratione valet hic in bocardo, equus hominis nō currit, cuiuslibet hominis quilibet equues est animal: ergo animal non currit: quia maior infert hāc, hominis equus non currit, vbi subiectum accipitur non vnica, quæ cum eadem minori infert eandem cōclusionem. Itaq; quando medium in vna præmissarum accipitur vnica, & in alia pluribus, nunquàm valet syllogismus, nisi vel illa præmissa, vbi accipitur pluribus, inferat vnam vbi accipitur vnica: vel illa vbi accipitur vnica, inferat vnam vbi accipitur pro pluribus, cæteris omnibus inuariatis. Et hæc de secunda parte dicta sint.

Libri quinti Tertia pars.

Caput primum.



Vperest in hac tertia parte (quod in exordio huius libri polliciti sumus) de triplici syllogismo dicere, videlicet de syllogismo expositorio, de syllogismo in terminis diuinis, ac deniq; de syllogismo in exponibilibus. Igitur syllogismus expositorius est syllogismus medij singularis: vt Christus est homo, & Christus est Deus: ergo deus est homo. Hic homo est Italus, & hic homo est Papa: ergo papa est Italus. Et dicitur syllogism⁹ expositorius (vt docet sanctus Thomas opuscu. 47.) quia est quædā sensibilis resolutio. Etenim syllogismi de medio cōmuni omnes innituntur natura & definitione propositionis vniuersalis: quia oēs, vt suprà diximus, mediatè vel immediatè regulantur per dici de omni, dici de nullo. Propositio verò vniuersalis est à sensu remota & solo intellectu percipitur. At verò syllogismus expositorius ad sensum exponit suā conclusionē. Ob idq; syllogismus expositorius hoc formali principio nititur: Quæcunq; sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se (pro affirmatiuis:) aut pro negatiuis, quæcunq; quorū vnū est idem vni tertio, cui al terum est diuersum, sunt di- No. 1. De syllogis. expositorio

uersa

uersa inter se. Item notãdum est tertiam figuram accommodatissimam esse in qua cõstituuntur syllogismi expositorij, eò ꝙ illic medium est subiectũ in vtraq;, & terminus singularis in prædicatione directa, potest quidẽ esse subiectũ, sed nõ potest esse prædicatum, vt videbimus in prædicamento substantiæ, & tamẽ si syllogismus expositorius fieret in prima vel in secunda figura, terminus singularis deberet esse prædicatũ. Quo fit vt in prædicationibus indirectis in omni figura possit formari.

No. 2. *Ad syllogismum expositorium in* primis omnes quatuor cõditiones essentiales syllogismi de medio cõmuni pariter requiruntur. Prima, videlicet, ꝙ mediũ sit totale extremũ in aliqua præmissarũ. Quare nõ sequitur, quicquid tu amas est virtus, quicquid tu odis est vitiũ, ergo vitium est virtus: quia mediũ, scilicet, tu, in neutra prẹmissarũ est totale extremũ. Et secunda, videlicet, ꝙ medium sub ratione medij nõ intret cõclusionẽ. Et tertia, videlicet, ꝙ id quod se tenet ex parte medij in maiori cõcludatur cũ minori extremitate, & id quod se tenet cũ medio in minori cõcludatur cum maiori extremitate. Et quarta, videlicet, ꝙ extremitates sint totalia extrema in prẹmissis & in cõclusione. Item cũ syllogismus expositorius possit cõfici ex terminis cõmunibus pro extremitatibus, fit vt omnes defectus extrinseci qui cõmittuntur in syllogismo de medio cõmuni, possint itidem cõtingere syllogismo expositorio. At verò defectus intrinseci non omnes cõtingũt syllogismo expositorio: vt puta illi qui accidunt medio ratione quãtitatis, vnde primus defectus, puta æquiuocationis, potest hic cõtingere: vt non sequitur, Iudas est in cœlo, & Iudas est in inferno, ergo existens in inferno est in cœlo, si mediũ in maiori accipiatur pro Iuda Thadęo, & in minori pro Scarioth. Itẽ secũdus, ratione diuersarũ acceptionũ, puta vnica & pluribus: vt nõ sequitur, hoc albũ & hoc nigrũ erunt hoĩes, nulli hoĩes sunt vel erunt hoc albũ & hoc nigrũ, ergò nulli hoĩes sunt vel erunt homines, vbi mediũ in maiori accipiatur pluribus, & in minori vnica. Si eñ Petrus nũc sit albus qui nec erit albus nec niger, Paulus verò erit niger qui nec est albus nec niger, erũt tamẽ ambo simul, prẹmissæ sunt veræ, & cõclusio falsa. Tertius verò defectus ratione quãtitatis: videlicet ex puris particularibus, non potest syllogismo expositorio cõtingere: quia terminus singularis non est particularitas dũmodò sit purè singularis, nam in terminis diuinis contingit sub forma syllogismi expositorij arguere ex puris particularibus: vt nõ sequitur, hæc essentia diuina est filius, hæc essentia diuina est pater, ergò pater est filius, quia singularis nõ æquiualet vni de omni. Et in terminis creaturarum potest argui ex puris particularibus, quando mediũ cõstat ex singulari & cõmuni: vt nõ sequitur, hominis brunellus nõ est animal, hominis brunellus est equus, ergo equus nõ est animal: quia maior verificatur ꝓ homine qui non possidet brunellũ, & minor pro homine qui possidet brunellũ. Sed tamen si mediũ accipiatur vnica acceptione, bene sequitur, brunellus hoĩs non est animal, brunellus hoĩs est equus, ergo equus nõ est animal. Item quartus defectus intrinsecus, qui etiam cõtingit ratione quãtitatis, nõ habet locũ in syllogismo expositorio: quia si totale mediũ est terminus singularis, nulla pars est particularitas in ordine ad aliã. Nec quintus defectus eadẽ ratione habet hic locum puta, si vbi non distribuitur accipiatur pro pluribus. At verò sextus defectus accidere potest syllogismo expositorio: stat enim medium supponere in præmissa affirmatiua, ipso nõ supponente in negatiua. Vt non sequitur, hoc album nõ est animal (demõstrato Petro nigro qui fuit albus) hoc albũ fuit homo qui est homo, ergo homo nõ est animal. Imò præmissę sunt inhabiles sicut istę: brunellus Petri non est animal, & brunellus est equus. Septimus denique defectus ex puris negatiuis communis quidem est etiã syllogismo expositorio: vt facilè est experiri

At verò cõtra hæc arguitur pri- Argu. 1 mo: Non sequitur, hoc animal est homo, & hoc animal est equus (primo ꝓnomine demõstrante Petrum, & secundo brunellum) ergò equus est homo: & tamẽ arguitur expositoriè, ergo syllogismus expositorius nõ est formalis. Ad argumentum negatur syllogismũ esse expositorium, sed defectus diuersus est secundũ diuersas opiniones. Tenentes enim pronomen demonstratiuũ non esse partem subiecti, sed totius propositionis, quam denominat singularem, dicunt cõsequenter, medium non teneri illic æquiuocè quantũ ad significationẽ, sed solũ accipi pro diuersis, quia singularizatur pro diuersis: nã totale mediũ est ly animal, quod vniuocè signi-

Condi- tiones syllo. exp.

cè significat hominē & equum. Et hanc puto esse veram solutionem. Nam certè pronomen demonstratiuū nō efficitur magis pars subiecti, quā signū distributiuū. At verò tenentes pronomen esse partem subiecti adhuc sunt diuersi: nam Dorp. tenet, idem pronomen vniuocè & cōmuniter posse demonstrare diuersa supposita. Et ideo nec secundum illum est defectus æquiuocationis: sed solùm quia medium accipitur pro diuersis: nam totum complexū, hoc animal vniuocè significat hominem & equum. Qui verò tenent pronomē esse partem subiecti & cum hoc tenent idem pronomen non posse vniuocè demōstrare diuersa supposita, sed esse velut notitiā singularē quæ à solo demōstrato efficit, isti asignāt dicto syllogismo defectū æquiuocationis: quia totū mediū aliud significat in maiori, & aliud in minori. Et certè si pronomē demōstret rem ad sensum vel ad intellectū singulariter, credo hoc esse verum, vt diximus de quantitate propositionis, videlicet, ꝙ sit notitia singularis rei demonstratæ. Aliud est quando lego vel audio communiter, iste homo, vbi nihil singulariter demonstratur. Tunc enim fortè concipimus actum syncategorematicū cōmunis significationis.

Dub. 1. *Sed dubia sunt hic parua de multis* alijs paralogismis. Primò quæritur defectus huius, hoc est necessariū, & hoc est atramentū (vtrobiq; demonstrata hac propositione, Deus est) ergo atramentū est necessariū. Defectus est æquiuocatiōis maioris extremitatis. Nam ly necessariū, in maiori accipitur secundæ intentionaliter, & in cōclusione primæ intentionaliter. Sed concludendum est,

Dub. 2. ergo atramētū est propositio necessaria. Secūdò, quæritur defectus huius, hoc est aliud ꝙ te esse lapidē, & hoc est impossibile (vtrobiq; demōstrata hac propositiōe, homo est equus) ergo impossibile est aliud ꝙ te esse lapidē. Respondetur, ꝙ si ly impossibile, & ly aliud, eodē modo accipiātur in premissis & in cōclusione: vt puta ꝙ ly impossibile, in cōclusione accipiatur secundæ intentionaliter sicut in minori optimus est syllogismus, & sicut præmissę sunt verę ita & cōclusio. Est enim sensus cōclusionis ꝙ aliqua ꝓpositio impossibilis est alia res, quàm te esse lapidē. Si verò ly impossibile, quod in minori accipitur secundæ intentionaliter, in conclusione accipiatur primæ intentionaliter, vt faciat modalem cōpositam, consequentia nō valet: tum, quia ly impossibile, diuersimodè accipitur in minori & in conclusione: tum quia non modificat in cōclusione idem dictum quod erat maior extremitas: quia in maiori extremitate totū illud, aliud quàm te esse lapidem, non accipiebatur tanquàm vnū dictum ꝓpositionale, sed ly aliud, erat determinabile, & reliquum erat determinatio: sed in conclusione ly impossibile, fertur in totum illud, aliud quàm te esse lapidem, tanquàm in vnum dictum: vt æquiualeat huic, necessarium est te esse lapidem.

Secundo arguitur: non sequitur, hoc animal si est Petr⁹ est rationale, brunellus est hoc animal si est Petrus (pronomine vtrobiq; demōstrāte Petrū) ergo brunellus est rationalis, & tamē arguitur expositoriè ergo. Ad secundū argumentū distinguitur: quid singularizet pronomen, hoc. Si enim singularizet totum cōditionatum vnica acceptione, quod sit mediū, tunc optimus est syllogismus: & sicut cōclusio est impossibilis, ita & minor. Si verò singularizet solā primā partē tanquā mediū quod tunc erit terminus cōcurrens, syllogismus nō valet. Defectus enim intrinsecus est, quia mediū nullibi est totale extremū: & extrinsecus, ab amplo ad nō amplum, quia minor extremitas in minori ampliatur à cōditionato, quod accipitur pluribus acceptionibus. Et tunc sensus maioris est, si hoc animal est Petrus, hoc animal est rationale: & sensus minoris est, si brunellus est Petrus, brunellus est hoc animal, qui sunt ambo veri. Sed si prima parte singularizata, totū conditionatum esset medium, tunc argueretur ex puris particularibus, quia totum conditionatū est terminus cōmunis. Et sensus est, aliquid quod est hoc animal si est Petrus est rationale, & brunellus est aliquid quod est hoc animal si est Petrus, ergo brunellus est rationalis. Sed quisnā defectus est in his paralogismis, hoc animal est album, Petrus est hoc animal si est Petrus, ergo Petrus est albus si est Petrus: hoc animal est album, brunellus est Petrus si est hoc animal: ergo brunellus est Petrus si est albus (vbicunq; demōstrato Petro) in quibus illud quod se tenebat ex parte medij in minori concludit cū ma. extremitate. Respondetur, vtrobiq; variatur appellatio, nam variatur illatio: in primo enim subsumitur sub termino illato, vt si argueres, si Petrus est Petrus, Petrus est hoc animal, & hoc adimal est album, ergo si Petrus est Petrus, Petrus

Petrus est albus. Et in secundo subsumitur sub termino inferente, ac si argueres, si brunellus est hoc animal brunellus est Petrus, & hoc animal est albũ, ergo si brunellus est albus, brunellus est Petrus. Idẽ est defectus huius paralogismi, posito hoc albo ponitur albedo, hoc albũ est Petrus, ergo posito Petro ponitur albedo: nã ablatiuus, hoc albo, virtualiter est terminus inferens: ac si argueres, si hoc albũ est, albedo est, & hoc albũ est Petrus, ergo si Petrus est, albedo est. Eodem modo quo distinguimus in conditionatis, distinguendũ est in cæteris complexis. v.g. si in hac cõsequẽtia, hic homo vel equus est homo, hic homo vel equus est equus, ergo equus est homo, totũ disiunctũ vnica acceptione singularizetur pro Petro, nullus est defectus: & minor est impossibilis. Si verò sola prima pars singularizetur, tunc si totũ disiunctũ accipiatur pro medio, arguitur ex puris particularibus. Si autem sola pars particularizata sit, medium in neutra præmissarum est totale extremum. Quare neutro modo valet consequentia.

Argu. 3. *Tertio arguitur: nõ sequitur, quod* ego habeo tibi do, ego habeo oculos, ergo oculos tibi do: nam si darem tibi librũ quẽ habeo, præmissæ essent veræ & cõclusio falsa, & tamen arguitur expositoriè, ergo. Ad tertium negatur consequentiã esse expositoriam: nam si totũ illud cõplexũ, quod ego habeo accipiatur pro medio, & minor accipiatur in hoc sensu, oculi sunt aliquid quod ego habeo, tunc arguitur ex puris particularibus. Si verò accipiatur pro medio solũ pronomen, ego, tunc illud quod se tenet ex parte ipsius in maiori nõ cõcluditur cũ minori extremitate, sed inferendum esset, quod ego habens oculos habeo, tibi do. Idem defectus est in hoc paralogismo, quod ego habeo, tu nõ habes, ego habeo oculos, ergo tu non habes oculos. Nec sequitur, ergo tu oculos nõ habes. Nec sequeretur, ergo tu oculos habẽs non es (vt euitetur defectus extrinsecꝰ à nõ distributo ad distributum.) Nam si in simili nõ sequitur, quod ego habeo tu nõ vides, ego habeo equũ, ergo tu equum vidẽs non es: nam si tu solus videres equũ meum, nec alius videret equũ, nõ tamen vides tunicam meã, prẽmissæ sunt veræ, & conclusio falsa. Sed tamẽ in illo sophismate ꝓposito aduersus Diogenem, quod ego sum tu nõ es, ego sum homo, ergo tu nõ es homo, nõ est defectus intrinsecus: nam totum illud, quod ego sum est terminus singularis. Sed solus est defectus à non distributo ad distributũ ex parte de ly homo. Quare bene infertur, tu homo non es.

Sed dubiũ est de hoc paralogysmo Dub. 4 quicquid ego sum tu es, ego sum Dominicus, ergo tu es Dominicus: nam ex vna parte nullus apparet defectus: & ex alia videtur præmissæ veræ & cõclusio falsa: quia subiectũ maioris videt distribui accõmodè pro natura vel specie, vt sit sensus, cuiuscũq; speciei ego sum tu es. Respõdetur ꝙ si subiectũ maioris distribuatur personaliter ꝓ indiuiduo, bonus est syllogismus & maior est falsa. Si verò distribuatur simpliciter pro natura, nõ est sufficiens distributio, sed arguitur ex puris particularibus. Eodẽ modo distinguẽdus est hic syllogismus, hæc herba est viridis in horto meo (demõstrata herba sicca quę est extra hortũ meũ) hęc herba est sicca, ergo herba sicca est viridis in horto meo. Si enim est singularizatio personalis pro indiuiduo, bonus est syllogismus, sed maior est falsa: si verò sit singularizatio solùm simpliciter, syllogismus non valet, nisi cõclusio accipiatur in bono sensu, scilicet, herba similis huic est viridis in horto meo.

Quartò arguitur nõ sequitur Pe- Arg. 4. trus habẽs equũ nõ equitat illũ, Petrus habẽs equũ est homo habẽs equũ, ergo homo habẽs equũ non equitat illũ. Nam si Petrus qui habet equũ nõ equitat equũ proprium sed alienũ, prẽmissę sunt verę & cõclusio falsa, tamẽ arguitur expositoriè, ergo. Respondetur consequentiã nõ esse expositoriã: arguitur enim ex parte relatiui ab inferiori ad suũ superiꝰ, siue à magis ad minus restrictũ cũ distributiõe. Dictũ enim est in capite de relatiuis relatiuũ substãtiæ nõ reciprocũ referẽs añs eiusdẽ categoricę referre ipsum restrictè. i. cũ habitudine terminorũ illius extremi in quo situatur antecedens. Vnde in maiori ly illũ, supponit solũ pro equo possesso à Petro, & in cõclusione pro quocunq; equo possesso ab hoĩe. Quare inferendũ est ex illis præmisis, homo habẽs equum non equitat illum equum Petri. Sicut ex his, oĩs homo habens equum equitat illum, Petrus habens equum, est homo habẽs equum, nõ est inferendum, ergo Petrus habens equum equitat illũ, nè arguatur à minus ad magis restrictum affirmatiuè. Sed inferendum est, ergo Petrus habens equum equitat equum possessum ab homine.

cè significat hominẽ & equum. Et hanc puto esse veram solutionem. Nam certè pronomen demonstratiuũ nõ efficitur magis pars subiecti, quã signũ distributiuũ. At verò tenentes pronomen esse partem subiecti adhuc sunt diuersi: nam Dorp. tenet, idem pronomen vniuocè & cõmuniter posse demonstrare diuersa supposita. Et ideo nec secundum illum est defectus æquiuocationis: sed solùm quia medium accipitur pro diuersis: nam totum complexũ, hoc animal vniuocè significat hominem & equum. Qui verò tenent pronomẽ esse partem subiecti & cum hoc tenent idem pronomen non posse vniuocè demõstrare diuersa supposita, sed esse velut notitiã singularẽ quæ à solo demõstrato efficit, isti assignãt dicto syllogismo defectũ æquiuocationis: quia totũ mediũ aliud significat in maiori, & aliud in minori. Et certè si pronomẽ demõstret rem ad sensum vel ad intellectũ singulariter, credo hoc esse verum, vt diximus de quantitate propositionis, videlicet, ꝙ sit notitia singularis rei demonstratæ. Aliud est quando lego vel audio communiter, iste homo, vbi nihil singulariter demonstratur. Tunc enim fortè concipimus actum syncategorematicũ cõmunis significationis.

Dub. 1. *Sed dubia sunt hic parua de multis* alijs paralogismis. Primò quæritur defectus huius, hoc est necessariũ, & hoc est atramentũ (vtrobiq; demonstrata hac propositione, Deus est) ergo atramentũ est necessariũ. Defectus est ęquiuocatiõis maioris extremitatis. Nam ly necessariũ, in maiori accipitur secundæ intentionaliter, & in cõclusione primæ intentionaliter. Sed concludendum est, ergo atramẽtũ est propositio necessaria.

Dub. 2. Secũdò, quæritur defectus huius, hoc est aliud q̃ te esse lapidẽ, & hoc est impossibile (vtrobiq; demõstrata hac propositiõe, homo est equus) ergo impossibile est aliud q̃ te esse lapidẽ. Respondetur, ꝙ si ly impossibile, & ly aliud, eodẽ modo accipiatur in prçmissis & in cõclusione: vt puta ꝙ ly impossibile, in cõclusione accipiatur secundæ intentionaliter sicut in minori optimus est syllogismus, & sicut præmissę sunt verę ita & cõclusio. Est enim sensus cõclusionis ꝙ aliqua ꝓpositio impossibilis est alia res, quàm te esse lapidẽ. Si verò ly impossibile, quod in minori accipitur secundæ intentionaliter, in conclusione accipiatur primæ intentionaliter, vt faciat modalem cõpositam, consequentia nõ valet: tum, quia ly impossibile, diuersimodè accipitur in minori & in conclusione: tum quia non modificat in cõclusione idem dictum quod erat maior extremitas: quia in maiori extremitate totũ illud, aliud quàm te esse lapidem, non accipiebatur tanquàm vnũ dictum ꝓpositionale, sed ly aliud, erat determinabile, & reliquum erat determinatio: sed in conclusione ly impossibile, fertur in totum illud, aliud quàm te esse lapidem, tanquàm in vnum dictum: vt æquiualeat huic, necessarium est te esse lapidem.

Secundo arguitur: non sequitur, Argu. 2. hoc animal si est Petrᵘ est rationale, brunellus est hoc animal si est Petrus (pronomine vtrobiq; demõstrãte Petrũ) ergo brunellus est rationalis, & tamẽ arguitur expositoriè ergo. Ad secundũ argumentũ distinguitur: quid singularizet pronomen, hoc. Si enim singularizet totum cõditionatum vnica acceptione, quod sit mediũ, tunc optimus est syllogismus: & sicut cõclusio est impossibilis, ita & minor. Si verò singularizet solã primã partẽ tanquã mediũ quod tunc erit terminus cõcurrens, syllogismus nõ valet. Defectus enim intrinsecus est, quia mediũ nullibi est totale extremũ: & extrinsecus, ab amplo ad nõ amplum, quia minor extremitas in minori ampliatur à cõditionato, quod accipitur pluribus acceptionibus. Et tunc sensus maioris est, si hoc animal est Petrus, hoc animal est rationale: & sensus minoris est, si brunellus est Petrus, brunellus est hoc animal, qui sunt ambo veri. Sed si prima parte singularizata, totũ conditionatum esset medium, tunc argueretur ex puris particularibus, quia totum conditionatũ est terminus cõmunis. Et sensus est, aliquid quod est hoc animal si est Petrus est rationale, & brunellus est aliquid quod est hoc animal si est Petrus, ergo brunellus est rationalis. Sed quisnã defectus est in his paralogismis, hoc animal est album, Petrus est hoc animal si est Petrus, ergo Petrus est albus si est Petrus: hoc animal est album, brunellus est Petrus si est hoc animal: ergo brunellus est Petrus si est albus (vbicunq; demõstrato Petro) in quibus illud quod se tenebat ex parte medij in minori concludit cũ ma. extremitate. Respondetur, vtrobiq; variatur appellatio, nam variatur illatio: in primo enim subsumitur sub termino illato, vt si argueres, si Petrus est Petrus, Petrus est hoc animal, & hoc adimal est album, ergo si Petrus est Petrus,

Petrus

Petrus est albus. Et in secundo subsumitur sub termino inferente, ac si argueres, si brunellus est hoc animal brunellus est Petrus, & hoc animal est albũ, ergo si brunellus est albus, brunellus est Petrus. Idẽ est defectus huius paralogismi, posito hoc albo ponitur albedo, hoc albũ est Petrus, ergo posito Petro ponitur albedo: nã ablatiuus, hoc albo, virtualiter est terminus inferens: ac si argueres, si hoc albũ est, albedo est, & hoc albũ est Petrus, ergo si Petrus est, albedo est. Eodem modo quo distinguimus in conditionatis, distinguendũ est in cæteris complexis. v.g. si in hac cõsequẽtia, hic homo vel equus est homo, hic homo vel equus est equus, ergo equus est homo, totũ disiunctũ vnica acceptione singularizetur pro Petro, nullus est defectus: & minor est impossibilis. Si verò sola prima pars singularizetur, tunc si totũ disiunctũ accipiatur pro medio, arguitur ex puris particularibus. Si autem sola pars particularizata sit, medium in neutra præmissarum est totale extremum. Quare neutro modo valet consequentia.

Argu. 3. *Tertio arguitur: nõ sequitur, quod* ego habeo tibi do, ego habeo oculos, ergo oculos tibi do: nam si darem tibi librũ quẽ habeo, præmissæ essent veræ & cõclusio falsa, & tamen arguitur expositoriè, ergo. Ad tertium negatur consequentiã esse expositoriam: nam si totũ illud cõplexũ, quod ego habeo accipiatur pro medio, & minor accipiatur in hoc sensu, oculi sunt aliquid quod ego habeo, tunc arguitur ex puris particularibus. Si verò accipiatur pro medio solũ pronomen, ego, tunc illud quod se tenet ex parte ipsius in maiori nõ cõcluditur cũ minori extremitate, sed inferendum esset, quod ego habens oculos habeo, tibi do. Idem defectus est in hoc paralogismo, quod ego habeo, tu nõ habes, ego habeo oculos, ergo tu non habes oculos. Nec sequitur, ergo tu oculos nõ habes. Nec sequeretur, ergo tu oculos habẽs non es (vt euitetur defectus extrinsecꝰ à nõ distributo ad distributum.) Nam si in simili nõ sequitur, quod ego habeo tu nõ vides, ego habeo equũ, ergo tu equum vidẽs non es: nam si tu solus videres equũ meum, nec alius videret equũ, nõ tamen vides tunicam meã, præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa. Sed tamẽ in illo sophismate ꝓposito aduersus Diogenem, quod ego sum tu nõ es, ego sum homo, ergo tu nõ es homo, nõ est defectus intrinsecus: nam totum illud, quod ego sum est terminus singularis. Sed solus est defectus à non distributo ad distributũ ex parte de ly homo. Quare bene infertur, tu homo non es.

Sed dubiũ est de hoc paralogysmo Dub. 4 quicquid ego sum tu es, ego sum Dominicus, ergo tu es Dominicus: nam ex vna parte nullus apparet defectus: & ex alia videtur præmissæ veræ & cõclusio falsa: quia subiectũ maioris videt distribui accõmodè pro natura vel specie, vt sit sensus, cuiuscũq; speciei ego sum tu es. Respõdetur ꝙ si subiectũ maioris distribuatur personaliter ꝓ indiuiduo, bonus est syllogismus & maior est falsa. Si verò distribuatur simpliciter pro natura, nõ est sufficiens distributio, sed arguitur ex puris particularibus. Eodẽ modo distinguẽdus est hic syllogismus, hæc herba est viridis in horto meo (demõstrata herba sicca quę est extra hortũ meũ) hęc herba est sicca, ergo herba sicca est viridis in horto meo. Si enim est singularizatio personalis pro indiuiduo, bonus est syllogismus, sed maior est falsa: si verò sit singularizatio solùm simpliciter, syllogismus non valet, nisi cõclusio accipiatur in bono sensu, scilicet, herba similis huic est viridis in horto meo.

Quartò arguitur nõ sequitur Pe- Arg. 4. trus habẽs equũ nõ equitat illũ, Petrus habẽs equũ est homo habẽs equũ, ergo homo habẽs equũ non equitat illũ. Nam si Petrus qui habet equũ nõ equitat equũ proprium sed alienũ, prǫmissę sunt verę & cõclusio falsa, tamẽ arguitur expositoriè, ergo. Respondetur consequentiã nõ esse expositoriã: arguitur enim ex parte relatiui ab inferiori ad suũ superiꝰ, siue à magis ad minus restrictũ cũ distributiõe. Dictũ enim est in capite de relatiuis relatiuũ substãtiæ nõ reciprocũ referẽs ãns eiusdẽ categoricę referre ipsum restrictè. i. cũ habitudine terminorũ illius extremi in quo situatur antecedens. Vnde in maiori ly illũ, supponit solũ pro equo possesso à Petro, & in cõclusione pro quocunq; equo possesso ab hoĩe. Quare inferendũ est ex illis præmissis, homo habẽs equum non equitat illum equum Petri. Sicut ex his, oĩs homo habens equum equitat illum, Petrus habens equum, est homo habẽs equum, nõ est inferendum, ergo Petrus habens equum equitat illũ, nè arguatur à minus ad magis restrictum affirmatiuè. Sed inferendum est, ergo Petrus habens equum equitat equum possessum ab homine.

Caput secundum.

Not.1. *In hoc secundo capite polliciti sumus* de terminis diuinis nõ nihil dicere nã exacta illorũ disputatio, etiã ĩ theologia est difficilima. Operęprætium enim duximus Summulistas admonere nè errores statim imbibãt, quos cùm venerint ad theologiam eluere nõ possint. Nam à paucis hinc annis nescio quæ cõmenta in materia de trinitate admissa sunt, quæ sancti patres nihil minus q̃ hęretica reputassent. Nec illa isti homines cõfixissent si nõ præproperè de trinitate tractassent anteq̃ sanctos patres & theologiã cõsuluissent. Nescio an dignitas rei me in acerbiora verba q̃ pro ingenio meo propulerit.

Not.2. *Queritur ergò, an leges oppositionum* ac syllogismorum ad terminos vsq; diuinos extendatur. Et videtur quòd non. Hæ nanq; propositiones, omnis essentia diuina est pater, aliqua essentia diuina nõ est pater, sunt contradictorię secundum conditiones positas, & tamen sunt verę, nam affirmatiua est vera, & negatiua colligitur hoc syllogismo, filius non est pater, filius est aliqua essentia diuina, ergò essentia diuina nõ est pater. Secundò, hęc consequentia omnis essentia diuina est pater, filius est essentia diuina, ergò filius est pater: est in darij secundùm conditiones suprà cõstitutas, & secundùm fidem catholicam conclusio est falsa, cùm tamen maior appareat vera, ergò cõditiones syllogismi de medio cõmuni non habent locum in diuinis: Tertiò arguitur, hic syllogismus, hæc essentia diuina est pater, hæc essentia diuina est filius, ergò filius est pater, videtur expositorius, & tamẽ præmissæ sunt veræ & cõclusio falsa. Et eadem arte possumus arguere contra principia negatiua: quia nõ sequitur, pater non est filius pater est essentia diuina, ergò essentia diuina nõ est filius. Et sic videtur q̇ principia oppositionũ & syllogismorum non teneant in diuinis. Sed in cõtrariũ est authoritas omniũ theologorum asserentium omnia principia terminorum creaturarum cõmunia esse in vniuersum terminis diuinis. Et ratio est, q̇a huiusmodi principia sunt cõmunes animi conceptiones, quibus intellectus suaptè natura dissentire non potest. Vnde si in terminis diuinis paterentur instantiam, tunc articuli fidei repugnarent intellectui humano: ac proinde non essent nobis persuasibiles, quod est erroneum.

Tria puncta tractabuntur in hoc capite iuxta tria argumenta proposita. Primũ de oppositionibus. Secundùm de syllogismis de medio cõmuni. Et tertiũ de syllogismis expositorijs. Vbi primũ omniũ supponẽda est fides catholica videlicet q̇ Deus est vnus in essentia & trin⁹ in personis. Quo fit vt quicquid est in Deo idẽtificetur cum essentia, siue in singulari, siue in plurali: siue absolutum sit, siue relatiuum: siue in abstracto accipiatur, siue in cõcreto. Vna enim simplicissima essentia est pater, & est filius, & spiritus sanctus: & omnes tres personę complexiuè, & est paternitas, & est filiatio, & est bonitas, & est iustitia. &c. Not.3.

Ex hoc sequitur secũdum notabile q̇ nomẽ quodcũq; in diuinis habet duplex significatũ, videlicet immediatũ, & mediatũ Immediatum est illud quod per se significat & pro quo supponit etiã si distingueretur à quocunq; alio: vt immediatũ significatũ de ly essentia, est ipsamet essentia, & significatũ immediatum de ly persona, est quodcunq; suppositũ, & significatũ immediatũ de ly pater, est persona patris, & significatũ immediatũ de ly paternitas, est relatio. Sed significatũ mediatũ est illud, de quo terminus verificatur eo solùm quia identificatur cum suo per se & immediato significato: vt ècõuerso, essentia est significatum mediatũ de ly persona, aut de ly pater, & quęcunque persona, est significatũ mediatũ de ly essentia. Nam nomen pater nõ significat formaliter & de per se essentiam, sed verificatur de illa ratione identitatis cũ suo significato. Et eadem ratione, nomẽ essentia verificatur de quacunq; persona. Vnde si per impossibile persona distingueretur ab essentia, sicut album ab albedine, neutrum nomen verificaretur de significato alterius. Not.4. Significatũ immediatũ & mediatum.

*Tertiò notandum est terminos di*uinos esse in triplici differentia. Alij sunt essentiales, alij personales, & alij notionales. Terminus essentialis secundùm modernos Summulistas, est terminus qui supponit p̃ essentia & quacunq; persona diuisim: vt ly essentia: ly Deus. Terminus personalis est, qui pro vna persona diuisim supponit, non tamen coniunctim pro pluribus: vt ly persona ly pater, & similis: Sed terminũ notionalem dicunt esse terminum qui pro pluribus personis coniunctim supponit, nõ tamẽ diuisim: vt ly trinitas, ly personæ, in plurali. Not.5. Triplex termini⁹ diuisius.

Ad vero

At verò isti manifestè terminis abutũtur, & contra eorum significationẽ, & cõtra vsum vniuersalem Theologorum. Nam primum omnium confundunt terminos. Aut enim requiritur, vt terminus sit essentialis quòd supponat immediatè pro essentia, & immediatè pro persona: & tunc ly essentia, non esset nomen essentiale: quia non supponit immediatè pro persona. Aut satis est quòd supponat pro essentia & persona mediatè vel immediatè: & tunc ly pater, & ly essentia, essent essentiales: & eadem ratione ly essentia, esset personale. Secundò dicere quòd ly persona in singulari est nomen personale & in plurali est notionale, est præter rationẽ. Nã solus numerus nõ variat naturam nominis sanè quæ attenditur penes significatum. Et tertio dicere quòd ly trinitas, vel ly personę, sint termini notionales est penit[9] ignorare terminos. Nam notio secũdum Theologos in.1.d.28.&.d.29. & apud. S. Thomã prima par.q.32.est ratio innotescendi, seu ratio cognoscendi diuinam personam vt ab alia disiunctam, secundum modum loquendi Augustin.5.de trinit.cap.7.vbi dicit alia est notio qua pater intelligitur ingenitus, & alia qua intelligitur genitor. Vnde quinq; notiones sunt in diuinis, scilicet, innascibilitas, paternitas, filiatio, processio, & spiratio: quare ly trinitas, quod pro omnibus personis supponit ex diametro pugnat cũ termino notionali. Igitur nomẽ essentiale in diuinis est, quod significat per se immediatè & formaliter essentiam: siue in abstracto, vt essentia, deitas, bonitas. &c. siue in cõcreto: vt ens Deus, bonus, iustus. &c. sed nomẽ personale est, quòd per se & immediatè significat personam, vt pater filius persona, & etiam personæ in plurali: & ly trinitas, est nomen personale quod collectiuè supponit pro omnib[9] personis: nomẽ notionale est quod significat notionem per modum actionis: vt generare, generari, generans, genitus, &c. Qui quidem termini significant actus per quos personæ distinguuntur. Sed quantũ ad propositum attinet, solùm loquẽdum de essentialibus & personalibus.

Not. 6.

Distributio cõpleta & incõpleta.

His suppositis, quartò notandum est quòd moderni Summulistæ opinantur: nomen essentiale in abstracto non solũ supponere pro essentia immediatè, sed etiã mediatè supponere pro persona: & è conuerso, nomẽ personale supponere pro essentia. Et ratio est quia apud istos idem est, nomẽ verificari de aliquo, & supponere pro illo. Ex quo rursùs inferunt quòd nomen essentiale in abstracto potest distribui, & eadẽ ratione particularizari dupliciter. s. cõpletè & incõpletè. Nomẽ essentiale distribui cõpletè, dicũt, est distribui pro vtroq; significato, scilicet, mediato & immediato, & distribui incõpletè est distribui solum pro significato immediato. At verò non plenè satisfacit omnibus dicta definitio distributionis completè & incompletè. Nam re vera secundum istos in hac propositione: oĩs essentia diuina est pater, quanq̃ subiectũ accipiatur pro significato immediato, etiã supponit pro mediato secundũ istos: quia verificatur de illo, propter identitatẽ illorum. Quare nõ euitatur quin distribuatur pro vtroq; significato. Et ideo alij iuniores aliter explicuerũt distributionẽ completam & incompletam. Dicunt enim quòd tunc terminus distribuitur completè, quãdo valet sub illo resolutio purè copulatiua: pro omnibus eius suppositis, tam mediatis quàm immediatis. Et hoc modo hęc est falsa, omnis essentia diuina est pater, quia æquiualet huic, oĩs res quæ est essentia diuina, est pater. Et tunc per oppositum terminus particularizatur incompletè, quando sub illo valet resolutio purè disiunctiua: pro omni significato. Et hoc modo, hæc est vera, aliqua essentia diuina non est pater, quæ æquiualet huic, aliqua res quæ est essentia diuina non est pater, quia filius non est pater. Sed nomẽ essentiale distribui incompletè est quòd sub illo valeat sola resolutio copulatiua sub disiunctione: & particularizari incompletè est quòd sub illo valeat per oppositũ sola resolutio disiunctiua sub copulatione, verbi gratia, quando subiectum huius, omnis essentia diuina est pater, distribuitur incompletè facit hunc sensum, hæc essentia diuina est pater, vel hæc essentia diuina est pater (primo pronomine demonstrante essentiam, & secũdo patrem) & hæc essentia diuina est pater, vel hæc essentia diuina est pater (primo pronomine demonstrante essentiam & secundo filium) & ita copulatiuè transeũdum est ad essentiam & disiunctiuè ad Spiritum sanctum. Itaq; tota resolutio sit vna copulatiua composita ex pluribus disiunctiuis. Et in vna parte cuiuscunque disiunctiuæ demonstretur essentia, & in alia demonstretur persona. Ex quo colligitur illam vniuersalẽ esse verã: nam quælibet disiunctiua est vera pro illa parte in qua demonstratur essentia. Quòd si demõ-

Caput secundum.

Not.1. *In hoc secundo capite pollicitisu*mus de terminis diuinis nõ nihil dicere nã exacta illorũ disputatio,etiã ĩ theologia est difficilima. Operępretium enim duximus Summulistas admonere nè errores statim imbibãt,quos cùm venerint adtheologiam eluere nõ possint.Nam à paucis hinc annis nescio quæ cõmenta in materia de trinitate admissa sunt,quæ sancti patres nihil minus q̃ hęretica reputassent.Nec illa isti homines cõfixissent si nõ præproperè de trinitate tractassent anteq̃ sanctos patres &theologiã cõsuluissent. Nescio an dignitas rei me in acerbiora verba q̃ pro ingenio meo propulerit.

Not.2. *Queritur ergò, an leges opposi*tionum ac syllogismorum ad terminos vsq; diuinos extendãtur. Et videtur quòd non. Hæ nanq; propositiones,omnis essentia diuina est pater, aliqua essentia diuina nõ est pater,sunt contradictorię secundum conditiones positas,& tamen sunt verę,nam affirmatiua est vera, & negatiua colligitur hoc syllogismo,filius non est pater,filius est aliqua essentia diuina,ergò essentia diuina nõ est pater.Secundò,hęc consequentia omnis essentia diuina est pater,filius est essentia diuina, ergò filius est pater:est in darij secundùm conditiones suprà cõstitutas,& secundùm fidem catholicam conclusio est falsa, cùm tamen maior appareat vera,ergò cõditiones syllogismi de medio cõmuni non habent locum in diuinis:Tertiò arguitur,hic syllogismus,hæc essentia diuina est pater, hæc essentia diuina est filius,ergò filius est pater,videtur expositorius,& tamẽ præmissæ sunt veræ & cõclusio falsa.Et eadem arte possumus arguere contra principia negatiua:quia nõ sequitur,pater non est filius pater est essentia diuina,ergò essentia diuina nõ est filius.Et sic videtur ꝙ principia oppositionũ & syllogismorum non teneant in diuinis. Sed in cõtrariũ est authoritas omniũ theologorum asserentium omnia principia terminorum creaturarum cõmunia esse in vniuersum terminis diuinis. Et ratio est,qa huiusmodi principia sunt cõmunes animi conceptiones,quibus intellectus suaptè natura dissentire non potest. Vnde si in terminis diuinis paterentur instantiam,tunc articuli fidei repugnarent intellectui humano: ac proinde non essent nobis persuasibiles, quod est erroneum.

Tria puncta tractabuntur in hoc capite iuxta tria argumenta proposita.Primũ de oppositionibus.Secundùm de syllogismis de medio cõmuni.Et tertiũ de syllogismis expositorijs.Vbi primũ omniũ supponẽda est fides catholica videlicet ꝙ Deus est vnus in essentia & trin9 in personis.Quo fit vt quicquid est in Deo idẽtificetur cum essentia,siue in singulari,siue in plurali:siue absolutum sit,siue relatiuum:siue in abstracto accipitur,siue in cõcreto. Vna enim simplicissima essentia est pater, & est filius, & spiritus sanctus:& omnes tres personę complexiuè,& est paternitas,& est filiatio,& est bonitas,& est iustitia.&c. Not.3.

Ex hoc sequitur secũdum notabile ꝙ nomẽ quodcũq; in diuinis habet duplex significatũ,videlicet immediatũ,&mediatũ. Immediatum est illud quod perse significat & pro quo supponit etiã si distingueretur à quocunq; alio: vt immediatũ significatũ de ly essentia,est ipsamet essentia,& significatũ immediatum de ly persona, est quodcunq; suppositũ, & significatũ immediatũ de ly pater,est persona patris, & significatũ immediatũ de ly paternitas, est relatio.Sed significatũ mediatũ est illud,de quo terminus verificatur eo solùm quia identificatur cum suo perse & immediato significato: vt ècõuerso,essentia est significatum mediatũ de ly persona,aut de ly pater,& quęcunque persona,est significatũ mediatũ de ly essentia.Nam nomen pater nõ significat formaliter & de perse essentiam,sed verificatur de illa ratione identitatis cũ suo significato.Et eadem ratione,nomẽ essentia verificatur de quacunq; persona. Vnde si per impossibile persona distingueretur ab essentia,sicut album ab albedine, neutrum nomen verificaretur de significato alterius. Not.4. Significatũ immediatũ & mediatum.

*Tertiò notandum est terminos di*uinos esse in triplici differentia. Alij sunt essentiales,alij personales, & alij notionales. Terminus essentialis secundùm modernos Summulistas,est terminus qui supponit ꝓ essentia & quacunq; persona diuisim: vt ly essentia:ly Deus. Terminus personalis est, qui pro vna persona diuisim supponit,non tamen coniunctim propluribus: vt ly persona ly pater,& similis:Sed terminũ notionalem dicunt esse terminum qui pro pluribus personis coniunctim supponit,nõ tamẽ diuisim: vt ly trinitas,ly personæ, in plurali. Not.5. Triplex termini9 diuisius.

Ad vero

At verò isti manifestè terminis abutūtur, & contra eorum significationē, & cōtra vsum vniuersalem Theologorum. Nam primum omnium confundunt terminos. Aut enim requiritur, vt terminus sit essentialis quòd supponat immediatè pro essentia, & immediatè pro persona: & tunc ly essentia, non esset nomen essentiale: quia non supponit immediatè pro persona. Aut satis est quòd supponat pro essentia & persona mediatè vel immediatè: & tunc ly pater, & ly essentia, essent essentiales: & eadem ratione ly essentia, esset personale. Secundò dicere quòd ly persona in singulari est nomen personale & in plurali est notionale, est præter rationē. Nā solus numerus nō variat naturam nominis sanè quæ attenditur penes significatum. Et tertio dicere quòd ly trinitas, vel ly personę, sint termini notionales est penitus ignorare terminos. Nam notio secūdum Theologos in.1.d.28.&.d.29. & apud. S. Thomā prima par.q.32. est ratio innotescendi, seu ratio cognoscendi diuinam personam vt ab alia disiunctam, secundum modum loquendi Augustin.5. de trinit.cap.7. vbi dicit alia est notio qua pater intelligitur ingenitus, & alia qua intelligitur genitor. Vnde quinq; notiones sunt in diuinis, scilicet, innascibilitas, paternitas, filiatio, processio, & spiratio: quare ly trinitas, quod pro omnibus personis supponit ex diametro pugnat cū termino notionali. Igitur nomē essentiale in diuinis est, quod significat per se immediatè & formaliter essentiam: siue in abstracto, vt essentia, deitas, bonitas. &c. siue in cōcreto: vt ens Deus, bonus, iustus. &c. sed nomē personale est, quod per se & immediatè significat personam, vt pater filius persona, & etiam personæ in plurali: & ly trinitas, est nomen personale quod collectiuè supponit pro omnibus personis: nomē notionale est quod significat notionem per modum actionis: vt generare, generari, generans, genitus, &c. Qui quidem termini significant actus per quos personæ distinguuntur. Sed quantū ad propositum attinet, solùm loquēdum de essentialibus & personalibus.

Not. 6. Distributio cōpleta & incōpleta.

His suppositis, quartò notandum est quòd moderni Summulistæ opinantur: nomen essentiale in abstracto non solū supponere pro essentia immediatè, sed etiā mediatè supponere pro persona: & è conuerso, nomē personale supponere pro essentia. Et ratio est quia apud istos idem est, nomē verificari de aliquo, & supponere pro illo. Ex quo rursùs inferunt quòd nomen essentiale in abstracto potest distribui, & eadē ratione particularizari dupliciter. s. cōpletè & incōpletè. Nomē essentiale distribui cōpletè, dicūt, est distribui pro vtroq; significato, scilicet, mediato & immediato, & distribui incōpletè est distribui solum pro significato immediato. At verò non plenè satisfacit omnibus dicta definitio distributionis completè & incompletè. Nam re vera secundum istos in hac propositione: oīs essentia diuina est pater, quanq̄ subiectū accipiatur pro significato immediato, etiā supponit pro mediato secundū istos: quia verificatur de illo, propter identitatē illorum. Quare nō euitatur quin distribuatur pro vtroq; significato. Et ideo alij iuniores aliter explicuerūt distributionē completam & incompletam. Dicunt enim quòd tunc terminus distribuitur completè, quādo valet sub illo resolutio purè copulatiua: pro omnibus eius suppositis, tam mediatis quàm immediatis. Et hoc modo hęc est falsa, omnis essentia diuina est pater, quia æquiualet huic, oīs res quæ est essentia diuina, est pater. Et tunc per oppositum terminus particularizatur incompletè, quando sub illo valet resolutio purè disiunctiua: pro omni significato. Et hoc modo, hæc est vera, aliqua essentia diuina non est pater, quæ æquiualet huic, aliqua res quæ est essentia diuina non est pater, quia filius non est pater. Sed nomē essentiale distribui incompletè est quòd sub illo valeat sola resolutio copulatiua sub disiunctione: & particularizari incompletè est quòd sub illo valeat per oppositū sola resolutio disiunctiua sub copulatione, verbi gratia, quando subiectum huius, omnis essentia diuina est pater, distribuitur incompletè facit hunc sensum, hæc essentia diuina est pater, vel hæc essentia diuina est pater (primo pronomine demonstrante essentiam, & secūdo patrem) & hæc essentia diuina est pater, vel hæc essentia diuina est pater (primo pronomine demonstrante essentiam & secundo filium) & ita copulatiuè transeūdum est ad essentiam & disiunctiuè ad Spiritum sanctum. Itaq; tota resolutio sit vna copulatiua composita ex pluribus disiunctiuis. Et in vna parte cuiuscunque disiunctiuæ demonstretur essentia, & in alia demonstretur persona. Ex quo colligitur illam vniuersalē esse verā: nam quælibet disiunctiua est vera pro illa parte in qua demonstratur essentia. Quòd si demō-

Caput secundum.

Not.1. *In hoc secundo capite polliciti su*mus de terminis diuinis nõ nihil dicere nã exacta illorũ disputatio, etiã ĩ theologia est difficilima. Operęprecium enim duximus Summulistas admonere nè errores statim imbibãt, quos cùm venerint ad theologiam eluere nõ possint. Nam à paucis hinc annis nescio quæ cõmenta in materia de trinitate admissa sunt, quæ sancti patres nihil minus q̃ hęretica reputassent. Nec illa isti homines cõfixissent si nõ præproperè de trinitate tractassent anteq̃ sanctos patres & theologiã cõsuluissent. Nescio an dignitas rei me in acerbiora verba q̃ pro ingenio meo propulerit.

Not.2. *Queritur ergò, an leges opposi*tionum ac syllogismorum ad terminos vsq; diuinos extendãtur. Et videtur quòd non. Hæ nanq; propositiones, omnis essentia diuina est pater, aliqua essentia diuina nõ est pater, sunt contradictorię secundum conditiones positas, & tamen sunt verę, nam affirmatiua est vera, & negatiua colligitur hoc syllogismo, filius non est pater, filius est aliqua essentia diuina, ergò essentia diuina nõ est pater. Secundò, hęc consequentia omnis essentia diuina est pater, filius est essentia diuina, ergò filius est pater: est in darij secundùm conditiones suprà cõstitutas, & secundùm fidem catholicam conclusio est falsa, cùm tamen maior appareat vera, ergò cõditiones syllogismi de medio cõmuni non habent locum in diuinis: Tertiò arguitur, hic syllogismus, hæc essentia diuina est pater, hæc essentia diuina est filius, ergò filius est pater, videtur expositorius, & tamẽ præmissæ sunt veræ & cõclusio falsa. Et eadem arte possumus arguere contra principia negatiua: quia nõ sequitur, pater non est filius pater est essentia diuina, ergò essentia diuina nõ est filius. Et sic videtur ꝙ principia oppositionũ & syllogismorum non teneant in diuinis. Sed in cõtrariũ est authoritas omniũ theologorum asserentium omnia principia terminorum creaturarum cõmunia esse in vniuersum terminis diuinis. Et ratio est, qa huiusmodi principia sunt cõmunes animi conceptiones, quibus intellectus suaptè natura dissentire non potest. Vnde si in terminis diuinis paterentur instantiam, tunc articuli fidei repugnarent intellectui humano: ac proinde non essent nobis persuasibiles, quod est erroneum.

Tria puncta tractabuntur in hoc Not.3. capite iuxta tria argumenta proposita. Primũ de oppositionibus. Secundùm de syllogismis de medio cõmuni. Et tertiũ de syllogismis expositorijs. Vbi primũ omniũ supponẽda est fides catholica videlicet ꝙ Deus est vnus in essentia & trin' in personis. Quo fit vt quicquid est in Deo idẽtificetur cum essentia, siue in singulari, siue in plurali: siue absolutum sit, siue relatiuum: siue in abstracto accipitur, siue in cõcreto. Vna enim simplicissima essentia est pater, & est filius, & spiritus sanctus: & omnes tres personę complexiuè, & est paternitas, & est filiatio, & est bonitas, & est iustitia. &c.

Ex hoc sequitur secũdum notabile Not.4. ꝙ nomẽ quodcũq; in diuinis habet duplex significatũ, videlicet immediatũ, & mediatũ. Immediatum est illud quod per se significat & pro quo supponit etiã si distingueretur à quocunq; alio: vt immediatũ significatũ de ly essentia, est ipsamet essentia, & significatũ immediatum de ly persona, est quodcunq; suppositũ, & significatũ immediatũ de ly pater, est persona patris, & significatũ immediatũ de ly paternitas, est relatio. Sed significatũ mediatũ est illud, de quo terminus verificatur eo solùm quia identificatur cum suo per se & immediato significato: vt è cõuerso, essentia est significatum mediatũ de ly persona, aut de ly pater, & quęcunque persona, est significatũ mediatũ de ly essentia. Nam nomen pater nõ significat formaliter & de per se essentiam, sed verificatur de illa ratione identitatis cũ suo significato. Et eadem ratione, nomẽ essentia verificatur de quacunq; persona. Vnde si per impossibile persona distingueretur ab essentia, sicut album ab albedine, neutrum nomen verificaretur de significato alterius.

Significatũ immediatũ & mediatum.

*Tertiò notandum est terminos di*uinos esse in triplici differentia. Alij sunt essentiales, alij personales, & alij notionales. Terminus essentialis secundùm modernos Summulistas, est terminus qui supponit ꝑ essentia & quacunq; persona diuisim: vt ly essentia: ly Deus. Terminus personalis est, qui pro vna persona diuisim supponit, non tamen coniunctim pro pluribus: vt ly persona ly pater, & similis: Sed terminũ notionalem dicunt esse terminum qui pro pluribus personis coniunctim supponit, nõ tamẽ diuisim: vt ly trinitas, ly personæ, in plurali. Not.5.

Triplex termin' diuisiuus.

Ad vero

At verò isti manifestè terminis abutuntur, & contra eorum significationē, & cōtra vsum vniuersalem Theologorum. Nam primum omnium confundunt terminos. Aut enim requiritur, vt terminus sit essentialis quòd supponat immediatè pro essentia, & immediatè pro persona: & tunc ly essentia, non esset nomen essentiale: quia non supponit immediatè pro persona. Aut satis est quòd supponat pro essentia & persona mediatè vel immediatè: & tunc ly pater, & ly essentia, essent essentiales: & eadem ratione ly essentia, esset personale. Secundò dicere quòd ly persona in singulari est nomen personale & in plurali est notionale; est præter rationē. Nā solus numerus nō variat naturam nominis sanè quæ attenditur penes significatum. Et tertio dicere quòd ly trinitas, vel ly personę, sint termini notionales est penit⁹ ignorare terminos. Nam notio secūdum Theologos in.1.d.28.&.d.29. & apud. S. Thomā prima par.q.32. est ratio innotescendi, seu ratio cognoscendi diuinam personam vt ab alia disiunctam, secundum modum loquendi Augustin.5. de trinit. cap.7. vbi dicit alia est notio qua pater intelligitur ingenitus, & alia qua intelligitur genitor. Vnde quinq; notiones sunt in diuinis, scilicet, innascibilitas, paternitas, filiatio, processio, & spiratio: quare ly trinitas, quod pro omnibus personis supponit ex diametro pugnat cū termino notionali. Igitur nomē essentiale in diuinis est, quod significat per se immediatè & formaliter essentiam: siue in abstracto, vt essentia, deitas, bonitas. &c. siue in cōcreto: vt ens Deus, bonus, iustus. &c. sed nomē personale est, quod per se & immediatè significat personam, vt pater filius persona, & etiam personæ in plurali: & ly trinitas, est nomen personale quod collectiuè supponit pro omnib⁹ personis: nomē notionale est quod significat notionem per modum actionis: vt generare, generari, generans, genitus, &c. Qui quidem termini significant actus per quos personæ distinguuntur. Sed quantū ad propositum attinet, solùm loquēdum de essentialibus & personalibus.

Not. 6.

Distributio cōpleta & incōpleta.

His suppositis, quartò notandum est quòd moderni Summulistæ opinantur: nomen essentiale in abstracto non solū supponere pro essentia immediatè, sed etiā mediatè supponere pro persona: & è conuerso, nomē personale supponere pro essentia. Et ratio est quia apud istos idem est, nomē verificari de aliquo, & supponere pro illo. Ex quo rursùs inferunt quòd nomen essentiale in abstracto potest distribui, & eadē ratione particularizari dupliciter. s. cōpletè & incōpletè. Nomē essentiale distribui cōpletè, dicūt, est distribui pro vtroq; significato, scilicet, mediato & immediato, & distribui incōpletè est distribui solum pro significato immediato. At verò non plenè satisfacit omnibus dicta definitio distributionis completè & incompletè. Nam re vera secundum istos in hac propositione: oīs essentia diuina est pater, quanq̃ subiectū accipiatur pro significato immediato, etiā supponit pro mediato secundū istos: quia verificatur de illo, propter identitatē illorum. Quare nō euitatur quin distribuatur pro vtroq; significato. Et ideo alij iuniores aliter explicuerūt distributionē completam & incompletam. Dicunt enim quòd tunc terminus distribuitur completè, quādo valet sub illo resolutio purè copulatiua: pro omnibus eius suppositis, tam mediatis quàm immediatis. Et hoc modo hęc est falsa, omnis essentia diuina est pater, quia æquiualet huic, oīs res quæ est essentia diuina, est pater. Et tunc per oppositum terminus particularizatur incompletè, quando sub illo valet resolutio purè disiunctiua: pro omni significato. Et hoc modo, hæc est vera, aliqua essentia diuina non est pater, quæ æquiualet huic, aliqua res quæ est essentia diuina non est pater, quia filius non est pater. Sed nomē essentiale distribui incompletè est quòd sub illo valeat sola resolutio copulatiua sub disiunctione: & particularizari incompletè est quòd sub illo valeat per oppositū sola resolutio disiunctiua sub copulatione, verbi gratia, quando subiectum huius, omnis essentia diuina est pater, distribuitur incompletè facit hunc sensum, hæc essentia diuina est pater, vel hæc essentia diuina est pater (primo pronomine demonstrante essentiam, & secūdo patrem) & hæc essentia diuina est pater, vel hæc essentia diuina est pater (primo pronomine demonstrante essentiam & secundo filium) & ita copulatiuè transeūdum est ad essentiam & disiunctiuè ad Spiritum sanctum. Itaq; tota resolutio sit vna copulatiua composita ex pluribus disiunctiuis. Et in vna parte cuiuscunque disiunctiuæ demonstretur essentia, & in alia demonstretur persona. Ex quo colligitur illam vniuersalē esse verā: nam quælibet disiunctiua est vera pro illa parte in qua demonstratur essentia. Quòd si demō-

 strarens-

Caput secundum.

Not.1. *In hoc secundo capite polliciti sumus* de terminis diuinis nõ nihil dicere nã exacta illorũ disputatio, etiã ĩ theologia est difficilima. Operępretium enim duximus Summulistas admonere nè errores statim imbibãt, quos cùm venerint ad theologiam eluere nõ possint. Nam à paucis hinc annis nescio quæ cõmenta in materia de trinitate admissa sunt, quæ sancti patres nihil minus q̃ hęretica reputassent. Nec illa isti homines cõfixissent si nõ præproperè de trinitate tractassent anteq̃ sanctos patres & theologiã cõsuluissent. Nescio an dignitas rei me in acerbiora verba q̃ pro ingenio meo propulerit.

Not.2. *Queritur ergò, an leges oppositionum* ac syllogismorum ad terminos vsq; diuinos extendãtur. Et videtur quòd non. Hæ nanq; propositiones, omnis essentia diuina est pater, aliqua essentia diuina nõ est pater, sunt contradictorię secundum conditiones positas, & tamen sunt verę, nam affirmatiua est vera, & negatiua colligitur hoc syllogismo, filius non est pater, filius est aliqua essentia diuina, ergò essentia diuina nõ est pater. Secundò, hęc consequentia omnis essentia diuina est pater, filius est essentia diuina, ergò filius est pater: est in darij secundùm conditiones suprà cõstitutas, & secundùm fidem catholicam conclusio est falsa, cùm tamen maior appareat vera, ergò cõditiones syllogismi de medio cõmuni non habent locum in diuinis: Tertiò arguitur, hic syllogismus, hæc essentia diuina est pater, hæc essentia diuina est filius, ergò filius est pater, videtur expositorius, & tamẽ præmissæ sunt veræ & cõclusio falsa. Et eadem arte possumus arguere contra principia negatiua: quia nõ sequitur, pater non est filius pater est essentia diuina, ergò essentia diuina nõ est filius. Et sic videtur ꝙ principia oppositionũ & syllogismorum non teneant in diuinis. Sed in cõtrariũ est authoritas omniũ theologorum asserentium omnia principia terminorum creaturarum cõmunia esse in vniuersum terminis diuinis. Et ratio est, qa huiusmodi principia sunt cõmunes animi conceptiones, quibus intellectus suaptè natura dissentire non potest. Vnde si in terminis diuinis paterentur instantiam, tunc articuli fidei repugnarent intellectui humano: ac proinde non essent nobis persuasibiles, quod est erroneum.

Tria puncta tractabuntur in hoc capite iuxta tria argumenta proposita. Primũ de oppositionibus. Secundũm de syllogismis de medio cõmuni. Et tertiũ de syllogismis expositorijs. Vbi primũ omniũ supponẽda est fides catholica videlicet ꝙ Deus est vnus in essentia & trin⁹ in personis. Quo fit vt quicquid est in Deo idẽtificetur cum essentia, siue in singulari, siue in plurali: siue absolutum sit, siue relatiuum: siue in abstracto accipitur, siue in cõcreto. Vna enim simplicissima essentia est pater, & est filius, & spiritus sanctus: & omnes tres personę complexiuè, & est paternitas, & est filiatio, & est bonitas, & est iustitia. &c. Not.3.

Ex hoc sequitur secũdum notabile ꝙ nomẽ quodcũq; in diuinis habet duplex significatũ, videlicet immediatũ, & mediatũ. Immediatum est illud quod per se significat & pro quo supponit etiã si distingueretur à quocunq; alio: vt immediatũ significatũ de ly essentia, est ipsamet essentia, & significatũ immediatum de ly persona, est quodcunq; suppositũ, & significatũ immediatũ de ly pater, est persona patris, & significatũ immediatũ de ly paternitas, est relatio. Sed significatũ mediatũ est illud, de quo terminus verificatur eo solùm quia identificatur cum suo per se & immediato significato: vt ècõuerso, essentia est significatum mediatũ de ly persona, aut de ly pater, & quęcunque persona, est significatũ mediatũ de ly essentia. Nam nomen pater nõ significat formaliter & de per se essentiam, sed verificatur de illa ratione identitatis cũ suo significato. Et eadem ratione, nomẽ essentia verificatur de quacunq; persona. Vnde si per impossibile persona distingueretur ab essentia, sicut album ab albedine, neutrum nomen verificaretur de significato alterius. Not.4. Significatũ immediatũ & mediatum.

*Tertiò notandum est terminos di*uinos esse in triplici differentia. Alij sunt essentiales, alij personales, & alij notionales. Terminus essentialis secundùm modernos Summulistas, est terminus qui supponit ꝓ essentia & quacunq; persona diuisim: vt ly essentia: ly Deus. Terminus personalis est, qui pro vna persona diuisim supponit, non tamen coniunctim pro pluribus: vt ly persona ly pater, & similis: Sed terminũ notionalem dicunt esse terminum qui pro pluribus personis coniunctim supponit, nõ tamẽ diuisim: vt ly trinitas, ly personæ, in plurali. Not.3. Triplex termin⁹ diuisiuus.

Ad vero

At verò isti manifestè terminis abutuntur, & contra eorum significationē, & cōtra vsum vniuersalem Theologorum. Nam primum omnium confundunt terminos. Aut enim requiritur, vt terminus sit essentialis quòd supponat immediatè pro essentia, & immediatè pro persona: & tunc ly essentia, non esset nomen essentiale: quia non supponit immediatè pro persona. Aut satis est quòd supponat pro essentia & persona mediatè vel immediatè: & tunc ly pater, & ly essentia, essent essentiales: & eadem ratione ly essentia, esset personale. Secundò dicere quòd ly persona in singulari est nomen personale & in plurali est notionale, est præter rationē. Nā solus numerus nō variat naturam nominis sanè quæ attenditur penes significatum. Et tertio dicere quòd ly trinitas, vel ly personę, sint termini notionales est penit⁹ ignorare terminos. Nam notio secūdum Theologos in. 1. d. 28. & d. 29. & apud. S. Thomā prima par. q. 32. est ratio innotescendi, seu ratio cognoscendi diuinam personam vt ab alia disiunctam, secundum modum loquendi Augustin. 5. de trinit. cap. 7. vbi dicit alia est notio qua pater intelligitur ingenitus, & alia qua intelligitur genitor. Vnde quinq; notiones sunt in diuinis, scilicet, innascibilitas, paternitas, filiatio, processio, & spiratio: quare ly trinitas, quod pro omnibus personis supponit ex diametro pugnat cū termino notionali. Igitur nomē essentiale in diuinis est, quod significat per se immediatè & formaliter essentiam: siue in abstracto, vt essentia, deitas, bonitas. &c. siue in cōcreto: vt ens Deus, bonus, iustus. &c. sed nomē personale est, quod per se & immediatè significat personam, vt pater filius persona, & etiam personæ in plurali: & ly trinitas, est nomen personale quod collectiuè supponit pro omnib⁹ personis: nomē notionale est quod significat notionem per modum actionis: vt generare, generari, generans, genitus, &c. Qui quidem termini significant actus per quos personæ distinguuntur. Sed quantū ad propositum attinet, solùm loquēdum de essentialibus & personalibus.

Not. 6.

Distributio cōpleta & incōpleta.

His suppositis, quartò notandum est quòd moderni Summulistæ opinantur: nomen essentiale in abstracto non solū supponere pro essentia immediatè, sed etiā mediatè supponere pro persona: & è conuerso, nomē personale supponere pro essentia. Et ratio est quia apud istos idem est, nomē verificari de aliquo, & supponere pro illo. Ex quo rursùs inferunt quòd nomen essentiale in abstracto potest distribui, & eadē ratione particularizari dupliciter. s. cōpletè & incōpletè. Nomē essentiale distribui cōpletè, dicūt, est distribui pro vtroq; significato, scilicet, mediato & immediato, & distribui incō pletè est distribui solum pro significato immediato. At verò non plenè satisfacit omnibus dicta definitio distributionis complete & incompletè. Nam re vera secundum istos in hac propositione: oīs essentia diuina est pater, quanq̄ subiectū accipiatur pro significato immediato, etiā supponit pro mediato secundū istos: quia verificatur de illo, propter identitatē illorum. Quare nō euitatur quin distribuatur pro vtroq; significato. Et ideo alij iuniores aliter explicuerūt distributionē completam & incompletam. Dicunt enim quòd tunc terminus distribuitur completè, quādo valet sub illo resolutio purè copulatiua: pro omnibus eius suppositis, tam mediatis quàm immediatis. Et hoc modo hęc est falsa, omnis essentia diuina est pater, quia æquiualet huic, oīs res quæ est essentia diuina, est pater. Et tunc per oppositum terminus particularizatur incompletè, quando sub illo valet resolutio purè disiunctiua: pro omni significato. Et hoc modo, hæc est vera, aliqua essentia diuina non est pater, quæ æquiualet huic, aliqua res quæ est essentia diuina non est pater, quia filius non est pater. Sed nomē essentiale distribui incompletè est quòd sub illo valeat sola resolutio copulatiua sub disiunctione: & particularizari incompletè est quòd sub illo valeat per oppositū sola resolutio disiunctiua sub copulatione, verbi gratia, quando subiectum huius, omnis essentia diuina est pater, distribuitur incompletè facit hunc sensum, hæc essentia diuina est pater, vel hæc essentia diuina est pater (primo pronomine demonstrante essentiam, & secūdo patrem) & hæc essentia diuina est pater, vel hæc essentia diuina est pater (primo pronomine demonstrante essentiam & secundo filium) & ita copulatiuè transeūdum est ad essentiam & disiunctiuè ad Spiritum sanctum. Itaq; tota resolutio sit vna copulatiua composita ex pluribus disiunctiuis. Et in vna parte cuiuscunque disiunctiuæ demonstretur essentia, & in alia demonstretur persona. Ex quo colligitur illam vniuersalē esse verā: nam quælibet disiunctiua est vera pro illa parte in qua demonstratur essentia. Quòd si demōstraren-

sequitur, omnis homo est & fuit animal, albū est & fuit homo, ergo animal est & fuit album. Nam si omnia animalia modò sint alba, & nunq̄ fuerint alba, præmissæ sunt veræ & cōclusio falsa. Respondetur eadem ratiōe consequentiā non esse syllogismum: quia variatur restrictio seu appellatio, ex parte minoris extremitatis. Sed cōcludendum est, ergo animal, quod est & fuit animal, est vel fuit albū. Eodē defectu non sequitur, omnis essentia diuina necessariò est Deus, creās possibiliter est essentia diuina, ergo Deus necessariò est creans. Sed concludendū esset, ergo quod necessariò est de⁹, possibiliter est creās. Nec sequitur, omnis Deus contingenter est creans, essentia diuina possibiliter est Deus, ergo creans cōtingenter est essentia diuina: sed inferēdum est, ergo quod cōtingēter est creans, possibiliter est essentia diuina. Eadē arte, si ex his præmissis, omnis homo incipit esse albus, risibile homo est vel immediatè posthac erit, vis rectè inferre in dabitis, infer priùs in darij, risibile incipit esse album, quæ conuertitur in hanc, incipiens esse album, quod est incipiens esse album, risibile est, vel immediatè posthac erit, & hanc inferes in dabitis.

Argum. 5. *Contra modum, celantes, arguitur* sic. Non sequitur, omnis homo est & nō fuit albus, omne risibile est vel fuit homo, ergo nullū albū est vel fuit risibile. Nec sequeretur, ergo nullū albū est, & fuit risibile: quia si omnes homines inciperent modò esse albi per primū sui esse, præmissæ sunt veræ & cōclusio falsa nec sequeretur particularis. In his propositionibus de mixta copula videndum est in primis, quæ nā propositio sit virtualiter affirmatiua & quæ negatiua: quemadmodum adnotauimus secūdo lib. cap. De qualitate prop. Secundò, cōsiderandum est, vt diximus in tertio lib. cap. de conuersionibus, q̄ propositio negatiua conuertenda est in cōtradictoriā cōuertētis suæ affirmatiuæ: Vnde ad argumentū respondetur, illas præmissas nō posse inferre cōclusionem negatiuā, saltē de copula copulata: nam maior est virtualiter affirmatiua. Sed inferunt in barbara hanc, omne risibile est & nō fuit albū & in baralipton suam conuertentē per accidēs. s. album quod est & nō fuit albū, est vel fuit risibile. Inferunt etiam hāc negatiuā in celantes, nihil quod fuit album est vel fuit risibile, quia maior infert hanc, omnis homo non fuit albus, quæ cum eadē minori infert hāc cōclusionem. Hæ verò præmissæ, omne albū, est vel nō fuit homo, omne albū fuit albū, habiles quidē sunt celarent & celantes, quia maior est negatiua. Non tamē inferūt, omnis homo q est vel nō fuit homo, est vel nō fuit albus, vbi reduplicatur copula maioris cū minori extremitate in conclusione: nā si omnes homines antehac fuissent albi, & modò essent nigri, nec sint nec fuerint alia alba, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa. Sed inferunt in celarent, omne albū est vel nō fuit homo. Et hæc conuertitur in hāc, omnis homo qui nō est & fuit homo (prima sola copula negatur) non est vel fuit album, vt negatio feratur in totam copulam, vt patet per regulas conuersionis: quare hæc infertur in celantes.

Contra modum, fapesmo, arguitur: Argum. 6. non sequitur, omne album & omne nigrū sunt vel erunt homines, nulla animalia sunt vel erunt album & nigrum, ergo aliqui homines nō sunt vel erūt animalia. Nam si Petrus nunc sit albus, posthac verò nec sit albus nec niger. Paulus verò modò nec sit albus, nec sit niger sed posthac erit niger, sint tamen modò & erunt simul, nec sit aliud album nec nigrum, cōclusio est falsa vt manifestum est, & minor est vera: quia nulla sunt modò aut erunt animalia, quæ simul sint album & nigrum. Et probatur maior expositoriè, Petrus & nigrum sunt vel erunt homines, & Petrus est vel erit albus, ergo albū & nigrum sunt vel erūt homines, & pariter potest argumentari de Paulo, Et tamen arguitur in fapesmo, ergo ille modus est inutilis. Respondetur consequentiam non esse syllogisticam, quia medium in maiori accipitur pluribus, & in minori vnica acceptione.

Contra dispositionem de frisesomorum arguitur. Non sequitur, requisitū ad equitandū est equus, nullū hinnibile est requisitū ad equitandū, ergo equus nō est hinnibilis: & tamen arguitur in frisesomorū, ergo. Respondetur, præmissas esse inhabiles: quia medium in maiore accipitur syncategorematicè & exponibiliter immediatè: & in minori accipitur catagorematicè, vt tātū valeat, sicut ens requisitum ad equitandum qui quidem defectus reducitur ad sextū defectum intrinsecū. Nam aliquid verificatur de medio secundū acceptionē, quā habet in maiori affirmatiua. s. requisitū ad equitādū, quod non verificatur de illo secundum acceptionem, quam habet in minori negatiua. Argum, 7

Circa

No.1. Circa hos modos indirectè conclu-dentes iam diximus superius cauendũ esse nè arguatur à cõfusa ad determinatã: vt nõ sequitur in fapesmo, omnis homo est rationalis, omne risibile homo non est, ergo aliquod rationale non est risibile. Et tamen notandũ, ꝙ quãdo mediũ vel aliqua eius pars nõ supponit confusè in aliqua præmissarũ, nullus est defectus arguere à confusa ad determinatã respectu vnius extremitatis in ordine ad aliam: vt hic assumptus, esset bonus syllogismus, si subsumeres in minori, omne risibile.b.homo nõ est, aut nullũ risibile est homo. At verò, arguere à cõfusa ad determinatã in ordine ad vniuersalitatẽ eiusdẽ categoricæ, semper obstat, vt expositũ est in baralipton: vt non sequitur, omnes homines.d. homo & omnis homo sunt, nullũ risibile est hoẽs, ergo homo & omnis homo non sunt risibile: vt patet, casu quo sint tantùm duo homines: quia arguitur à confusa ad determinatam, respectu primæ partis copulati in ordine ad secundam.

Argu.8. *Contra dispositionem de Cesare:* qui est primus modus secũdæ figuræ arguitur sic. Non sequitur, omnis hõ non est vel nõ fuit albus, omne risibile est vel fuit albũ, ergo omne risibile non est vel non fuit hõ (aut quomodocũq; aliter negatiuè inferas) nam si Petrus sit & fuerit omnis homo, qui antehac fuerit albus nũc verò niger: præmissæ sunt veræ, & cõclusio falsa: & tñ arguitur in cesare: ergo cesare non est modus vtilis.

Argu.9. *Circa secundam & tertiam figuram* hoc generaliter est adnotandũ, ꝙ defectus syllogismorũ harum figurarũ, manifestandi sunt per modos perfectos ad quos reducunt. Vnde in his figuris tota difficultas consistit in conuertendis propositionibus. v.g. præmissæ syllogismi assumpti in argumento sunt inhabiles, ob sextum defectũ intrinsecũ: quia mediũ in maiori negatiua stat pro illo quod est & fuit albũ: quod poteris dupliciter cognoscere: primò, quia in sua cõtradictoria affirmatiua stat ꝓ illo quod est & fuit: item quia in conuertente illius, quæ est maior in celarent, ad quẽ reducitur, stat pro illo quod est & fuit, conuertitur enim in hanc nullũ albũ quod est, & fuit albũ est vel fuit homo, & cùm in minori affirmatiua idem mediũ stet pro omni illo quod est vel fuit, fit, vt pro pluribus accipiatur in affirmatiua: quàm in negatiua. Idem defectus cõmittitur in his, omnis deus possibiliter nõ est creans, & omnis essentia diuina possibiliter est creans, quæ nullã conclusionẽ negatiuam possunt inferre: nã medium in negatiua stat pro creãte necessariò, sicut in sua cõtradictoria, & in affirmatiua pro creãte possibili. Conuertitur enim maior in hãc maiorem de celarent, nullũ creans quod necessario est creãs possibiliter est Deus. Ex quo sequitur, has, omnis homo non est vel nõ fuit albus, omne risibile est & fuit album, debitè esse dispositas: quia mediũ vtrobiq; stat pro illo quod est & fuit. Sicut istæ sunt habiles, oĩs essentia diuina necessariò est creãs: quia mediũ vtrobiq; stat pro creante necessario. Et ex primis infertur, nullum risibile est vel fuit homo, & ex secundis, nulla essentia diuina possibiliter est Deus. Quæ quidem conclusiones inferuntur in celarent ex conuertente maioris & eadẽ minori. In summa notanda est hec regula circa secundã figuram, quòd si copula præmissæ negatiuæ fuerit particularis, copula præmissæ affirmatiuæ debet esse contradictoria præmissæ negatiuæ. Et tales præmissæ inferunt conclusionẽ particularẽ earũdem extremitatũ de copula particulari negata. Vnde hic syllogismus optimus est, omnis homo est vel non fuit albus, omne risibile non est & fuit album (prima copula negata) ergo nullum risibile est vel fuit homo. Quæ quidem cõclusio infertur in celarent, ex conuertente maioris, & eadem minori.

Contra modum, camestres, arguitur, nõ sequitur, omnes homines.a.homo & omnis homo sunt, nulla risibilia, homo, & omnis homo sunt, ergo nulla risibilia sunt homines: nam casu quo tantum sint duo homines, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa: & tamen arguitur in camestres, ergo camestres non est modus vtilis.

Adnotandum est circa hoc argu- Argu.10. mentũ illud quod suprà diximus, videlicet potestatẽ arguẽdi ex appositis solùm cõtingere in secũda & tertia figura: nam in secunda præmissæ participant in prædicatis, & in tertia participãt in subiectis. Vnde sicut adnotauimꝰ in regula superioris argumẽti, copulas prẹmissarũ debere esse cõtradictorias: ita adnotandum est hic, ꝙ quãdo accipitur pro medio aliquod copulatum, cuius vna pars distribuitur in vna, & in alia altera, debent partes illæ inter se supponere secundũ exigen-

sequitur,omnis homo est & fuit animal, albũ est & fuit homo,ergo animal est& fuit album.Nam si omnia animalia modò sint alba,& nunq̃ fuerint alba, præmissæ sunt verę & cõclusio falsa.Respondetur eadem ratiõe consequentiã non esse syllogismum:quia variatur restrictio seu appellatio, ex parte minoris extremitatis.Sed cõcludendum est,ergo animal , quod est & fuit animal , est vel fuit albũ.Eodẽ defectu non sequitur, omnis essentia diuina necessariò est Deus,creãs possibiliter est essentia diuina,ergo Deus necessariò est creans.Sed concludendũ esset,ergo quod necessariò est de⁹,possibiliter est creãs. Nec sequitur,omnis Deus contingenter est creans,essentia diuina possibiliter est Deus, ergo creans cõtingenter est essentia diuina: sed inferẽdum est,ergo quod cõtingẽter est creans,possibiliter est essentia diuina. Eadẽ arte,si ex his præmissis,omnis homo incipit esse albus , risibile homo est vel immediatè posthac erit,vis rectè inferre in dabitis, infer priùs in darij,risibile incipit esse album,quæ conuertitur in hanc , incipiens esse album, quod est incipiens esse album , risibile est, vel immediatè posthac erit , & hanc inferes in dabitis.

Argum.5. *Contra modum,celantes,arguitur* sic.Non sequitur,omnis homo est & nõ fuit albus, omne risibile est vel fuit homo , ergo nullũ albũ est vel fuit risibile. Nec sequeretur,ergo nullũ albũ est,& fuit risibile:quia si omnes homines inciperent modò esse albi per primũ sui esse,præmissæ sunt veræ & cõclusio falsa nec sequeretur particularis. In his propositionibus de mixta copula videndum est in primis,quæ nã propositio sit virtualiter affirmatiua & quæ negatiua:quemadmodum adnotauimus secũdo lib.cap.De qualitate prop.Secundò,cõsiderandum est, vt diximus in tertio lib.cap. de conuersionibus,q̃ propositio negatiua conuertenda est in cõtradictoriã cõuertẽtis suæ affirmatiuæ: Vnde ad argumentũ respondetur, illas præmissas nõ posse inferre cõclusionem negatiuã,saltẽ de copula copulata : nam maior est virtualiter affirmatiua.Sed inferunt in barbara hanc,omne risibile est & nõ fuit albũ & in baralipton suam conuertentẽ per accidẽs.s.album quod est & nõ fuit albũ, est vel fuit risibile. Inferunt etiam hãc negatiuã in celantes,nihil quod fuit album est vel fuit risibile,quia maior infert hanc, omnis homo non fuit albus,quæ cum eadẽ minori infert hãc cõclusionem. Hæ verò præmissæ, omne albũ est vel nõ fuit homo, omne albũ fuit albũ,habiles quidẽ sunt celarent & celantes, quia maior est negatiua .Non tamẽ inferũt, omnis homo q est vel nõ fuit homo , est vel nõ fuit albus,vbi reduplicatur copula maioris cũ minori extremitate in conclusione:nã si omnes homines antehac fuissent albi, & modò essent nigri , nec sint nec fuerint alia alba,præmissæ sunt veræ & conclusio falsa. Sed inferunt in celarent , omne albũ est vel nõ fuit homo.Et hæc conuertitur in hãc, omnis homo qui nõ est & fuit homo (prima sola copula negatur)non est vel fuit album, vt negatio feratur in totam copulam, vt patet per regulas conuersionis : quare hæc infertur in celantes.

Contra modum,fapesmo, arguitur: Argum.6. non sequitur,omne album & omne nigrũ sunt vel erunt homines,nulla animalia sunt vel erunt album & nigrum, ergo aliqui homines nõ sunt vel erũt animalia.Nam si Petrus nunc sit albus, posthac verò nec sit albus nec niger.Paulus verò modò nec sit albus,nec sit niger sed posthac erit niger , sint tamen modò & erunt simul, nec sit aliud album nec nigrum,cõclusio est falsa vt manifestum est,& minor est vera:quia nulla sunt modò aut erunt animalia,quæ simul sint album & nigrum.Et probatur maior expositoriè,Petrus & nigrum sunt vel erunt homines,& Petrus est vel erit albus , ergo albũ & nigrum sunt vel erũt homines,& pariter potest argumentari de Paulo,Et tamen arguitur in fapesmo , ergo ille modus est inutilis. Respondetur consequentiam non esse syllogisticam , quia medium in maiori accipitur pluribus,& in minori vnica acceptione.

Contra dispositionem de frisesomorum arguitur.Non sequitur,requisitũ ad equitandũ est equus,nullũ hinnibile est requisitũ ad equitandũ,ergo equus nõ est hinnibilis:& tamen arguitur in frisesomorũ,ergo.Respondetur,præmissas esse inhabiles: quia medium in maiore accipitur syncategorematicè & exponibiliter immediatè: & in minori accipitur catagorematicè , vt tãtũ valeat,sicut ens requisitum ad equitandum qui quidem defectus reducitur ad sextũ defectum intrinsecũ. Nam aliquid verificatur de medio secundũ acceptionẽ, quã habet in maiori affirmatiua.s.requisitũ ad equitãdũ, quod non verificatur de illo secundum acceptionem,quam habet in minori negatiua. Argum,7

Circa

No.1. Circa hos modos indirectè conclu-dentes iam diximus superius cauendũ esse nè arguatur à cõfusa ad determinatã: vt nõ sequitur in fapesmo, omnis homo est rationalis, omne risibile homo non est, ergo aliquod rationale non est risibile. Et tamen notandũ, ꝙ quãdo mediũ vel aliqua eius pars nõ supponit confusè in aliqua præmissarũ, nullus est defectus arguere à confusa ad determinatã respectu vnius extremitatis in ordine ad aliam: vt hic assumptus, esset bonus syllogismus, si subsumeres in minori, omne risibile. b. homo nõ est, aut nullũ risibile est homo. At verò, arguere à cõfusa ad determinatã in ordine ad vniuersalitatẽ eiusdẽ categoricæ, semper obstat, vt expositũ est in baralipton: vt non sequitur, omnes homines. d. homo & omnis homo sunt, nullũ risibile est hoẽs, ergo homo & omnis homo non sunt risibile: vt patet, casu quo sint tantùm duo homines: quia arguitur à confusa ad determinatam, respectu primæ partis copulati in ordine ad secundam.

Argu.8. Contra dispositionem de Cesare: qui est primus modus secũdæ figuræ arguitur sic. Non sequitur, omnis hõ non est vel nõ fuit albus, omne risibile est vel fuit albũ, ergo omne risibile non est vel non fuit hõ (aut quomodocũq; aliter negatiuè inferas) nam si Petrus sit & fuerit omnis homo, qui antehac fuerit albus nũc verò niger: præmissæ sunt veræ, & cõclusio falsa: & tñ arguitur in cesare: ergo cesare non est modus vtilis.

Argu.9. Circa secundam & tertiam figuram hoc generaliter est adnotandũ, ꝙ defectus syllogismorũ harum figurarũ, manifestandi sunt per modos perfectos ad quos reducunt. Vnde in his figuris tota difficultas consistit in conuertendis propositionibus. v. g. præmissæ syllogismi assumpti in argumento sunt inhabiles, ob sextum defectũ intrinsecũ: quia mediũ in maiori negatiua stat pro illo quod est & fuit albũ: quod poteris dupliciter cognoscere: primò, quia in sua cõtradictoria affirmatiua stat ꝓ illo quod est & fuit: item quia in conuertente illius, quæ est maior in celarent, ad quẽ reducitur, stat pro illo quod est & fuit, conuertitur enim in hanc nullũ albũ quod est, & fuit albũ est vel fuit homo, & cùm in minori affirmatiua idem mediũ stet pro omni illo quod est vel fuit, fit, vt pro pluribus accipiatur in affirmatiua: quàm in negatiua. Idem defectus cõmittitur in his, omnis deus possibiliter nõ est creans, & omnis essentia diuina possibiter est creans, quæ nullã conclusionẽ negatiuam possunt inferre: nã medium in negatiua stat pro creãte necessariò, sicut in sua cõtradictoria, & in affirmatiua pro creãte possibili. Conuertitur enim maior in hãc maiorem de celarent, nullũ creans quod necessariò est creãs possibiliter est Deus. Ex quo sequitur, has, omnis homo non est vel nõ fuit albus, omne risibile est & fuit album, debitè esse dispositas: quia mediũ vtrobiq; stat pro illo quod est & fuit. Sicut istæ sunt habiles, oĩs essentia diuina necessariò est creãs: quia mediũ vtrobiq; stat pro creante necessario. Et ex primis infertur, nullum risibile est vel fuit homo, & ex secundis, nulla essentia diuina possibiliter est Deus. Quæ quidem conclusiones inferuntur in celarent ex conuertente maioris & eadẽ minori. In summa notanda est hec regula circa secundã figuram, quòd si copula præmissæ negatiuæ fuerit particularis, copula præmissæ affirmatiuæ debet esse contradictoria præmissæ negatiuæ. Et tales præmissæ inferunt conclusionẽ particularẽ earũdem extremitatũ de copula particulari negata. Vnde hic syllogismus optimus est, omnis homo est vel non fuit albus, omne risibile non est & fuit album (prima copula negata) ergo nullum risibile est vel fuit homo. Quæ quidem cõclusio infertur in celarent, ex conuertente maioris, & eadem minori.

Contra modum, camestres, arguitur, nõ sequitur, omnes homines. a. homo & omnis homo sunt, nulla risibilia, homo, & omnis homo sunt, ergo nulla risibilia sunt homines: nam casu quo tantum sint duo hõmines, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa: & tamen arguitur in camestres, ergo camestres non est modus vtilis.

Adnotandum est circa hoc argumentũ illud quod suprà diximus, videlicet potestatẽ arguẽdi ex appositis solùm cõtingere in secũda & tertia figura: nam in secunda præmissæ participant in prædicatis, & in tertia participãt in subiectis. Vnde sicut adnotauim⁹ in regula superioris argumẽti, copulas prẽmissarũ debere esse cõtradictorias: ita adnotandum est hic, ꝙ quãdo accipitur pro medio aliquod copulatum, cuius vna pars distribuitur in vna, & in alia altera, debent partes illæ inter se supponere secundũ Argu.10.

exigen-

exigentiā cōtradictionis, aut cōtrarietatis: vt cautū est in quarto defectu intrinseco. Quo fit vt præmissæ huius argumēti sint inhabiles: nam secunda pars medij quæ in maiori distribuebatur in ordine ad primā stantem cōfusè in minori manet cōfusè in ordine ad eandē, vt patet: quia in cōtradictoria minoris. s. aliqua risibilia homo & omnis homo sunt, secunda pars distribuitur in ordine ad primā stantē determinatè. Ex quo sequitur, ꝙ potestas ex oppositis syllogizandi non se extendit ad subcontrarias: nam ex duabus subcōtrariis non sequitur negatio vnius extremitatis de alia. Non enim sequit̄, omnes homines omnis homo & homo sunt, & aliqui homines. a. homo & omnis homo sunt sunt, ergo aliqui homines nō sunt homines, vt patet in eodem casu: & tamen præmissæ sunt subcontrariæ.

Sed replicatur contra eundem modum, non sequitur, omnis homo erit albus, nullum risibile erit album & nigrum, ergo nullū risibile erit homo & nigrū: nam casu quo nunquā homo erit simul albus & niger sed in diuersis temporibus, prẹmissæ sunt veræ & conclusio falsa & tamen arguitur in camestres: ergo camestres non est vtilis. Respōdetur consequētiam non esse in camestres, quia variatur appellatio.

*Memento circa hos duos modos il*larū regularū quę inter examinandū quartum defectum extrinsecum mōstratæ sunt, videlicet non esse incōueniens arguere à cōfusa ad determinatā in ordine ad vniuersalitatem eiusdem categoricæ, etiam si medium supponat confusè in præmissa negatiua. Sicut nec obstat arguere à cōfusa ad determinatā respectu vnius extremitatis in ordine ad aliam medio supponēte confusè in præmissa affirmatiua: Sequitur nanque, omnis homo & homo omnes homines sunt, omnia risibilia homines non sunt, ergo oīa risibilia omnis homo. &c. homo non sunt. Item sequitur, omnis homo & homo sunt animalia, nulli homines sunt animalia, ergo omnes homines. d. homo & quilibet hō non sunt. Et sequeretur à fortiori vtrobiq;, si nulla sit confusa ex parte medij. Et ratio est, quia vtrobique ex eadem maiori & contradictoria conclusionis sequitur contradictoria minoris in darij: non obstat quarto defectu intrinseco. Sed tamen neutra consequentia esset bona, si concluderetur loco mixtæ pura determinata.

Contra modum, festino, arguitur. Argu. u.
Non sequitur, omnem equum homo. a. non habet, aliquem equum omnis homo habet, ergo aliquis equus non est equus: nam vnico existente equo, qui ab omnibus hominibus possideatur, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa & tamē arguitur in festino, ergo dictus modus non est formalis. Additur ly a. in maiore vt prius resoluatur ly, habens, quàm ly homo.

*Pro solutione argumenti distin*guendum est: quid illic sit mediū, & quid illic sint extremitates. Et in primis, vt expositū est in tertio lib. cap. de cōuersio. subiectū illarum præmissarū est ly, hō: & prædicatū, habens equum, licet determinatio pręcedat. Et ideo illa consequentia non habet formā syllogisticā: nam si accipitur pro medio solùm ly, hō, quod est subiectū: tunc non concluditur maior extremitas de minori: nā virtualiter syllogismus fit in bocardo, soluenrdæ essent præmissæ & concludendum esset hoc modo. a. homo nullum equum habet: quilibet hō. b. equum habet, ergo equū. a. habens nullū equū habet: quæ (si locutio nō esset barbara) est bona cōsequētia. Quòd si acciperetur pro medio ly, equū habēs, cōcludēdum esset, quilibet homo nō est, in secunda figura. Si autē acciperetur pro medio solū ly habens, tunc mediū nullibi esset totale extremū. Si autē fingas (vt insinuatur in argumēto) solū ly, equum esse, extremitatis, & ly homo habēs, esse mediū, tūc non habet formam syllogisticā quia extremitates nō sunt totalia extrema. Nihilominus si ly hō in maiori, supponeret determinatè in ordine ad ly, habēs, optima esset consequentia, omnē equum hō non habet. & aliquē equū omnis hō habet, ergo equus non est equus: non propter formā syllogisticam, sed quia præmissæ sunt impossibiles.

Contra modum, baroco, arguitur: Argu. n.
non sequitur, omnis homo est albus, Petrus non est monachus albus ergo Petrus nō est monachus homo: vt patet si Petrus sit homo albus, non tn̄ sit monachus albus, & tamen arguitur in baroco: nam id quod se tenet cum medio in minori, concluditur cum maiori extremitate: ergo ille modus non est vtilis. Respondetur consequentiam non esse in baroco: quia vitiatur appellatio ex parte illius quod se tenet ex parte medij, Imo medium in maiori & minori diuersimodè appellat.

pellat. Quare pro aliquo accipitur medium in præmissa affirmatiua, pro quo non accipitur secundùm acceptionem quam habet in minori negatiua.

Argum.13. *Contra Darapti, primum modum* tertiæ figuræ arguitur. Non sequitur, omnes materiæ & formæ incipiunt esse animalia, omnes materię & formæ incipiūt esse homines, ergo homines incipiunt esse animalia: nā si nunc sint tantùm duæ materiæ & duæ formę separatę, ex quibus hora futura diuisa per partes proportionales, minoribus versus nos in qualibet alia & alia parte fiant alii & alii homines: per diuisionem & transpositionem materiarum præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa: & tamen arguitur in darapti, ergo darapti non est modus vtilis.

Ad argumentum concessa maiori negatur minor. Committitur enim ex parte minoris extremitatis sextus defectus extrinsecus. s. ab amplo ad nō amplum affirmatiuè: quia ly, homines, supponit secundū acceptionem quam habet in minori, non tamen secūdùm illam quam habet in conclusione. Sed cōcludendum est, ergo quæ incipiunt esse homines incipiunt esse animalia. Eodem modo ex his, omnis homo disputat, omnis homo fuit albus, inferendum est, quod fuit album disputat, vt ly, album stet pro illo quod fuit album: nam si inferas, album quod fuit albū disputat, ly albū, staret pro illo quod est modò albū & fuit albū, & tunc præmissæ essent veræ, & cōclusio falsa, casu quo omnis homo disputat modò, & nullus esset albus sed fuissent albi. Eodem modo ex his, omnis homo disputat, omnis homo possibiliter est albus, inferendum est, quod possibiliter est album, disputat.

Argu.14. *Contra modū, disamis, qui est sub*alternus ad darapti ratione maioris propositionis, arguitur. Non sequitur: homo est præteritus, omnis homo est futurus: ergo futurū est præteritum: nec si inferes, qui est futurus est præteritus, cum casu quo nullus homo esset, & fuissent aliqui præteriti & aliqui futuri, præmissæ essent veræ & conclusio falsa: & tamen arguitur in disamis, ergo disamis non est consequentia formalis.

*Ad argumentum negatur conse*quentiam esse in disamis, committitur enim quintus defectus intrinsecus: quia mediū in vna præmissarū stat pro aliquo, pro quo nō accipitur in altera. Quare licèt medium vtrobique distribueretur, præmissæ essent inhabiles. Nempe si ly, præteritū, sit participiū verbi prætereo, ita vt dicat negationē præsentis, & proportionabiliter accipiatur ly, futurum: tunc medium in minori non accipitur pro aliquo illorum, pro quibus accipitur in maiori. Et idem est defectus, hic homo est suspensus, omnis homo est decollandus: ergo qui est decollandus est suspensus. Si vero ly, præteritum & ly, futurum, sint participia verbi, sum, es, fuit, ita vt nō dicant negationē præsentis: tunc licèt medium in minori accipiatur pro aliquibus ꝓ quibus accipitur in maiori, non tamen pro omnibus: nec è diuerso in maiori accipitur pro omnibus pro quibus in minori. Eodem modo peccat hic paralogismus, omne animal incipit esse: & omne animal desinit esse, ergo qd' incipit esse desinit esse: nam si omnes homines inciperent esse per vltimū non esse, & omnes equi desinerēt esse per primum non esse, nec essent alia animalia, pręmissæ sunt veræ, & conclusio falsa.

*Contra modum datisi: qui est sub*alternus ad darapti ratione minoris propositionis arguitur. Non sequitur, omnis materia & .a. forma omnis homo sunt, materia & omnis forma, forma & omnis materia sunt: ergo forma & omnis materia omnis homo sunt: nam duobus solis hominibus existentibus, cōmunicantibus in materia, præmissæ sunt veræ & cōclusio falsa, & tamē consequentia est in datisi: ergo datisi nō est modus formalis. Argu.15.

*Ad argumentum negatur conse*quentiā esse in datisi: arguitur enim à confusa ad determinatū ex parte primę partis minoris extremitatis, quæ in minori supponebat confusè in ordine ad secūdam partem medii, & in cōclusione supponit determinatè in ordine ad maiorem extremitatē. Sed contra solutionē replicatur, optimè sequitur, oīs mataria & forma oīs homo sunt, materia & oīs forma forma & oīs materia sunt: ergo forma & oīs materia oīs homo sunt (vt secunda pars medij determinatè supponat in ordine ad maiorem extremitatem) & tamen respectu minoris extremitatis committitur idē defectus, ergo ille non obstat. Respondetur ad hoc ꝙ arguere à confusa ad determinatā respectu vnius extremitatis in ordine ad aliam, nō obstat quando nec mediū, nec aliqua eius pars supponebat cōfusè in ordine ad aliā extremitatē distributā: vt suprà diximus in modis indirectis primæ figuræ. Et qa in priori cōsequētia secūda pars

pars medii supponebat confusè in ordine ad maiorē extremitatem, & in hac secunda supponet determinatè, fit; vt illa prima non teneat, & hæc secunda teneat. At verò in diuinis alia ratio est vt videbimus. Non enim sequitur, essentia diuina omnis persona est, oīs essentia diuina est persona: ergo persona omnis persona est: vbi obstat arguere à cōfusa ad determinatam respectu minoris extremitatis in ordine ad maiorem quanquā mediū in maiori stet determinatè in ordine ad eādē: quia illi o vna essentia verificatur de pluribus personis. Quare restringenda est solutio replicæ ad terminos creaturarum. Sed de hoc in de terminis diuinis ampliùs.

Contra modū Felapton arguitur.

Non sequitur, vterq; homo nō est animal, omnis homo est risibilis: ergo risibile non est animal. nam vnico existente homine præmissæ sunt veræ & conclusio falsa: & tamen arguitur in Felapton, ergo Felapton non est modus vtilis.

Argu. 16. *Ad argumentum negatur consequentiā esse Felapton*: nam medium in affirmatiua min⁹ restringitur quàm in negatiua. Quare, si è contrario in affirmatiua plus restringatur, bene sequitur, nullus homo est lapis, vterq; homo est risibilis, ergo risibile non est lapis. Vbi notanda est regula eadem quæ in secunda figura: Videlicet, quòd in hac tertia figura cōtigit syllogizare ex oppositis, proptereà quòd præmissæ participant in subiectis. Vnde defectus qui ædificat subcontrarietatē obstat syllogismis hui⁹ figuræ: qualis est priori argumento, vbi magis restringitur subiectum negatiuæ quàm affirmatiuæ. Sed defectus ædificans contrarietatem nō obstat syllogismo: qualis est in secundo exemplo, vbi magis restringitur subiectum affirmatiuæ quàm negatiuæ.

Argu. 17. *Contra modum Bocardo qui est sub* alternus ad Felapton, ratione maioris arguitur. Non sequitur, Hominis equus non est animal, quilibet hominis equus est hinnibilis: ergo hinnibile non est animal: nā rebus vt nūc præmissæ sunt veræ & conclusio falsa. Quòd si dicas medium in maiori accipi pluribus acceptionibus & in minori vnica: Contrà syllogisticè sequitur in ferison, qui est subalternus ad felapton ratione minoris, nullius hominis equus est lapis, equus hominis est animal: ergo animal non est lapis: & tamen cōmittitur idem defectus, ergo ille non obstat vniuersaliter.

Ad argumentum negatur consequentiā esse in bocardo propter defectum assignatū qui est secundus intrinsecus. Sed ad replicā conceditur illū esse syllogismū in ferison: quia maior infert hāc, nullus equus hominis est lapis, vbi subiectū accipitur vnica, quæ cum eadem minori infert eandem conclusionem. Eādē ratione valet hic in bocardo, equus hominis nō currit, cuiuslibet hominis quilibet equues est animal: ergo animal non currit: quia maior infert hāc, hominis equus non currit, vbi subiectum accipitur non vnica, quæ cum eadem minori infert eandem cō clusionem. Itaq; quando medium in vna præmissarum accipitur vnica, & in alia pluribus, nunquàm valet syllogismus, nisi vel illa præmissa, vbi accipitur pluribus, inferat vnam vbi accipitur vnica: vel illa vbi accipitur vnica, inferat vnam vbi accipitur pro pluribus, cæteris omnibus inuariatis. Et hæc de secunda parte dicta sint.

Libri quinti Tertia pars.

Caput primum.

No. 1. De syllogis. expositorio



Vperest in hac tertia parte (quod in exordio huius libri polliciti sumus) de triplici syllogismo dicere, videlicet de syllogismo expositorio, de syllogismo in terminis diuinis, ac deniq; de syllogismo in exponibilibus. Igitur syllogismus expositorius est syllogismus medij singularis: vt Christus est homo, & Christus est Deus: ergo deus est homo. Hic homo est Italus, & hic homo est Papa: ergo papa est Italus. Et dicitur syllogism⁹ expositorius (vt docet sanctus Thomas opuscu. 47.) quia est quædā sensibilis resolutio. Etenim syllogismi de medio cōmuni omnes innituntur natura & definitione propositionis vniuersalis: quia omēs, vt suprà diximus, mediatè vel immediatè regulantur per dici de omni, dici de nullo. Propositio verò vniuersalis est à sensu remota & solo intellectu percipitur. At verò syllogismus expositorius ad sensum exponit suā conclusionē. Ob idq; syllogismus expositorius hoc formali principio nititur: Quæcunq; sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se (pro affirmatiuis:) aut pro negatiuis, quæcunq; quorū vnū est idem vni tertio, cui alterum est diuersum, sunt diuersa

uersa inter se. Item notādum est tertiam figuram accommodatissimam esse in qua cōstituuntur syllogismi expositorij, eò ꝙ illic medium est subiectū in vtraq;, & terminus singularis in prædicatione directa, potest quidē esse subiectū, sed nō potest esse prædicatum, vt videbimus in prædicamento substantiæ, & tamē si syllogismus expositorius fieret in prima vel in secunda figura, terminus singularis deberet esse prædicatū. Quo fit vt in prædicationibus indirectis in omni figura possit formari.

No. 2. *Ad syllogismum expositorium in* primis omnes quatuor cōditiones essentiales syllogismi de medio cōmuni pariter requiruntur. Prima, videlicet, ꝙ mediū sit totale extremū in aliqua præmissarū. Quare nō sequitur, quicquid tu amas est virtus, quicquid tu odis est vitiū, ergo vitium est virtus: quia mediū, scilicet, tu, in neutra pręmissarū est totale extremū. Et secunda, videlicet, ꝙ medium sub ratione medij nō intret cōclusionē. Et tertia, videlicet, ꝙ id quod se tenet ex parte medij in maiori cōcludatur cū minori extremitate, & id quod se tenet cū medio in minori cōcludatur cum maiori extremitate. Et quarta, videlicet, ꝙ extremitates sint totalia extrema in pręmissis & in cōclusione. Item cū syllogismus expositorius possit cōfici ex terminis cōmunibus pro extremitatibus, fit vt omnes defectus extrinseci qui cōmittuntur in syllogismo de medio cōmuni, possint itidem cōtingere syllogismo expositorio. At verò defectus intrinseci non omnes cōtingūt syllogismo expositorio: vt puta illi qui accidunt medio ratione quātitatis, vnde primus defectus, puta æquiuocationis, potest hic cōtingere: vt non sequitur, Iudas est in cœlo, & Iudas est in inferno, ergo existens in inferno est in cœlo, si mediū in maiori accipiatur pro Iuda Thadęo, & in minori pro Scarioth. Itē secūdus, ratione diuersarū acceptionū, puta vnica & pluribus: vt nō sequitur, hoc albū & hoc nigrū erunt hoīes, nulli hoīes sunt vel erunt hoc albū & hoc nigrū, ergò nulli hoīes sunt vel erunt homines, vbi mediū in maiori accipiatur pluribus, & in minori vnica. Si em̄ Petrus nūc fit albus qui nec erit albus nec niger, Paulus verò erit niger qui nec est albus nec niger, erūt tamē ambo simul, pręmissæ sunt veræ, & cōclusio falsa. Tertius verò defectus ratione quātitatis: videlicet ex puris particularibus, non potest syllogismo expositorio cōtingere: quia terminus singularis non est particularitas dūmodò sit purè singularis, nam in terminis diuinis contingit sub forma syllogismi expositorij arguere ex puris particularibus: vt nō sequitur, hæc essentia diuina est filius, hæc essentia diuina est pater, ergò pater est filius, quia singularis nō æquiualet vni de omni. Et in terminis creaturarum potest argui ex puris particularibus, quando mediū cōstat ex singulari & cōmuni: vt nō sequitur, hominis brunellus nō est animal, hominis brunellus est equus, ergo equus nō est animal: quia maior verificatur ꝓ homine qui non possidet brunellū, & minor pro homine qui possidet brunellū. Sed tamen si mediū accipiatur vnica acceptione, bene sequitur, brunellus hoīs non est animal, brunellus hoīs est equus, ergo equus nō est animal. Item quartus defectus intrinsecus, qui etiam cōtingit ratione quātitatis, nō habet locū in syllogismo expositorio: quia si totale mediū est terminus singularis, nulla pars est particularitas in ordine ad aliā. Nec quintus defectus eadē ratione habet hic locum puta, si vbi non distribuitur accipiatur pro pluribus. At verò sextus defectus accidere potest syllogismo expositorio: stat enim medium supponere in præmissa affirmatiua, ipso nō supponente in negatiua. Vt non sequitur, hoc album nō est animal (demōstrato Petro nigro qui fuit albus) hoc albū fuit homo qui est homo, ergo homo nō est animal. Imò præmissę sunt inhabiles sicut istę: brunellus Petri non est animal, & brunellus est equus. Septimus denique defectus ex puris negatiuis communis quidem est etiā syllogismo expositorio: vt facilè est experiri.

At verò cōtra hæc arguitur pri- Argu. 1. mo: Non sequitur, hoc animal est homo, & hoc animal est equus (primo ꝓnomine demōstrante Petrum, & secundo brunellum) ergò equus est homo: & tamē arguitur expositoriè, ergo syllogismus expositorius nō est formalis. Ad argumentum negatur syllogismū esse expositorium, sed defectus diuersus est secundū diuersas opiniones. Tenentes enim pronomen demonstratiuū non esse partem subiecti, sed totius propositionis, quam denominat singularem, dicunt cōsequenter, medium non teneri illic æquiuocè quantū ad significationē, sed solū accipi pro diuersis, quia singularizatur pro diuersis: nā totale mediū est ly animal, quod vniuocè signi-

cè significat hominē & equum. Et hanc puto esse veram solutionem. Nam certè pronomen demonstratiuū nō efficitur magis pars subiecti, quā signū distributiuū. At verò tenentes pronomen esse partem subiecti adhuc sunt diuersi: nam Dorp. tenet, idem pronomen vniuocè & cōmuniter posse demonstrare diuersa supposita. Et ideo nec secundum illum est defectus æquiuocationis: sed solùm quia medium accipitur pro diuersis: nam totum complexū, hoc animal vniuocè significat hominem & equum. Qui verò tenent pronomē esse partem subiecti & cum hoc tenent idem pronomen non posse vniuocè demōstrare diuersa supposita, sed esse velut notitiā singularē quæ à solo demōstrato efficit, isti assignāt dicto syllogismo defectū æquiuocationis: quia totū mediū aliud significat in maiori, & aliud in minori. Et certè si pronomē demōstret rem ad sensum vel ad intellectū singulariter, credo hoc esse verum, vt diximus de quantitate propositionis, videlicet, ꝙ sit notitia singularis rei demonstratæ. Aliud est quando lego vel audio communiter, iste homo, vbi nihil singulariter demonstratur. Tunc enim fortè concipimus actum syncategorematicū cōmunis significationis.

Dub. 1. *Sed dubia sunt hic parua de multis* alijs paralogismis. Primò quæritur defectus huius, hoc est necessariū, & hoc est atramentū (vtrobiq; demonstrata hac propositione, Deus est) ergo atramentū est necessariū. Defectus est ęquiuocatiōis maioris extremitatis. Nam ly necessariū, in maiori accipitur secundæ intentionaliter, & in cōclusione primæ intentionaliter. Sed concludendum est, ergo atramētū est propositio necessaria.

Dub. 2. Secūdò, quæritur defectus huius, hoc est aliud q̄ te esse lapidē, & hoc est impossibile (vtrobiq; demōstrata hac propositiōe, homo est equus) ergo impossibile est aliud q̄ te esse lapidē. Respondetur, ꝙ si ly impossibile, & ly aliud, eodē modo accipiātur in pręmissis & in cōclusione: vt puta ꝙ ly impossibile, in cōclusione accipiatur secundæ intentionaliter sicut in minori optimus est syllogismus, & sicut præmissę sunt verę ita & cōclusio. Est enim sensus cōclusionis ꝙ aliqua ꝓpositio impossibilis est alia res, quàm te esse lapidē. Si verò ly impossibile, quod in minori accipitur secundæ intentionaliter, in conclusione accipiatur primæ intentionaliter, vt faciat modalem cōpositam, consequentia nō valet: tum, quia ly impossibile, diuersimodè accipitur in minori & in conclusione: tum quia non modificat in cōclusione idem dictum quod erat maior extremitas: quia in maiori extremitate totū illud, aliud quàm te esse lapidem, non accipiebatur tanquàm vnū dictum ꝓpositionale, sed ly aliud, erat determinabile, & reliquum erat determinatio: sed in conclusione ly impossibile, fertur in totum illud, aliud quàm te esse lapidem, tanquàm in vnum dictum: vt æquiualeat huic, necessarium est te esse lapidem.

Secundo arguitur: non sequitur, Argu. 2. hoc animal si est Petrꝰ est rationale, brunellus est hoc animal si est Petrus (pronomine vtrobiq; demōstrāte Petrū) ergo brunellus est rationalis, & tamē arguitur expositoriè ergo. Ad secundū argumentū distinguitur: quid singularizet pronomen, hoc. Si enim singularizet totum cōditionatum vnica acceptione, quod sit mediū, tunc optimus est syllogismus: & sicut cōclusio est impossibilis, ita & minor. Si verò singularizet solā primā partē tanquā mediū quod tunc erit terminus cōcurrens, syllogismus nō valet. Defectus enim intrinsecus est, quia mediū nullibi est totale extremū: & extrinsecus, ab amplo ad nō amplum, quia minor extremitas in minori ampliatur à cōditionato, quod accipitur pluribus acceptionibus. Et tunc sensus maioris est, si hoc animal est Petrus, hoc animal est rationale: & sensus minoris est, si brunellus est Petrus, brunellus est hoc animal, qui sunt ambo veri. Sed si prima parte singularizata, totū conditionatum esset medium, tunc argueretur ex puris particularibus, quia totum conditionatū est terminus cōmunis. Et sensus est, aliquid quod est hoc animal si est Petrus est rationale, & brunellus est aliquid quod est hoc animal si est Petrus, ergo brunellus est rationalis. Sed quisnā defectus est in his paralogismis, hoc animal est album, Petrus est hoc animal si est Petrus, ergo Petrus est albus si est Petrus: hoc animal est album, brunellus est Petrus si est hoc animal: ergo brunellus est Petrus si est albus (vbicunq; demōstrato Petro) in quibus illud quod se tenebat ex parte medij in minori concludit cū ma. extremitate. Respondetur, vtrobiq; variatur appellatio, nam variatur illatio: in primo enim subsumitur sub termino illato, vt si argueres, si Petrus est Petrus, Petrus est hoc animal, & hoc adimal est album, ergo si Petrus est Petrus,

Petrus est albus. Et in secundo subsumitur sub termino inferente, ac si argueres, si brunellus est hoc animal brunellus est Petrus, & hoc animal est albũ, ergo si brunellus est albus, brunellus est Petrus. Idẽ est defectus huius paralogismi, posito hoc albo ponitur albedo, hoc albũ est Petrus, ergo posito Petro ponitur albedo: nã ablatiuus, hoc albo, virtualiter est terminus inferens: ac si argueres, si hoc albũ est, albedo est, & hoc albũ est Petrus, ergo si Petrus est, albedo est. Eodem modo quo distinguimus in conditionatis, distinguendũ est in cæteris complexis. v.g. si in hac cõsequẽtia, hic homo vel equus est homo, hic homo vel equus est equus, ergo equus est homo, totũ disiunctũ vnica acceptione singularizetur pro Petro, nullus est defectus: & minor est impossibilis. Si verò sola prima pars singularizetur, tunc si totũ disiunctũ accipiatur pro medio, arguitur ex puris particularibus. Si autem sola pars particularizata sit, medium in neutra præmissarum est totale extremum. Quare neutro modo valet consequentia.

Argu. 3. *Tertio arguitur: nõ sequitur, quod* ego habeo tibi do, ego habeo oculos, ergo oculos tibi do: nam si darem tibi librũ quẽ habeo, præmissæ essent veræ & cõclusio falsa, & tamen arguitur expositoriè, ergo. Ad tertium negatur consequentiã esse expositoriam: nam si totũ illud cõplexũ, quod ego habeo accipiatur pro medio, & minor accipiatur in hoc sensu, oculi sunt aliquid quod ego habeo, tunc arguitur ex puris particularibus. Si verò accipiatur pro medio solũ pronomen, ego, tunc illud quod se tenet ex parte ipsius in maiori nõ cõcluditur cũ minori extremitate, sed inferendum esset, quod ego habens oculos habeo, tibi do. Idem defectus est in hoc paralogismo, quod ego habeo, tu nõ habes, ego habeo oculos, ergo tu non habes oculos. Nec sequitur, ergo tu oculos nõ habes. Nec sequeretur, ergo tu oculos habẽs non es (vt euitetur defectus extrinsecus à nõ distributo ad distributum.) Nam si in simili nõ sequitur, quod ego habeo tu nõ vides, ego habeo equũ, ergo tu equum vidẽs non es: nam si tu solus videres equũ meum, nec alius videret equũ, nõ tamen vides tunicam meã, prẽmissæ sunt veræ, & conclusio falsa. Sed tamẽ in illo sophismate, pposito aduersus Diogenem, quod ego sum tu nõ es, ego sum homo, ergo tu nõ es homo, nõ est defectus intrinsecus: nam totum illud, quod ego sum est terminus singularis. Sed solus est defectus à non distributo ad distributũ ex parte de ly homo. Quare bene infertur, tu homo non es.

Sed dubiũ est de hoc paralogysmo Dub. 4 quicquid ego sum tu es, ego sum Dominicus, ergo tu es Dominicus: nam ex vna parte nullus apparet defectus: & ex alia videtur præmissæ veræ & cõclusio falsa: quia subiectũ maioris videt distribui accõmodè pro natura vel specie, vt sit sensus, cuiuscũq; speciei ego sum tu es. Respõdetur ꝙ si subiectũ maioris distribuatur personaliter ꝑ indiuiduo, bonus est syllogismus & maior est falsa. Si verò distribuatur simpliciter pro natura, nõ est sufficiens distributio, sed arguitur ex puris particularibus. Eodẽ modo distinguẽdus est hic syllogismus, hæc herba est viridis in horto meo (demõstrata herba sicca quę est extra hortũ meũ) hęc herba est sicca, ergo herba sicca est viridis in horto meo. Si enim est singularizatio personalis pro indiuiduo, bonus est syllogismus, sed maior est falsa: si verò sit singularizatio solùm simpliciter, syllogismus non valet, nisi cõclusio accipiatur in bono sensu, scilicet, herba similis huic est viridis in horto meo.

Quartò arguitur nõ sequitur Pe- Arg. 4. trus habẽs equũ nõ equitat illũ, Petrus habẽs equũ est homo habẽs equũ, ergo homo habẽs equũ non equitat illũ. Nam si Petrus qui habet equũ nõ equitat equũ proprium sed alienũ, prẽmissę sunt verę & cõclusio falsa, tamẽ arguitur expositoriè, ergo. Respondetur consequentiã nõ esse expositoriã: arguitur enim ex parte relatiui ab inferiori ad suũ superi⁹, siue à magis ad minus restrictũ cũ distributiõe. Dictũ enim est in capite de relatiuis relatiuũ substãtiæ nõ reciprocũ referẽs ãns eiusdẽ categoricę referre ipsum restrictè. i. cũ habitudine terminorũ illius extremi in quo situatur antecedens. Vnde in maiori ly illũ, supponit solũ pro equo possesso à Petro, & in cõclusione pro quocunq; equo possesso ab hoĩe. Quare inferendũ est ex illis præmissis, homo habẽs equum non equitat illum equum Petri. Sicut ex his, oĩs homo habens equum equitat illum, Petrus habens equum, est homo habẽs equum, nõ est inferendum, ergo Petrus habens equum equitat illũ, nè arguatur à minus ad magis restrictum affirmatiuè. Sed inferendum est, ergo Petrus habens equum equitat equum possessum ab homine.

Caput secundum.

Not.1. *In hoc secundo capite polliciti sumus* de terminis diuinis nõ nihil dicere nã exacta illorũ disputatio, etiã ĩ theologia est difficilima. Operçpretium enim duximus Summulistas admonere nè errores statim imbibãt, quos cùm venerint ad theologiam eluere nõ possint. Nam à paucis hinc annis nescio quæ cõmenta in materia de trinitate admissa sunt, quæ sancti patres nihil minus q̃ hęretica reputassent. Nec illa isti homines cõfixissent si nõ præproperè de trinitate tractassent anteq̃ sanctos patres & theologiã cõsuluissent. Nescio an dignitas rei me in acerbiora verba q̃ pro ingenio meo propulerit.

Not.2. *Queritur ergò, an leges oppositionum* ac syllogismorum ad terminos vsq; diuinos extendãtur. Et videtur quòd non. Hæ nanq; propositiones, omnis essentia diuina est pater, aliqua essentia diuina nõ est pater, sunt contradictorię secundum conditiones positas, & tamen sunt verę, nam affirmatiua est vera, & negatiua colligitur hoc syllogismo, filius non est pater, filius est aliqua essentia diuina, ergò essentia diuina nõ est pater. Secundò, hęc consequentia omnis essentia diuina est pater, filius est essentia diuina, ergò filius est pater: est in darij secundùm conditiones suprà cõstitutas, & secundùm fidem catholicam conclusio est falsa, cùm tamen maior appareat vera, ergò cõditiones syllogismi de medio cõmuni non habent locum in diuinis: Tertiò arguitur, hic syllogismus, hæc essentia diuina est pater, hæc essentia diuina est filius, ergò filius est pater, videtur expositorius, & tamẽ præmissæ sunt veræ & cõclusio falsa. Et eadem arte possumus arguere contra principia negatiua: quia nõ sequitur, pater non est filius pater est essentia diuina, ergò essentia diuina nõ est filius. Et sic videtur ꝙ principia oppositionũ & syllogismorum non teneant in diuinis. Sed in cõtrariũ est authoritas omniũ theologorum asserentium omnia principia terminorum creaturarum cõmunia esse in vniuersum terminis diuinis. Et ratio est, q̃a huiusmodi principia sunt cõmunes animi conceptiones, quibus intellectus suaptè natura dissentire non potest. Vnde si in terminis diuinis paterentur instantiam, tunc articuli fidei repugnarent intellectui humano: ac proinde non essent nobis persuasibiles, quod est erroneum.

Tria puncta tractabuntur in hoc Not.3. capite iuxta tria argumenta proposita. Primũ de oppositionibus. Secundùm de syllogismis de medio cõmuni. Et tertiũ de syllogismis expositorijs. Vbi primũ omniũ supponẽda est fides catholica videlicet ꝙ Deus est vnus in essentia & trin⁹ in personis. Quo fit vt quicquid est in Deo idẽtificetur cum essentia, siue in singulari, siue in plurali: siue absolutum sit, siue relatiuum: siue in abstracto accipitur, siue in cõcreto. Vna enim simplicissima essentia est pater, & est filius, & spiritus sanctus: & omnes tres personę complexiuè, & est paternitas, & est filiatio, & est bonitas, & est iustitia. &c.

Ex hoc sequitur secũdum notabile Not.4. ꝙ nomẽ quodcũq; in diuinis habet duplex significatũ, videlicet immediatũ, & mediatũ. Immediatum est illud quod perse significat & pro quo supponit etiã si distingueretur à quocunq; alio: vt immediatũ significatũ de ly essentia, est ipsamet essentia, & significatũ immediatum de ly persona, est quodcunq; suppositũ, & significatũ immediatũ de ly pater, est persona patris, & significatũ immediatũ de ly paternitas, est relatio. Sed significatũ mediatũ est illud, de quo terminus verificatur eo solùm quia identificatur cum suo perse & immediato significato: vt ècõuerso, essentia est significatum mediatũ de ly persona, aut de ly pater, & quęcunque persona, est significatũ mediatũ de ly essentia. Nam nomen pater nõ significat formaliter & de perse essentiam, sed verificatur de illa ratione identitatis cũ suo significato. Et eadem ratione, nomẽ essentia verificatur de quacunq; persona. Vnde si per impossibile persona distingueretur ab essentia, sicut album ab albedine, neutrum nomen verificaretur de significato alterius.

Significatũ immediatũ & mediatum.

Tertiò notandum est terminos di- Not.3. uinos esse in triplici differentia. Alij sunt essentiales, alij personales, & alij notionales. Terminus essentialis secundùm modernos Summulistas, est terminus qui supponit ꝓ essentia & quacunq; persona diuisim: vt ly essentia: ly Deus. Terminus personalis est, qui pro vna persona diuisim supponit, non tamen coniunctim pro pluribus: vt ly persona ly pater, & similis: Sed terminũ notionalem dicunt esse terminum qui pro pluribus personis coniunctim supponit, nõ tamẽ diuisim: vt ly trinitas, ly personæ, in plurali.

Triplex termin⁹ diuisiuus.

Ad vero

At verò isti manifestè terminis abutũtur, & contra eorum significationẽ, & cõtra vsum vniuersalem Theologorum. Nam primum omnium confundunt terminos. Aut enim requiritur, vt terminus sit essentialis quòd supponat immediatè pro essentia, & immediatè pro persona: & tunc ly essentia, non esset nomen essentiale: quia non supponit immediatè pro persona. Aut satis est quòd supponat pro essentia & persona mediatè vel immediatè: & tunc ly pater, & ly essentia, essent essentiales: & eadem ratione ly essentia, esset personale. Secundò dicere quòd ly persona in singulari est nomen personale & in plurali est notionale, est præter rationẽ. Nã solus numerus nõ variat naturam nominis sanè quæ attenditur penes significatum. Et tertio dicere quòd ly trinitas, vel ly personę, sint termini notionales est penit[9] ignorare terminos. Nam notio secũdum Theologos in.1.d.28.&.d.29. & apud. S. Thomã prima par.q.32. est ratio innotescendi, seu ratio cognoscendi diuinam personam vt ab alia disiunctam, secundum modum loquendi Augustin.5.de trinit.cap.7. vbi dicit alia est notio qua pater intelligitur ingenitus, & alia qua intelligitur genitor. Vnde quinq; notiones sunt in diuinis, scilicet, innascibilitas, paternitas, filiatio, processio, & spiratio: quare ly trinitas, quod pro omnibus personis supponit ex diametro pugnat cũ termino notionali. Igitur nomẽ essentiale in diuinis est, quod significat per se immediatè & formaliter essentiam: siue in abstracto, vt essentia, deitas, bonitas. &c. siue in cõcreto: vt ens Deus, bonus, iustus. &c. sed nomẽ personale est, quòd per se & immediatè significat personam, vt pater filius persona, & etiam personæ in plurali: & ly trinitas, est nomen personale quod collectiuè supponit pro omnib[9] personis: nomẽ notionale est quod significat notionem per modum actionis: vt generare, generari, generans, genitus, &c. Qui quidem termini significant actus per quos personæ distinguuntur. Sed quantũ ad propositum attinet, solùm loquẽdum de essentialibus & personalibus.

Not. 6. *His suppositis, quartò notandum* est quòd moderni Summulistæ opinantur: nomen essentiale in abstracto non solũ supponere pro essentia immediatè, sed etiã mediatè supponere pro persona: & è conuerso, nomẽ personale supponere pro essentia. Et ratio est quia apud istos idem est, nomẽ verificari de aliquo, & supponere pro illo. Ex quo rursùs inferunt quòd nomen essentiale in abstracto potest distribui, & eadẽ ratione particularizari dupliciter. s. cõpletè & incõpletè. Nomẽ essentiale distribui cõpletè, dicũt, est distribui pro vtroq; significato, scilicet, mediato & immediato, & distribui incõpletè est distribui solum pro significato immediato. At verò non plenè satisfacit omnibus dicta definitio distributionis completè & incompletè. Nam re vera secundum istos in hac propositione: oĩs essentia diuina est pater, quanq̃ subiectũ accipiatur pro significato immediato, etiã supponit pro mediato secundũ istos: quia verificatur de illo, propter identitatẽ illorum. Quare nõ euitatur quin distribuatur pro vtroq; significato. Et ideo alij iuniores aliter explicuerũt distributionẽ completam & incompletam. Dicunt enim quòd tunc terminus distribuitur completè, quãdo valet sub illo resolutio purè copulatiua: pro omnibus eius suppositis, tam mediatis quàm immediatis. Et hoc modo hęc est falsa, omnis essentia diuina est pater, quia æquiualet huic, oĩs res quæ est essentia diuina, est pater. Et tunc per oppositum terminus particularizatur incompletè, quando sub illo valet resolutio purè disiunctiua: pro omni significato. Et hoc modo, hæc est vera, aliqua essentia diuina non est pater, quæ æquiualet huic, aliqua res quæ est essentia diuina non est pater, quia filius non est pater. Sed nomẽ essentiale distribui incompletè est quòd sub illo valeat sola resolutio copulatiua sub disiunctione: & particularizari incompletè est quòd sub illo valeat per oppositũ sola resolutio disiunctiua sub copulatione, verbi gratia, quando subiectum huius, omnis essentia diuina est pater, distribuitur incompletè facit hunc sensum, hæc essentia diuina est pater, vel hæc essentia diuina est pater (primo pronomine demonstrante essentiam, & secũdo patrem) & hæc essentia diuina est pater, vel hæc essentia diuina est pater (primo pronomine demonstrante essentiam & secundo filium) & ita copulatiuè transeũdum est ad essentiam & disiunctiuè ad Spiritum sanctum. Itaq; tota resolutio sit vna copulatiua composita ex pluribus disiunctiuis. Et in vna parte cuiuscunque disiunctiuæ demonstretur essentia, & in alia demonstretur persona. Ex quo colligitur illam vniuersalẽ esse verã: nam quælibet disiunctiua est vera pro illa parte in qua demonstratur essentia. Quòd si demõstraren-

Distributio cõpleta & incõpleta.

strarentur duæ personę copulatiuæ, illa esset falsa. Per oppositum quando subiectum huius negatiuæ, aliqua essentia diuina non est pater, particularizatur incompletè, facit hūc sensū, hęc essentia diuina nō est pater, & hæc essentia nō est pater (primo pronomine demōstrante essentiā & secundo patrē:) vel hæc essentia diuina non est pater, & hęc essentia diuina non est pater (primo pronomine demonstrante essentiam & secundo filium.) Et ita trāseundum est disiunctiuè ad essentiam & copulatiuè ad Spiritū sanctū: vt tota resolutio sit vna disiunctiua composita ex pluribus copulatiuis, & in vna parte cuiuscunq; copulatiuę demonstretur essentia, & in alia persona. Ex quo sequitur illam negatiuam esse falsam, quia quælibet copulatiua est falsa pro illa parte in qua demonstratur essentia. Quòd si demonstrarentur duæ personæ disiunctiuè, esset vera. Nomina verò personalia non dicūtur ita propriè distribui completè vel incompletè: sed pro significato mediato vel immediato. Distributionē incompletam vocabant antiqui: & quidem significantius distributionē in termino, id est, pro per se significato termini: & distributionem completam vocabant distributionem in termino & extrà terminū, id est, pro significato mediato & immediato. Imò etiam extra numerum, nam essentia (in singulari) supponit pro singulis personis & pro omnibus collectiuè.

Not. 7. *Per hanc doctrinam respōdent ad* argumenta parte negatiuę quæstionis. Dicūt enim ad primū, ꝙ si subiectum affirmatiuę distribuatur completè & subiectum negatiuæ particularizetur completè, sunt contradictorię: & affirmatiua est falsa & negatiua vera. Si verò subiectū affirmatiuæ distribuatur incōpletè & subiectū negatiuæ particularizetur opposito modo incompletè: sunt itidem contradictoriæ: & affirmatiua est vera & negatiua falsa. Sed si subiectum affirmatiuę distribuatur completè & subiectum negatiuæ particularizetur incōpletè: aut cōtra, subiectum affirmatiuæ distribuatur incompletè, & subiectum negatiuæ particularizetur completè, neutro modo sunt contradictoriæ, quia in primo modo manet eadem vniuersalitas in vtraq;: suntq; proinde contrariæ, & simul falsę: & secundo modo manet eadem particularitas: obidq; sunt sub contrariæ, & simul verę. Eadē arte respōdent ad secundū. Quòd si medium in maiori distribuatur cōpletè, cōsequentia est syllogistica, & maior est falsa. Si verò distribuatur incōpletè, cōsequentia nō valet: quia arguitur ex puris particularibus. Sed quid si in maiori distribuatur incōpletè & in minori particularizetur, opposito modo incōpletè, vt si dicas, filius aliqua essentia diuina est. Deberet nanq; consequentia esse syllogistica. Nam in cæteris omnibus signis incōpletis: vt sunt ly omne, pro generibus singulorum, ly vterq;, ly alter. &c. dictū est sufficere ad formā syllogisticam, ꝙ medium in altera præmissarū incōpletè distributum, in altera particularizetur opposito modo, incōpletè, & tamen pręmissæ sunt veræ & cōclusio falsa: si extremitates solūmodò accipiātur pro significatis immediatis. Ad hoc deberent dicere cōsequentiam nō esse syllogisticā, quia adhuc arguitur ex puris particularibus. Nē pe si ea quæ dicta sunt accuratè inspexeris, experieris in affirmatiuis particularizationē incompletā æquiualere particularizationi cōpletæ, nō tamen distributionē distributioni, sed in negatiuis distributionē incōpletam æquiualere distributioni cōpletę, nō tamen particularizationē particularizationi. Quare minor illa, filius aliqua essentia diuina est, est vera prędicato particularizato incompletè: nam habebit duas singulares veras demonstrando essentiā diuinā & filium Eadem ratione respōdent ad tertiū, quòd si in maiori in illa, hæc essentia diuina est pater, subiectū singularizetur cōpletè, vt æquiualeat vni de omni, scilicet, quicquid est hęc essentia diuina est pater, dictus syllogismus est expositorius, & maior est falsa. Si verò in neutra singularizetur cōpletè, cōsequentia non valet, quia arguitur ex puris particularibus. Hæc est opinio modernorum Summulistarum.

Lectio secunda.

AT verò contra hanc opinionē ar- Not. 1. guitur, & primò cōtra fundamentū eorum ꝙ nomen essentiale supponit in abstracto pro persona. Nomen essentiæ non accipitur pro persona, ergo nō supponit pro illa: nam nomē supponere pro aliquo est, accipi pro illo: & patet antecedens, quia nomen accipi pro aliquo est quòd ponatur loco illius in propositione: iuxta illud Aristot. 1. Elench. Quia res nobiscum ferre non possumus vtimur terminis pro rebus: sed ly essētia, nunꝗ ponitur loco patris: qui enim vult enūtiare

primam personam trinitatis generare non dicit, essentia generat, vt ly essentia ponatur loco personæ patris. Vnde. S. Thom. 1. part. quæstio. 39. arti. 5. pro eodem reputat quòd subiectum huius propositionis. Essentia generat, supponat pro persona patris: & quòd dicta propositio concedatur vera & vtrunq; dicit fuisse errorem Abbatis Ioachim. Si dicas Abbatem Ioachim eo errare: quia cōcedebat illam subiecto supponente pro significato immediato (nam pro significato mediato nullus esset error) cōtra, in toto capitulo, damnamus, nec in tota doctrina Abbatis Ioachim non inuenitur talis distinctio. Et si posset subiectū supponere pro persona nunquàm fuisset simpliciter dānata illa propositio sed distingueretur. Eadē ratione nec ly persona, nec aliud nomē personale supponit pro essentia quia nunquā accipitur pro illa. Nunq̄ enim ad enuntiandū ꝙ aliquid est cōmune tribus personis dicemus ꝙ pater aut filius est cōmunis tribus. Secundo arguitur: Si ly essentia, supponat pro persona, concedenda est illa copulatiua, aliqua essentia diuina est pater, aliqua essentia diuina nō est pater (subiecto vtrobiq; cōpletè particularizato) quam ipsi audacter cōcedunt. Sed certè Augustin⁹ & omnes patres hoc nunquā ausi fuissent, nec admitterēt illam negatiuā posse facere aliquē sensum verū. Repugnat enim intellectui, ꝙ nō sit nisi vnica essentia simplicissima & tamē aliqua sit pater, & aliqua nō sit pater: nam certè si aliqua essentia non esset pater, nescio quænam esset pater. Sed quid putas. Est qui inueniat modū concedendi hanc propositionē. Aliqua essentia diuina est pater, & eadē essentia quę est pater nō est pater: quia totū inquit illud complexum, eadē essentia quæ est pater, potest accipi pro significato mediato, scilicet: filio, quā tamen propositionē abhorret christianismus audire. Tertiò, Si ly essentia, supponit pro persona, sequitur (vt quidā eorū concedunt) ꝙ hæc esset vera, essentia diuina differt à patre, subiecto cōpletè particularizato: quia filius differt, vel distinguitur à patre. Imò debet concedi ꝙ essentia quę est pater distinguitur à patre. Quòd si quis concessisset tempore sanctorū patrū, credo fuisset cōbustus. Quartò arguitur: ꝙ nec nomē personale accipiatur, nec proinde supponat pro essentia: nam aliàs sequitur (vt ipsi fatētur) ꝙ pater est filius, quæ quidē locutio Sabellianis cōformior est, quàm Christianis. Quòd si dicas illā esse verā in hoc sensu, id est, pater est res quę est filius, hoc est erroneum ꝙ illa propositio possit facere talem sensum. Nec hoc sancti patres admisissent: nam certè si illa propositio posset facere talē sensum, distinxissēt sancti patres ꝙ nunq̄ somniarūt, sed simpliciter cōdemnarūt illā. Et Christus redemptor noster nunq̄ dixit, ego sum pater, sed dixit: ego & pater vnū sumus. Et Ioannes quinto cap. suæ Cano. non dixit, pater est verbū, aut pater est spiritus sanctus: sed dixit, pater, verbū, & spiritus sanctus vnū sunt. Quintò deniq; arguitur. Eadē ratione cōcedenda esset hæc, pater est nō pater: vt aliqui illorum concedunt: nam pater est filius qui est non pater. Ex quo sequitur hāc esse falsam, tantùm pater est pater: nam cōtradictoria secundæ exponentis est vera, scilicet, aliquid non pater est pater.

*Igitur vt sanctus Thomas loco ci*tato docet & est cōmunis sententia Theologorū, nec nomen essentiale in abstracto supponit pro persona, nec nomē personale pro essentia, quanquā vtrunq; nomē verificetur de significato alterius. Sed isti in hoc decepti sunt: quia idē reputāt nomē verificari de aliqua re: & supponere pro illa: cùm tamen non conuertuntur. Nam licet omne nomē supponens pro aliqua re verificetur de illa, nō tamen è conuerso: saltem in diuinis. Concedimus enim ꝙ pater est essentia, nō, quia essentia accipiatur illic pro patre nec pater pro essentia, sed pater accipitur solū pro patre: & essentia pro essentia. Cōceditur tamē propter idētitatē essentia cū patre, vt docet S. Tho. loco citato in solutione ad. 4. Itaque quanquā cōcedamus personā esse significatum mediatum de ly essentia, propter identitatē personę cū essentia, non tamen debemus aliquo modo concedere ꝙ personā sit suppositū de ly essentia, quia nunq̄ ly essentia, accipitur pro persona. Et eadem ratione quanquàm essentia sit significatum mediatum de ly pater, non tamen est suppositum illius: quia nunquàm loco essentiæ, vtimur nomine personæ. Sed tamen in cōcreto nomina essentialia proprijssimè accipiuntur pro personis: quia significant illas personas in cōcreto in quibus formaliter est essentia. v. g. sicut album, significās albedinē de formali, & homo, significās humanitatem, supponunt pro Petro: ita ens Deus, iustus, bonus. &c. omnia supponunt pro singulis personis, in quibus est essentia, quam hæc nomina significant de formali. Not. 2.

Not.3. *Ex hoc notabili primo sequitur secundum*, ꝙ nullum nomen diuinum potest distribui nisi in termino, id est, pro suo immediato significato: quia non accipitur nisi solùm pro illo. v.g. subiectum huius, omnis essentia diuina est pater, nõ potest distribui nisi solùm pro essentia: quia non accipitur pro persona. Sed vt distribuatur pro personis, opus est dicere, omnis res quæ est essentia diuina est pater, vt ly res, accipiatur trãscendentaliter. Quare illa propositio nõ potest admittere sensũ falsum: sed simpliciter est vera sine distinctione. Sicut è conuerso hæc, pater est filius, simpliciter est falsa: nec potest admittere sensum verũ: quia extrema non possunt accipi pro essentia. Sed vt accipiantur pro illa dicendũ est, res quæ est pater est filius: quæ est vera. Sed posset quis dicere ꝙ quãquã in rigore illa sit vera, omnis essentia diuina est pater, nihilominus potest accipi in sensu de oĩ, vt æquiualeat alteri, scilicet, omnis res quę est essentia diuina est pater. Et quãquã illa in rigore sit falsa, pater est filius, nihilominus potest accipi vt faciat sensum alterius, aliqua res quę est pater est filius. Ad hoc respõdetur ꝙ nullo modo iuxta propriam significationẽ verborũ potest hoc admitti: nec aliqui sancti admisissent: nã dicere ꝙ hæc, omnis essentia diuina est pater, faciat hũc sensum, omnis res quæ est essentia diuina est pater: & aliqua essentia diuina nõ est pater faciat illũ, aliqua res quæ est essentia diuina non est pater. Et illa, pater est filius, faciat illũ, aliqua res quæ est pater & filius, nullatenus hoc admittit significãtia ꝓpositionũ. Et certè si sanctos doctores consuluissent nũquã tã liberis verbis isti loquerentur: enimuerò vt inquit Hieronymus ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæresis. Et Dio. 1. cap. de diuinis nomi. Non est inquit, audendũ aliquid dicere de Deo præter ea quæ nobis ex sacris eloquijs sunt expressa. Et August. lib. 10. de ciuitate Dei. cap. 23. liberis, inquit, verbis vtuntur philosophi: nec in rebus ad intelligendũ difficilimis offẽsionẽ religiosarũ auriũ pertimescũt: nobis autẽ ad certã regulã loqui fas est: nè verborũ licẽtia, etiã de rebus quę his significãtur, impiã gignat opinionẽ. Hæc Augus. Et re vera qui concedũt tres esse deos (quod in Summulis imbiberũt) nõ loquuntur catholicè, vt docet Athanasius in symbolo. Nec potest illa propositio admittere hũc sensum, scilicet, ꝙ sint tres personę quarũ quælibet est Deus.

Ex dictis sequitur hanc propositionẽ, omnis essentia diuina est pater, æquipollere huic, aliqua essentia diuina est pater, & huic, hæc essentia diuina est pater: quia non est nisi vnica essentia. Et vniuersaliter in oĩbus affirmatiuis vel negatiuis cuiuscunque prędicati idẽ est ꝙ ly essentia, distribuatur, vel particulariter vel discretè supponat. Sequitur secundò, ꝙ quanq̃ nomen nunq̃ distribuaẗ nisi in termino pro significato immediato, nihilominus tales ꝓpositiones aliquando æquiualent in consequendo alijs in quibus distributio est extra terminũ, & aliquando nõ. v.g. in affirmatiuis, quando prędicatũ est nomẽ essentiale vel cõmune personale, æquiualẽt in cõsequendo, omnis essentia diuina est essentia, & omnis res quæ est essentia diuina est essentia: similiter omnis essentia diuina est persona, &, omnis res quę est essentia diuina est persona: sed si prędicatũ sit nomẽ singulare personæ, nõ æquiualẽt omnis essentia diuina est pater, &, omnis res quæ est essentia diuina est pater. In negatiuis verò vniuersaliter æquiualet ly essentia diuina, in cõsequendo vni de omni etiam si nullo signo modificetur. Aequiualẽt enim aliqua essentia diuina nõ est pater, & nulla res quæ est essentia diuina est pater. Et similiter si à patre prædicati ponatur terminus cõmunis, essentialis, vel personalis. Sed aliud est de noĩbus notionalibus non enim æquiualet, essentia non generat, & nulla res quæ est essentia generat. Tertiò sequitur (vt puto) ꝙ istę propositiones, omnis essentia diuina est pater, aliqua essentia diuina nõ est pater, nõ sunt eiusdem formæ cum istis, omnis homo est Petrus, homo non est Petrus, quia non faciunt sensum de omni, sicut istæ. Not. 4.

Lectio tertia.

PEr *hæc ad quæstionem propositam* respõdetur affirmatiuè, videlicet quòd omnes leges oppositionũ & syllogismorum tenent in diuinis, sicut in creaturis. Nec fas esset dicere articulos fidei non posse intelligi saluis legibus & principijs dialecticis. Vnde ad primum argumentũ conceditur illas esse cõtradictorias, omnis essentia diuina est pater, alia qua essẽtia diuina nõ est pater. Et idem esset si subiectum vtriusq; staret particulariter aut discretè, cùm non sit nisi vnica simplicissima essentia. Et affirmatiua est vera & negatiua simpliciter falsa: nec potest Not. 1. Ad primum.

facere aliquem sensum verum vt expositum est. Hæc verò, persona est pater, persona non est pater, non sunt cōtradictoriæ: sed subcōtrariæ. Sicut istę, homo nō est Petrus, homo est Petrus: nā ly persona, supponit pro pluribꝰ personis diuisim. De his verò, Deus est pater, Deus non est pater, statim dicemus.

Not. 2. Ad secūdum. *Ad secūdum negatur illam consequentiam* esse in darij, omnis essentia diuina est pater, filius est essentia diuina: ergo filius est pater: nā maior nō æquiualet vni de omni: sed perinde est ac si acciperetur sine signo distributo. Quare licet subsumeres, filiꝰ, oīs essentia diuina est, nihil valeret: nisi in altera illarum exprimeres, oīs res, q̄ est essentia diuina: vt ly res, accipiatur transcendēter: & pro persona & pro essentia. Et hoc est distribui in termino & extra terminum. Ex quo colligit̄ defectus huius paralogismi, filiꝰ nō est pater, filiꝰ est essentia diuina: ergo essentia diuina non est pater: in quo arguitur ex cōtradictorio cōclusionis alterius & eadē minori, inferēdo cōtradictorium maioris. Arguit enim virtualiter à nō distributo ad distributum ex parte de ly essentia. Est enim regula, quā supra posuimus, quòd qn̄ in aliquo paralogismo arguit̄ ex puris particularibus, tunc arguēdo ex vna præmissarū & contradictorio cōclusionis ad alterā præmissam: arguitur à non distributo ad distributum. Et ita est hic. Nā in minori ly essentia, nō distribuitur virtualiter: & distribuitur virtualiter in cōclusiōe. Quia minor nō æquiualet huic, filius est omnis res quę est essentia diuina: & tamen conclusio æquiualet huic, nulla res, quæ est essentia diuina est pater, vt suprà dictū est. Quare optimè sequit̄, filius non est pater, filius est essentia diuina: ergo aliqua res, quę est essentia diuina non est pater: vbi cauetur ad illo defectu. Et eōdē defectu peccat hic paralogismus, nullus pater est filius, pater est essentia diuina, ergo essentia diuina non est filius. Sed arguitur quòd committitur hic defectus intrinsecus: nam maior nō æquiualet vni de omni: quia illa est vera, & hęc falsa nulla res quę est pater est filius. Respondetur satis esse quòd minor æquiualet vni de omni: huic s. omnis res q̄ est pater est essentia diuina. Et ideo optimè infertur, aliqua res, quæ est essentia diuina non est filius.

At verò hic optimus syllogismus est, omnis essentia diuina est persona, filius est essentia diuina: ergo filius est persona: quia maior infert vnam de omni. s. oīs res q̄ est essentia diuina est p̄sona, si ly p̄sona, absoluat̄ à numero: nā aliàs nō sequit̄, oīs essentia diuina est p̄sona: binarius p̄ris & filij est essentia diuina ergo binariꝰ patris & filij est persona. Sed obiter adnotandum est hìc, q̄ in his terminis non licet arguere à confusa ad determinatā respectu vnius extremitatis in ordine ad aliā quāquā nulla sit cōfusa ex parte medij: quod diximus nō esse defectū in terminis creaturarum: vt non sequitur, omnis essentia diuina est p̄sona, omnis persona est. b. essentia: ergo omnis persona est. b. p̄sona. Et eàdē ratione in baroco non sequit̄ omnis essentia diuina est persona. a. p̄sona non est persona, ergo. a. persona non est essentia vbi arguitur ex eàdem maiori & contradictoria cōclusionis ad cōtradictoriā minoris: ac proinde defectꝰ, qui in barbara erat extrinsecus, in baroco efficitur intrinsecus. Quare eàdem ratione est defectus peculiaris in diuinis, q̄ mediū personale in præmissa negatiua distributum in ordine ad extremitatem stantem confusè, in altera præmissa stet confusè quando extremitas affirmatiuæ est nomen essentiale.

Not. 4. Ad tertium. *Per eandem doctrinam ad tertium* argumentum negatur illum esse syllogismū expositoriū. s. hæc essentia diuina est pater hæc essentia diuina est filius: ergo filius est pater quia mediū nullibi singularizatur cōpletè cū non ęquiualeat huic omnis res quę est hęc essentia, est pater. Et ideo arguitur ex puris particularibus. Vbi notandum est q̄ ly essentia, in abstracto, vt docet. S. Tho. 1. d. 4. q. 1. ar. 2. habet aliq̄d noīs singularis: vt puta quod accipitur & supponit pro vna sola re: videlicet pro essentia, & ideo nō prædicatur in plurali. s. essentię, nec refert ipsum distribui, aut non distribui, vt visum est. Sed tamen habet similitudinē termini cōmunis in hoc, q̄ prędicatur de pluribꝰ personis diuisim quantūcunq; singularizetur. Sed iste esset syllogismus expositoriꝰ: Quicquid est hęc essentia est pater, & filius est hęc essētia: ergo filius est pater. Sed dubiū est hic, vtrū per ly hęc essentia, possis demonstrare personam patris. Et videtur quòd sic postq̄ verificatur de illo. Et si demonstretur persona tunc erit terminus singularis, sicut ly pater. Aliqui Sūmulistę respondent quòd per ly hæc essentia, possumus demonstrare personam patris: & tunc concedunt quòd hæc

essentia,non est filius:quia pater non est filius.Sed certè hoc est falsum:nam in primis per ly,hæc essentia,fortè nō possumus propriè demōstrare personā:quia nō supponit pro illa. Et secundò quicquid demōstretur per ly hæc essentia,verum est dicere,hæc essentia est pater & filius, & spiritus sanctus, quāquā solū patrem demonstres: quia non est nisi vnica essentia. Sicut èconuerso hæc est vera,hic pater nō est filius,quicquid demonstretur per ly hic pater,etiam si demōstretur essentia,quia non est nisi vnicus pater.Et hoc est quod intelligit Anselmus per illam regulam. In diuinis omnia sunt vnū, vbi nō est relationis oppositio,scilicet,quòd hæc est vera,hic pater nō est filius. Sed hæc est falsa,hæc essentia nō est filius, quicquid demonstretur:quia ly pater, est relatiuum, ly essentia,est nomen absolutum. Hic tamē syllogismus bonus est,hęc res, quę est essentia diuina est pater: & hæc res,quę est essentia diuina est filius:ergo pater est fili⁹,vtrobique demonstrando eādem personam. Et si demonstretur vtrobique pater, minor est falsa qui perinde est ac si ly pater acciperet pro medio. Et si vtrobique demōstretur filius,maior estfalsa,Quemadmodum hic est optimus,hęc persona est pater, & hæc psona est filius:ergo filius est pater:nam sub termino personali eodē modo subsumitur, sicut in terminis creaturarū:atq; adeò syllogismus in terminis personalibus in diuinis est eiusdem formæ cū terminis creaturarū.

Argu.1. *Contra hęc autem quæ dicta sunt* arguitur.Ex his præmissis,omnis essētia diuina est pater,filius est essentia diuina ,optimè sequitur ergo filius est res,q̄ est pater: & eadem conclusio sequitur ex his,hæc essentia diuina est pater,hęc essentia diuina est filius : ergo in neutro syllogismo cōmittitur defectus intrinsecus ex puris particularib⁹: postquam inferunt aliquam cōclusionem. Ad hoc conceditur illam conclusionem inferri ex illis præmissis.Quod autem nos diximus esse in habiles intelligimus,ad inferēdam conclusionem ex solis extremitatibus cōdositam,scilicet:filius est pater. Illa tamē conclusio,filius est res, quæ est pater non sequitur syllogistice ex illis prȩmisis, sed infertur ex sola minori. Sequitur enim materialiter, filius est essentia diuina: ergo filius est res quæ est pater.

Lectio quarta

Altera quæstio est in diuinis de terminis notionalibus, an prædicētur de ly essentia diuina in abstracto.Termini notionales,vt diximus sunt generās genitus &c. Qui significant actus notionales. Et specialis difficultas est de hac,essentia generat. Et primùm omnium supponendum est, illam esse simpliciter, & sine distinctione falsam: quia simpliciter est dānata aduersus Abbatem Ioachim cap.dānamus,de summa Tri. &fid.cath.Ratio tamen eius falsitatis re vera est, quam suprà diximus: quia generare est actus notionalis proprius patris, quo scilicet distinguitur à filio. Et quia ly essentia, non potest supponere pro patre , fit vt illa sit falsa,essentia generat & illa sit chatolica, pater generat.At verò Moderni Sūmulistæ cōcedētes q̄ ly essentia,supponit etiam pro patre dicunt illā proposicionem esse falsam quia dicūt facere hūc sensum,essentia est essentia generās :vbi actus generandi denotatur cōuenire essentiæ ratiōe essentię.Et hoc etiam est verum,videlicet,q̄ ly generat,appellat suprà ly essentia:non quidē vt ipsi putant, quòd illa essentia generat sobordinet in significando huic essentia est essentia generās,vbi ly essentia exprimit a parte prædicati:imò subordinatur vni mentali sicut iacet in voce de duabus notitijs, scilicet,essentia generat. Sed tamen illud prædicatū quia est verbum adiectiuum,applicat suum formale ad significatum immediatum de ly essentia.Quòd si dicas hoc esse contra regulas appelationis:quia prædicatum nunquā appellat supra formale subiecti, vt patet in hac:monachus est albus: Ad hoc dicimus duo:primum, vt diximus inde appe.quòd consulendæ sunt aures.Aliquando enim illa accipitur loco huius,hic est monachus albus.Et secūdo dicimus quòd in diuinis alia ratio est:nam significatū per se de ly,essentia,non est nisi sola essentia:Et ideo, quanq̄ prædicatum non appellaret suprà formale subiecti, saltē debet appellare suprà significatum propriun &per se illius, quale est essentia. Vnde,in hoc paralogismo,quo decipiebatur Abbas Ioachin,pater generat,pater est essentia, ergo essentia generat.variatur appellatio:non quòd arguit in quatuor terminis.vt dicunt Moderni:sed q̄ ly generat:diuersimodè appellat supra subiectūm maioris,& conclusionis..At vero maior illa pater generat,nullo modo est distinguenda videlicet, quòd si accipiatur pro significato imme-

Not.5. Termini notionales.

immediato est vera:& si pro mediato falsa: quia non potest facere sensum falsum, cùm ly pater, non supponat pro essentia. Posset qsforsan assignare defectũ intrinsecũ huic paralogismo, pater generat, pater est essentia diuina, ergo essẽtia diuina generat: quia maior nõ æquiualet huic de omni, om̃is res quæ est pater, generat. Sed tamen iste defectus nõ satisfacit: quia ly pater, in diuinis terminus est singularissimus, sicut Petr⁹. Quare, in terminis personalibus non est necesse addere, omnis res quæ. Sed si illa maior non æquiualet vni de omni: est propter variationẽ appellatiõis. Quare bene ęquiualet huic, omnis res quæ est pater est pater generans, vbi seruatur eadẽ appellatio. Vnde, melius est dicere, ꝙ defectus paralogismi superioris est extrinsecus propter variationẽ appellatiõis. Vnde, bene sequitur, pater generat, pater est essentia diuina: ergo essentia diuina est pater qui generat, vbi medium intrat conclusionem ad seruãdam eandem appellationem. Eôdem defectu appellationis peccat hic paralogismus, essentia diuina nõ generat, pater est essentia diuina: ego pater nõ generat. Sed concludendum est, ergo pater non est essentia generans.

Not. 2. *Sed dubitatur de veritate istius* essentia est generans. Moderni distinguũt illam, videlicet quòd si ly generãs accipitur adiectiuè, illa est falsa: nam tantùm valet sicut essentia est essentia generans. Si verò ly generãs, accipiatur substantiuè, illa est vera: quia ęquiualet huic, essentia est res generãs. Sed reuera nõ est distinguẽda, imò simpliciter est falsa. Nam cum ly generans, sit participium verbi, generat, sicut verbũ est adiectiuum, ita & in rigore participium est adiectiuũ: si per se ponatur: Vnde in dicto cap. dãnatus absolutè, & sine distinctione reprobatur illa de participio: vbi habetur ꝙ essentia nec est generãs nec genita. Et S. Tho. 1. c. quæstio. 39. art. 5. ad quintum argumentum expressè dicit quod nõ possumus dicere ꝙ essentia est generãs, sed quòd essentia est res generans: exprimendo illud substantiuum trãscendens à parte prædicati. Quare, concedendum est quòd essentia est res generãs, & res non generans: quia est pater generans, & filius non generãs: & eàdem ratione est res genita & res non genita: non tamẽ essentia est genita, & non genita. Quo fit, vt istæ sint cõtradictoriæ: essentia generat, essentia non generat: hæ verò sunt subcõtroriæ, persona generat, persona non generat.

Ad dubium est de his: Deus generat, Deus nõ generat, sint ne cõtradictoriæ. Not. 3. Et videtur quod nõ. Nam nomẽ, Deus, significat essentiam in cõcreto. Et ideo ex modo suę significationis supponit diuisim ꝓ singulis personis. Vnde videtur ꝙ idẽ sit de ly Deus, & de ly ꝑsona: vt videlicet dictę ꝓpositiones sint subcõtrariæ, & affirmatiua redditur vera pro patre, & negatiua pro filio. Hic primũ omniũ supponẽdum est, ꝙ affirmatiua indubiè est vera & de fide, sine aliq distinctione: iuxta illud Symboli, Deum de Deo. Itẽ nullus Theologi noĩe dignus concedit negatiuã: quia cũ nõ sit nisi vnus Deus, si Deus nõ generat, nullus Deus generaret. Sed tamen dicũt multi ꝙ illę propositiones in rigore sunt subcõtrariæ & negatiua in rigore esset cõcedenda, demõstrãdo personã filij: non tamẽ cõceditur, propter periculũ. Quia fides catholica tenet, vnũ esse Deũ: & tñ concedendo ꝙ Deus generat & Deus nõ generat, generaret scrupulũ, duos esse deos. At verò. S. Tho. qui propositiones scrupulosas nitit, vt catholicus in ꝓprio modo loquẽdi ostendere falsas notat. 1. p. q. 39. art. 4. ad. 3. pulchrã differẽtiã iter hoc nomẽ, De⁹, & nomẽ, hõ, in creaturis: ꝙ ly hõ, cũ significet naturã, q̃ seclusa operatione intellectus nõ est vna in plurib⁹ suppositis: sed alia & alia, fit, vt ex modo suæ significatiõis supponat immediatè ꝓ supposito, vt, hõ disputat, nisi ratione prædicati abstrahatur ab hoc & ab illo: vt hõ est species. Sed ly Deus, quia significat naturã q̃ realiter est in plurib⁹ suppositis, fit è cõtrario, vt ratione suæ significationis supponat pro habẽte deitatẽ in cõmuni, id est pro Deo, vt abstrahit ab hac & ab illa persona, nisi ratione prędicati trahaẽ ad supponendũ ꝓ singulari supposito: vt Exo. 15. De⁹ me⁹ & glorificabo eũ, supponit pro eo abstrahẽdo à singularibus personis: sicut in his. Deus est vn⁹, De⁹ est creator. &c. Sed in hac, Deus generat, trahitur ad supponendũ pro patre, ratiõe prędicati: sicut in hac, De⁹ est genitus, trahitur ad supponendũ pro filio. Ex quo sequitur quòd istæ sunt contradictorię, Deus gñat, Deus nõ generat, quia in affirmatiua ly Deus, supponit pro parte: sed in negatiua non supponit pro singulari persona: quia non generare nõ cõuenit singulari personæ: quare, supponit ly Deus in negatiua pro Deo, vt dicitur de omnib⁹ tribus personis. Vnde illa negatiua ęquiualet huic,

huic, nullus Deus generat, more aliorũ terminorum singulariũ quib⁹ nihil refert prçponi, aut postponi negationẽ. Et idem est dicendum de istis, Deus est pr̃, Deus nõ est pater deus creat, Deus nõ creat, & de alijs similibus. Sed tamẽ, quia nomen persona, ex sua significatione supponit pro singulis personis, non est idem de illis, persona generat persona non generat, imò sunt subcõtrarie. Hæc fateor Sũmulistarum terminos exilire: sed dicta sunt, vt modus contradicẽdi in diuinis plenè traderetũ. Quo fit vt sicut hæc est falsa: hæc essentia nõ est pater quicquid demonstretur, ita hæc est falsa, hic Deus nõ est pater etiam si mostretur filius.

Not.4. *Nec tamen aspernendus est defe*ctus quem antiqui assignabant huiusmodi paralogismus, omnis essentia diuina est pater filius est essentia diuina, ergo fili⁹ est pater: pater generat, pater est essentia diuina, ergo essentia diuina generat. Dicebãt enim committi fallaciam accidentis. Pro quo notandum, vt refert S. Thomas tracta. de fallacijs, quòd quędam sunt eadem re, & ratione: vt vestis & indumẽtũ. Et tunc quicquid prædicatur de vno prędicatur de alio (vt sic pluraliter loquamur de eodem.) Quædam verò sunt quorum ratio, seu definitio vnius non est ratio alterius, quanquàm sint eadẽ res & illa dicuntur esse vnum de per accidẽs Et isto modo differunt essentia & persona: non quòd illic sit aliquòd verum accidens: sed quòd ratione persona differat ab essentia, eò quòd essentia est communis tribus & nulla persona est communis tribus. In his quando aliquid conuenit vni, non secundùm rationem, qua distinguitur ab altero: pariter conuenit alteri. Optimè enim sequitur essentia est substãtia, pater est essentia: ergo pater est substantia. Sed quãdo aliquid conuenit vni secundũ aliam rationem non sequitur quòd cõueniat alteri. Et quia pater differt ratione ab essentia, nõ sequitur omnis essentia diuina est pater, filius est essentia diuina, ergo filius est pater, quia committitur fallacia accidentis. Non enim exeo quòd pater & filius prædicentur de essentia identicè, sequitur quòd formaliter prædicẽtur de seipsis. Et eâdem ratione non sequit̃, pater generat, pater est essentia, ergo essentia gñat. Sed cõcludendum est in sensu idẽtico, filius est res quæ est pater, & pater qui est essentia generat. Non est inquan aspernẽdus hic defectus. Quia bonũ est plurib⁹ medijs & respõsis abũdare: eò vel maximè, quòd in diuersis scholis diuersa placent.

Ex oĩbus dictis colligitur: primo Not.5. hanc esse falsam, essentia diuina differt à patre, quia tertia exponens est simpliciter falsa scilicet, essentia diuina non est pater. Nec sequitur, filius differt à patre, filius est essentia diuina: ergo essentia diuina differt à patre: nam arguitur à non distributo ad distributũ, ex parte de ly essentia: quę in conclusione equalet vni de omni. Nec aliquo modo est concedendum, essentia diuina est differẽs à patre: quia ly differens, in rigore accipitur adiectiuè. Sed solum conceditur q̃ essentia est persona differẽs à patre. Sequitur secundò hanc esse falsam, pater est non pater, Nec potest habere aliquem sensum verũ: sicut nec illa, pater est filius. Sed hęc est vera, filius est nõ pater sicut hæc, filius non est pater. Sed dubium est an sit concedenda hæc, essentia est non pater. Et videtur q̃ sic: quia est res, quæ est non pater: vt puta, filius: sed quod sit falsa arguitur. Nam sequitur bene, essentia est non pater, ergo essentia non est pater (ab affirmatiua ad negatiuam) cõsequens est falsum: ergo antecedẽs. Credo melius est illam vel distinguere, vel negare. Illa tamẽ simpliciter est vera essentia est res quę est non pater, si tamẽ quis aliam concedat, debet illam concedere in hoc sensu. Et tũc nõ sequitur ad affirmatiua ad negatiuam: nec sequitur essentia est non pater (puta, res quę est non pater) pater est essentia, ergo pater est nõ pater. Sicut non sequeretur si loco de ly nõ pater, ponas filius. Et ex hoc secundo corolario sequitur tertio, hanc exclusiuam esse veram, tãtum pater, est pater.

Sed his omnibus non obstantibus Argu.1. arguitur alia via ad probandũ illam, pater est filius: sequitur bene, Quæcunq; sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se, pater & filius sunt eadem vni tertio puta essentię: ergo sunt idem inter se: & per consequens (saltem prędicatione idẽtica) verum est dicere, pater est filius. Maior est communis animi cõceptio cuius virtute Aristoteles. 1. priorũ fundat illationem identitatis extremitatis inter se ex idẽtitate earundem cum medio: & minor est de fide.

*Ad hoc argumẽtũ Theologi va*riè respõdent & fere omnes eodem recidũt: aliqui

aliqui dicunt cõsequentiã illam non valere: quia in minori denotatur patrem & filium esse idem vni tertio essentialiter, & in cõclusione denotatur ꝙ sint idẽ realiter, quod idẽ est quod personaliter: sed concludendũ est, ergo pater & fili⁹ sunt idẽ essentialiter inter se, quæ conclusio est vera. Sed tunc replicat. Bene sequitur, quæcũq; sunt eadem realiter vni tertio, sunt eadẽ realiter inter se, pater & filius sunt idem realiter vni tertio: ergo sunt idem inter se: & si sunt idẽ realiter, ergo hæc est vera, pater est filius. Et ideo alij aliter respondent: videlicet quòd illa consequentia non valet, nisi quando maior ęquiualet vni de omni: vt videlicet faciat hũc sensum, quęcunq; sunt eadẽ vni tertio, & cuicunq; quod identificat cum illo tertio, sunt eadem inter se. Et si maior accipiatur in illo sensu, & minor in eodẽ sensu: tunc consequentia est bona, sed minor est falsa: nã licet pater & filius sunt eadem vni tertio, puta essentiæ, non tamen sunt eadẽ cuicunq; quod identificatur cum illo tertio: quia nõ sunt eadem cuicũq; personæ. Et hanc solutionẽ sub alijs verbis insinuat Capreolus. 1. d. 2. quæst. 3. vbi dicit, sciendum est, quòd quãdo aliqua extrema sic identificãtur alicui tertio, quòd nullum extremorum idẽtificat sibi illud adęquatè: imò medium pluribus identificatur q̃ extrema, tunc non oportet ꝙ extrema idẽtificata in tali medio, identificetur inter se: vt pateret admisso illo homine vniuersali Platonico: cui quanq̃ Petrus & Paulus essent idem, nõ tamẽ essent idem inter se. Sed tamen hæc solutio quodãmodo videt petere principiũ. Et ideo aliter respõdetur, ꝙ si cõclusio illius syllogismi posit facere sensum quẽ facit minor in antecedẽte, certè bona esset consequẽtia, & cõclusio esset vera: nam esset sensus, ꝙ pater & filius essent inter se idẽ essentialiter: vel etiã idẽ realiter: vt ly realiter, accipiat trãscendentaliter, vt se extendat ad personaliter vel essentialiter: nã in illo sensu minor erat vera. Sed tamẽ in rigore propter relationem intrinsecã quę denotatur in illo verbo, inter se, nõ audẽt Theologi cõcedere illã cõclusionẽ, pater filius sunt idẽ inter se, quia perinde valet in rigore ac si diceres, pater est fili⁹, quę simpliciter est falsa. Vnde. S. Thomas. 1. par. q. 28. arti. 3. simpliciter negat illam consequetiam, & dicit, ꝙ illa habet vniuersaliter verũ: quãdo aliqua sunt eadẽ vni tertio re & ratione. Et si maior accipiatur in hoc sensu, & minor in eodem, tunc minor est falsa: nã pater & filius licet sint idem re cum essentia, tamen differunt ratione ab illa: & sic non sequitur quòd inter se sint idem. Sicut Arist. 3. Physico. tex. 21. concedit quòd actio & passio sunt eadem realiter motui, tamen quia differunt ratione ab illo, differũt inter se realiter, hoc saltem modo realiter: vt hæc sit falsa, actio est passio: sed solum est cõcedendũ, actio est res quę est passio: sicut in diuinis hæc est falsa, pater est filius: sed hæc est vera, pater est res quæ est filius. Itaq; cum sola distinctione rationis extremorũ ab vno tertio stat aliqualis distinctio realis inter se. Nec ex hoc sequit (vt aliqui putãt) ꝙ in creaturis est omnimoda similitudo diuinorũ, quia actio & passio nõ distinguunt personaliter tanq̃ duo supposita, sicut personæ diuinæ.

Caput tertium.



EST tandem quærere in hoc vltimo cap. an principia & leges syllogismorũ vsque ad syllogismos exponibiliũ extẽdãtur. Et videtur ꝙ nõ. Sequitur nanq; formaliter, tantũ homo est animal, tantùm risibile est homo, ergo tãtũ risibile est animal: vbi tamen arguitur ex puris particularibus, cum ly homo, nullibi distribuatur cõpletè. Item formaliter sequitur, tantùm homo nõ est animal, tantũ homo nõ est risibile, ergo risibile est animal: vbi arguitur ex puris negatiuis: & pręmissa existẽte negatiua, cõclusio est affirmatiua contra duo principia suprà posita. Itẽ formaliter sequit, tãtũ homo non est animal, tantũ risibile homo non est, ergo nõ tantũ risibile nõ est animal: vbi tamen præmissis existentibus particularibus, conclusio est vniuersalis: ergo leges syllogismorum non tenẽt in exponibilibus. In contrarium est, quòd illa principia sunt necessaria: ergo tenent in vniuersum. Not. 1.

Circa hanc quæstionem notandum est, ꝙ cũ ꝓpositiones exponibiles plures includant categoricas omniũ exponentiũ, habẽda est ratio. Et ideo sit prima regula. Quãdo cõclusio est exponibilis copulatiuę necesse est ad bonitatẽ syllogismi, aut cõuertibilẽ cõclusionis, aut vtrãq; exponẽtẽ inferri ex ꝑmisis dicti syllogismi. Si verò est exponibilis disiũctiuę, satis est alterã exponẽtem ex dictis ꝑmisis inferri, vt tota exponibilis inferat. Regula est manifesta, eò ꝙ à parte copulatiuę ad totã, cõsequẽtia nõ est formalis, sed à parte disiũctiuę ad totã, cõsequẽtia est optima. Secũda, Quando pręmissæ alicuius Not. 2. Regula 3.

syllogismi

syllogismi sunt exponibiles disiunctiuè, necesse est aut couertibiles earum, aut vtraque exponentem inferre conclusionem dicti syllogismi: quando verò exponibiles exponũtur copulatiuè, satis est ꝙ ex vna exponente vnius, & alia alterius inferatur conclusio. Hæc regula ex eodẽ fundamẽto colligitur. Nam licet conclusio inferatur ex vna parte disiunctiuę, nõ sequitur quòd inferatur ex tota: quia potest antecedens verificari pro alia parte disiunctiuę: eadem cõclusione existente falsa. Sed tamen si aliqua pars copulatiuę infert cõclusionem, tota copulatiua infert illam. Nam casu quo altera pars copulatiuę non potest esse vera sine conclusione, à fortiori nec tota copulatiua erit vera. Et proportionabiliter loquendũ est, quãdo altera pręmissarũ est exponibilis, & altera simplex categorica. Tertia regula, defectus syllogismorũ exponibilium dignoscũtur, reducendo illas ad suas conuertibiles simplices categoricas, vel considerando seorsum exponentes, in quarum virtute tenẽt. Reuocandum est tãdem in memoriam ex cap. de conuersionibus: quęnã propositiones sint virtualiter affirmatiuę, quę ve negatiuę: itẽ ex opusculo exponibiliũ considerandum est quomodo termini cuiuscunq; exponibilis supponãt. Nec opus est syllogismũ expositoriũ formaliter cõstitui in aliquo. 19. modorum: sed satis est ꝙ formaliter vel virtualiter habeat omnes conditiones suprà constitutas.

Not. 3. *Ad quęstionẽ igitur propositam* respõdetur affirmatiuè. In quibuscũq; nãq; propositionibus tenent leges positę syllogismorũ. Vnde ad primum argumentum conceditur illam consequẽtiam esse formalem syllogismũ. Nec arguitur ex puris particularibus: vt patet in syllogismo, in cuius virtute tenent: scilicet, omnis homo est risibilis, omne animal est homo, ergo omne animal est risibile: cuius maior est cõuertens minoris alterius: & minor conuertens maioris: & conclusio conuertens conclusionis. Tenet quoq; dictus syllogism⁹: quia ex prima exponẽte maioris, & conuertente minoris, sequitur in disamis prima exponẽs conclusionis. s. homo est animal, omnis homo est risibilis, ergo risibile est animal. Et ex secunda exponẽte maioris, & secũda minoris, sequitur secũda conclusionis: scilicet, nihil nõ homo est animal, nihil nõ risibile est homo: ergo nihil non risibile est animal: vt suprà dictum est inter subsumendũ sub termino infinitato. Quinimò, si ipsum syllogismũ, vt iacet in exponibilibus, consideres, non arguitur ex puris particularibus, cùm mediũ in minori complete distribuať, & extremitas eodẽ modo supponat in conclusione: sicut in præmisis. Hic verò non est bonus syllogismus, omnis homo est animal, tãtùm risibile est homo, ergo tantùm risibile est animal: arguit enim ex parte maioris extremitatis à nõ distributo ad distributũ. Et quãq ex maiori & conuertente minoris sequatur prima exponens cõclusionis in darapti, scilicet, omnis homo est animal, omnis homo est risibilis, ergo risibile est animal: nõ tamẽ sufficit ad bonitatẽ syllogismi: quia conclusio est copulatiua, & secũda exponẽs nõ infertur ex illis præmisis. Ad secundum argumentũ pariter conceditur illam consequentiam esse syllogisticam. Et negatur argumẽtari ex puris negatiuis: nã illæ exponibiles tertij generis virtualiter sunt affirmatiuę, cũ inferant affirmatiuam. Et ideo ex secundis exponentibus sequitur illa conclusio in darapti, scilicet, omne nõ homo est animal, omne nõ hõ est risibile, ergo risibile est animal. Eodem modo ad tertium, conceditur illam consequentiam esse syllogisticã. Nam quãquã formaliter minor appareat particularis, & cõclusio vniuersalis, tenet tamen syllogismus virtute huius, homo nõ est animal (quæ est prima exponẽs maioris,) omne nõ risibile omnis homo est) quæ est secũda minoris:) ergo aliquod non risibile nõ est animal (quæ est secũda conclusionis,) quæ quidem conclusio exponitur disiunctiuè.

Per hanc artem poterit quicunq; Not. 4. gratia exercitij plura adhuc exempla multiplicare. v. g. Non sequitur, tantũ substantia non est creatura, omnis homo est substãtia, ergo null⁹ homo est creatura: quia si cõsideres illationem virtute primæ exponẽtis maioris, mediũ nullibi distribuitur. Si verò illã cõsideres in virtute secũdæ exponẽtis, tunc arguitur à nõ distributo ad distributum ex parte maioris extremitatis. Quare optimè sequitur, tantũ substantia creatura non est, omnis homo est substantia, ergo nullus homo est creatura: nam ex secunda exponente & eadẽ minori, sequitur illa cõclusio. s. omne non substantia omnis creatura est, omis homo est substantia, ergo nullus homo est creatura: quia maior infert hanc, nulla substãtia est creatura: quæ cum eadem minori, infert eandem conclusionem in celarent.

Contra

Argu. 1. *Contra hæc autem quæ dicta sunt* arguitur primo. Sequeretur ex dictis hanc consequentiam esse bonam in barbara, tantùm ens possibiliter est creatura, tātū Deus necessariò est ens, ergo tantū Deus possibiliter est creatura: postquàm similis syllogismus in propositionibus de inesse dictus est esse formalis: & tamen præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa: ergo illa dispositio non tenet vniuersaliter. Respōdetur negādo hunc syllogismum esse bonum. Nec est eadem ratio sicut in illis de inesse. Nam medium vbi non distribuitur: pro pluribus accipit, quā vbi distribuitur, vt fit manifestum arguēdo ex conuertibilibus pręmissarum, omne ens quod necessariò est ens possibiliter est Deꝰ, quæ est cōuertens minoris: omnis creatura possibiliter est ens, quę est conuertēs maioris: ergo oīs creatura possibiliter est Deus, quæ est cōuertens conclusionis. Nec sequitur tantum creans necessariò est ens, tātum Deus possibiliter est creans, ergo tātū Deus possibiliter est ens (accipiendo necessarium simpliciter, vt tātùm Deus sit necessarius:) arguitur enim ex parte maioris extremitatis à minùs ad magis restrictum cum distributione: vt patet in syllogismo ex conuertentibus, in cuius virtute hic tenet: scilicet, omne creans possibiliter est Deus (q̄ est conuertēs minoris,) omne ens quod necessario est ens, possibiliter est creans (quæ est conuertēs, maioris:) ergo omne ens possibiliter est Deus, quæ est conuertens conclusionis.

Argu. 2. *Secundò arguitur formaliter, sequitur* in secunda figura, tantùm animal est homo, tātùm equus non est homo, ergo nō tantum equus est animal: & tamen inferendo primam exponentem cōclusionis negatiuam, ex primis exponentibus præmissarū arguitur à non distributo ad distributū ex parte majoris extremitatis: & inferendo secundam affirmatiuam ex exponētibus pręmissarū affirmatiuis, arguitur ex puris particularibꝰ particularitate medij, scilicet, animal est homo, & omne nō equus est homo ergo aliquid non equus est animal. Hic notato, quod in secūda & tertia figura possunt formari optimi syllogismi, quorum illatio teneat in virture secūdarum exponentium. Vnde, ad argumentum respondetur, illum esse bonum syllogismum, cuius secūda pars infertur ex secundis exponentibus pręmissarum: hoc modo, nihil non animal est homo, omne non equus est homo, ergo nullus non equus est non animal, in cesare. Et cum constantia subiecti (quæ sequitur ex eàdem minori) infertur, omne non equus est animal à negatiua ad affirmatiuam: ex qua rursus infertur, aliquod non equus est animal, quæ est secunda exponens dictæ conclusionis. Eàdem ratione & formaliter sequitur in tertia figura, tantùm animal est homo, tantùm animal non est equus, ergo equus non est homo: licet videtur argumentum ex puris particularibus. Nam ex secūdis exponētibus præmissarum, sequitur illa cōclusio in felapton: scilicet, nullum non animal est homo, omne nō animal est equus, ergo equus non est homo.

Argu. 3. *Tertiò principaliter arguitur, non* sequitur, omne animal pręter hominem est irrationale, omnis homo est animal ergo omnis homo pręter hominem est irrationalis: & tamen arguitur in barbara, ergo barbara non tenet in exponibilibus. Quòd si dicas medium pro pluribus accipi in minore, vbi non distribuitur, quàm in maiori, vt patet arguendo ex primis exponētibus, omne animal nō homo est irrationalis, omnis homo est animal &c. ad minus, subsumendo cum eàdem restrictione, omnis equus est animal non homo, sequeretur, omnis equus pręter equum est irrationalis, quod est falsum. Hic adnotandum, quod in exceptiuis potest fieri subsumptio: aut sub termino à quo fit exceptio, qui distribuitur in prima exponente: aut sub parte extrà capta, quæ distribuitur in secunda & tertia: aut sub prędicato. quod distribuitur in tertia. At verò, qn̄ subsumitur sub termino à quo fit exceptio, vel restrigendū est mediū in minori, sicut in prima exponēte maioris, vt dictū est modò in solutione argumēti: aut distribuēdū est simpliciter ī minori. Est tn̄ differētia, ꝙ qn̄ distribuitur in minori sine restrictione, infertur exceptiua eiusdem generis cum maiori. Vt optimè sequitur, omne animal pręter hominē est irrationale, oē albū oē animal est, ergo omne album pręter hoīem est irrationale. At qn̄ mediū in minori non distribuit, sed restringitur: non sequitur exceptiua: sed pręiacēs. Vt oē aīal pręter hoīem est irrationale, omnis equus est animal nō homo, ergo omnis equus est irrationalis.

Licitum est etiam subsumere sub parte extrà capta, ad inferēdū affirmatiuè & negatiuè: quia distribuit in secūda exponenti

nenti affirmatiua & in tertia negatiua Quare optimè sequitur, omne corpus præter animal est insensibile, omnis homo est animal, ergo omnis homo est corp⁹: quia ex secũda parte maioris, scilicet, omne animal est corpus, cum eàdem minori, sequitur illa cõclusio in barbara. Et ex eisdem præmissis sequitur, nullus homo est insensibilis: quia ex tertia exponente maioris, scilicet, nullũ animal est insensibile, cum eàdem minori, sequitur illa conclusio in celarent. Non tamẽ ex eisdem pręmissis cõcluditur exceptiua, omne corpus præter hominẽ est insensibile: quia ex parte subiectorum primarũ exponentiũ argueretur ab inferiori ad suũ superius cum distributione: nam ly corpus, quod non est animal, inferius est ad ly corpus, quod non est homo.

Argu. 4 *Vltimo tandem arguitur: optimè* sequitur in camestres, omne corpus præter animal est insensibile, omne coloratum pręter album non est insensibile, ergo nullũ album est animal, Et tamen extremitatis illæ conclusiones nõ sunt totalia extrema in pręmissis: ergo illa cõditio nõ requiritur in exponibilibus. Respondetur quod hic syllogismus est bonus, quia illa cõclusio ĩfertur in cesare ex tertijs exponentibus præmissarũ. scilicet, nullum animal est insensibile, omne album est insensibile, ergo nullum albũ est animal. Et eàdem ratione sequitur formaliter, omne animal præter hominem est irrationale, omne coloratum præter hominem non est albũ, ergo album nõ est irrationale: quanq̃ medium, scilicet, ly hominẽ, nullibi sit totale extremum: quia illa conclusio sequitur ex tertijs exponentibus præmissarũ in felapton.

Circa subsumptionẽ sub terminis reduplicatiuæ nulla est specialis difficultas. Nempe sub termino pręcedente dictionem reduplicatiuã eodem modo licet subsumere, sicut in simplicibus categoricis. Vt formaliter sequitur: omnis homo in quantũ rationalis est risibilis, omne album est homo ergo omne album in quãtum rationale est risibile. At sub termino sequẽte dictionem reduplicatiuam nõ licet subsumere: nam virtualiter subsumeret sub termino antecedentis & consequentis cõditionalis & causalis. Vt non sequitur, omnis homo in quãtũ rationalis est risibilis omne album est rationale, ergo omnis homo in quantũ albus est risibilis. Prædicatum autẽ reduplicatiuę, cùm in nulla exponẽtium distribuatur, non potest esse medium syllogismi, nisi in alia præmissa distribuatur: vt ex his præmissis, animal est equus, omnis homo in quantum rationalis est animal: nulla sequitur cõclusio. Si autem medium distribueretur in maiori optimè sequeretur, omne animal est equus omnis homo in quantum rationalis est animal, ergo om̃is homo est equus, virtute primæ exponentis minoris. Itẽ sequeret, omne rationale est equus, virtute tertiæ.

Circa exponibiles de, incipit, & de differt, & circa alia genera exponibilium, nihil speciale operę pretium est hic adnotare, præter illa quæ superiùs dicta sunt. Et hæc de syllogismis.

*Siquę sunt in his quinq; libris er*rata, in calce opusculi obligationum ad verum exemplar correcta sunt.

FINIS LIBRI QVINTI

Deinso

DE INSOLVBILIBVS.



SED propter sophistarum importunitatẽ necessariũ duximus, & de insolubilibus propositionibus tantillũ dicere. Propositio insolubilis (quam Graeci dilemma vocant) est illa, vt nomen praefert, quae vtrinque capit aduersarium: vt ego mẽtior. Propositionis insulubilis multae sunt species. Vnde propositio se falsificans est illa, ad cuius veritatẽ consequitur, vt sit falsa, vt haec est falsa, quę se demonstrat. Propositio se impossibilitãs est illa ad cuius possibilitatẽ consequitur, vt sit impossibilis, vt haec est impossibilis. Propositio destruens suam necessitatem est illa, ad cuius necessitatem consequitur vt non sit necessaria: vt haec non est necessaria. Propositio destrues suam contingentiam est illa, ad cuius cõtingentiã consequitur, vt non sit cõtingens: vt hęc non est cõtingens. Atq; adeò multę sunt aliae id genus reflexiuae propositiones. Quo fit, vt in insolubilibus, nec repugnet duas contradictorias esse simul falsas: vt sunt illae: haec est falsa, haec non est falsa, (vtroq; pronomine demõstrante affirmatiuam, nec proinde repugnet in bona consequentia antecedens esse verum & consequens falsum. vt est in illa, hoc consequens est falsum: ergo hoc consequens est falsum) vtroque pronomine demõstrante consequens.

Lectio prima.

No. 1. *Propositiones insolubiles, etiam* inter antiquos Sophistas fuerũt in vsu, quas Cicero libro quarto Acade. quęstionum, inextricabiles appellat, & alio nomine dicuntur reflexiuae. Et apud Graecos propositio insolubilis dicitur dilemma, id est, argumentum cornutum quod vtroq; cornu capit aduersarium. Et est exemplum Ciceronis, vt si tu pronunties hanc propositionẽ, ego mentior: quę tantumvalet sicut, falsum dico: tũc vtroq; modo vinciã te: nam vel mentiris, vel non mentiris. Si das primum: ergo profers verum cùm asserebas te mentiri, & per consequens non mentiris. Si verò das secundũ .s. quòd non mentiris: ergo profers falsum cùm asserebas te mentiri & per consequens mentiris. Hac ergo ratione dicebat͡ haec propositio insolubilis. quia non poterat solui. Sed Moderni, praeter rei dignitatem, dilatauerunt istam materiam: in qua tamen re vera, parum est vtilitatis, & ideò nos eam breuiter transcurremus.

Not. 2. *Quatuor specis propositionis in*solubilis explicãtur in textu: quibus plures addunt Summulistae. Nec sunt contenti sophistae huius temporis, tãtum immorari in insolubilibus, sed definitiões ipsas insolubilium in intelligibiles constituunt. Dicunt enim propositionẽ se falsificantẽ esse illam, quae ex eius, ita esse, vel ex ita esse cum vero vel veris, sequit͡ ipsam esse falsam, & nescio quas alias tricas inculcant. Sed tamẽ definitio, vt sępissimè admonuimus, debet esse, & breuis & lucida, quales sunt definitiones in textu. Illę tamen sano modo intelligendę & explicandae sunt. Hęc ergo propositio, haec est falsa, quę se demonstrat, se falsificat: nam ad veritatem illius consequitur: vt sit falsa, Sequitur enim benè, hęc est vera ergo ita est sicut per illam significat͡: & significat se esse falsam, ergo ita est. Quare si cum eadẽ significatione, quam modò habet, significaret etiã sub disiũctione Deum esse. illa nõ se falsificat simpliciter, sed solũ secũdum primam significationem. Eadem ratione hęc, omnis propositio se falsificat, falsificat se. Et hęc patet, aliqua propositio est falsa, ipsa sola existente, se falsificat. Nam sequitur benè, illa est uera: ergo ita est sicut per illam significatur, sed per illam significatur aliquã propotionẽ esse falsam ergo aliqua est falsa. Et nulla est in mũdo nisi illa: ergo illa est falsa.

Vbi ex veritate illius, adiunctis aliis veris propositionibus, sequitur illam esse falsam. Sed contra. Illa sola propositione existete, nulla est alia propositio vera: ergo repugnat casus, videlicet, sint aliæ propositiones, quæ sumuntur in antecedete. Respondetur, quod nulla est repugnatia i casu. Accipitur enim in hoc sensu, quod illa sola existete, ex veritate illius, & ita esse sicut modo significatur per illas alias propositiones, sequitur illam esse falsam. Et cùm dicimus ad veritatem cosequi vt sit falsa intelligitur quod sequatur per modum intrinsecum. Nam consequentiam, quæ solu tenet p modum extrinsecu, iam dictum est non valere. Quare, propositio impossibilis, vt homo est lapis, no se falsificat: quaquam ad veritatem illius per modum extrinsecum sequatur, vt sit falsa. Nec ista propositio cotinges. Dominicus loquitur, quæ modo est falsa, falsificatse: quaquam ad eius veritate cosequatur vt sit falsa. Nam sequitur bene, est vera: ergo ita est vt significat: sed ita no est, ergo est falsa: quia non sequitur ratione significationis ipsius, puta, quia veritas includat falsitatem eius, sed per accides assumitur esse veram, ad probandum quod sit falsa: imò est falsa, quia no est ita vt significat.

*Simili modo propositio se impossi*bilitas est illa ad cuius possibilitatem consequitur, vt sit impossibilis. Vt, data hac propositione, hęc propositio est impossibilis, sequitur bene, illa est possibilis, ergo pot ita esse sicut per illa significatur: & cùm res non possint melius se habere vt ita sit. ergo nunc ita est; & per consequens est impossibilis. Quare & illa, hæc est falsa, se impossibitat. Nam si potest esse vera, potest ita esse sicut significat: & res non possunt melius se habere vt ita sit, ergo ia ita est: & significat se esse falsam, ergo ita est quod est falsa: & res non possunt melius se habere, vt sit vera, ergo est impossibilis. Eadem ratione illa propositio hęc non est necessaria, destruit suam necessitatem. Nam si est necessaria, ergo necesse est ita esse sicut per illam significatur: sed significat non esse necessaria, ergo non est necessaria. Et eadem ratione illa, hæc non est contingens, destruit suam contingentiam. Nam si est contingens, sequitur posse ita esse sicut per illam significatur: & cùm res no possint melius se habere vt ita sit, iam ita est, quod non est contingens. Et eadem ratione, illa propositio, hæc propositio significat aliter esse, quam est, destruit suum ita esse: & illa, impossibiliter ita est sicut per hanc significatur, destruit suu posse ita esse. Et ita de similibus. Sed tamen si dicas, hæc propositio est vera, vt ipsam eandem demonstres, non se verificat. Nam propositionem se verificare est, quod ad falsitatem illius sequatur veritas: & tamen concesso, illam propositionem esse falsam, non potest inferri illam esse veram, sicut nec concesso illam esse vera, sequitur illam esse falsam. Eadem ratione nec ista, hæc propositio est possibilis, se possibilitat. Quare, istæ propositiones non sunt reflexiuæ. An verò detur propositio se verificans, vel se possibilitans, vel se necessitans, videbitur statim.

Nota.3.

Not.4. *Sunt qui putet nullam propositio*nem se falsificare. Et cùm quæritur, an illa hæc est falsa, sit vera vel falsa, neutrum volunt dare. At verò isti non possunt sic excusare propositionem se falsificantem. Nam satis est, vt propositio se falsificet, quod ad veritatem illius cosequatur esse falsam: siue concedatur esse vera, siue non: ita vt consequentia hæc teneat per modum intrinsecum, est vera, ergo est falsa. Ex quo sequitur, vtranque harum propositionum, hæc propositio est falsa (primo pronomine demonstrante secundam, & secunda demonstrante primam) se falsificare. Nam sequitur bene, Prima est vera, ergo ita est sicut per illam significatur: sed per primam significatur secundam esse falsam, ergo secunda est falsa: non est potior ratio quod secunda sit falsa, quàm prima, ergo & prima est falsa. Et proportionabiliter arguitur, incipiendo à secunda. Et pari ratione: si Petrus proferat, Paulum dicere falsum, & Paulus proferat, Petrum dicere falsum, vtraque propositio se falsificat.

Argu. 6. *Sed contra ea, quæ dicta sunt, ar*guitur, Pronomen non potest demonstrare propositione, cuius est pars: ergo malè concessum est oppositum. Probatur anteceders. Aut pronomen demonstratiuum est singulare, ita vt in significando, instar notitiæ intuitiuæ, solùm ab obiecto quod demostrat possit produci, ipsumq; solu demonstrare: aut habet significatione commune, qua, ide manes in mete, potest diuersa demostrare. Si primu, sic arguit, ois effectus presupponet suam causam: ergo in mete, antequa formet ly, hęc, debet formari tota propositio, quę est obiectum

obiectum illius: sed ly, hæc, est pars propositionis quã demonstrat, & repugnat aliquid esse prius se: ergo actus demonstratiuus non potest demonstrare proportionẽ, cuius est pars: quanq̃ posit demonstrare ꝓpositionẽ sequentẽ pronomẽ: nã certè aliàs idẽ significaret se naturaliter ꝓpriè singulariter, quod est repugnantia. Si detur secundũ membrũ, videlicet, ꝙ pronomen sit cõmune in significando, ferè eadem est difficultas: nam vix est intelligibile, quomodò pronomen exerceat officiũ in seipsum: quia actus distributiuus non potest distribuere terminum, cuius ipse est pars, nec negatio potest negare propositionem, cuiꝰ est pars, sed negat residuũ dempta negatione. Quòd si dicas, pari modo ly, hæc, non demõstrare totam propositionem cuius est pars, sed residuum dempto pronomine, tunc non esset reflexiua, imò nec esset propositio magis, quã si diceres, hæc, animal est substantia, tota propositione materialiter sumpta, demonstrata.

Propter hoc argumentum, Occham & multi alij negãt pronomẽ posse demonstrare propositionẽ, cuius est pars. Et forsan in rigore verũ dicũt, saltẽ in mente vltimata. Nam certè vix potest hoc intelligi, ꝙ pronomen demonstret seipsum. Vnde apud Antiquos non legimus inter reflexiuas, istas quæ se demonstrent. Hoc tamen nõ obstante, dicimus ꝙ causa disputationis admittitur huiusmodi demonstratio. At verò, Occham & de Alliaco vlteriùs procedũt, videlicet, quòd pars ꝓpositionis non potest supponere pro propositione, cuius est pars. v. g. subiectũ huius, aliqua propositio est falsa, non põt supponere pro ipsamet propositione, cuius est pars. Nec in hac, ego dico falsum, ly, falsum, potest supponere pro ipsamet propositione cuius est pars. Et inde concludunt, nullã esse propositionẽ reflexiuã. Sed tamẽ quicquid sit de pronomine, non est negandũ extremũ propositionis posse accipi pro ipsamet propositione. Nec illud satis probant. Est enim eorum potissima ratio hæc: Notitia nõ potest formaliter distinctè significare se naturaliter propriè: ergo non potest accipi pro se, quia nõ potest esse notitia sui adęquatè, qa nihil est similitudo suiipsius. Sed tamen ad hoc respõdetur, quòd satis est, notitiã posse signare se cõmuniter, sicut illa notitia conceptus, significando omnes conceptus, significat se: & eâdem ratione, ly, propositio, significando omnes propositiones, significat illam cuius est pars: & per cõsequens potest accipi pro illa. Secunda ratio eorum est ex communi modo concipiendi. Nam si qñdo taceo, rogatus quid dicam, respondeã nihil, omnes assistentes iudicabunt me dicere verum: cùm tamen si ly, nihil, supponat pro propositione, cuius est pars, falsum esset: quia tunc aliquid dicerem. Et eadẽ ratione me proferẽte, ego dico falsum, ly, falsum, non accipitur ꝓ illo quod tunc dico: sed in comuni vsu accipitur ꝓ propositione, quàm priùs protuleram. Respondetur, quòd nec ista ratio concludit nam cũ quis dicit, nihil dico, aut dico falsum illa verba referuntur ad tempus præteritum quando tacebam, aut dicebam falsum.

Secundò principaliter arguitur, sequeret̃ ex definitione propositionis se falsificantis, ꝙ hæc propositio se falsificaret, omnis propositio est particularis: nam sequitur benè, illa propositio est vera, ergo est in rerum natura, & cùm ipsa sit vniuersalis, sequitur vt non omnis sit particularis: sed cõsequẽs est falsum, postquã non asserit se esse falsam. Summulistæ Moderni respondent ad hoc, ꝙ illa propositio nõ se falsificat. Vnde distingunt, ꝙ verũ accipit̃ dupliciter: vno modo pro eo q̃d est verè & affirmatiuè prędicari: quod quidem ponit existentiã propositionis. Et isto modo, ad veritatẽ illius propositiõis sequitur falsitas: nam ad veritatem sequitur talem propositionẽ existere, & inde sequitur ꝙ sit falsa. Alio modo accipitur, verum, pro eo quod ita est sicut per ꝓpositionẽ significatur. Et ad veritatẽ isto modo nõ sequitur vt sit falsa, quia ita esse non includit illam esse falsam: imò casu quo sola esset hæc propositio in mũdo, aliquis homo disputat, ita esset tunc, sicut modò per illam vniuersalem significatur: & non esset falsa. Et ideò, in definitione propositionis se falsificantis, accipitur, verũ, pro ita esse. Et placet iste modus dicendi. Quare, dicta propositio nõ se falsificat, quia nõ sequitur, vt sit falsa, ex hoc ꝙ sit vera, sed ex hoc ꝙ existit. Itaq; quãquã non assumeres illam esse verã, sed illam existere, concluderes illam esse falsam. Argu. 2.

Lectio secunda.

His præsuppositis, quæstio prima in hac materia circa vltima verba textus est, an in reflexiuis cõcedẽda sint duo contradictoria simul falsa? Et arguitur ꝙ non. Nam vt docet Arist. 1. Periher. cap. de opposi- Not. 1.

V 2 tione,

tione, primum principium per se notum est quòd ex duabus contradictorijs, necesse est alteram esse veram, & alteram esse falsam. Et 4. Metaph. latissimè ostendit, ꝙ si altera duarum contradictoriarũ est vera, altera est falsa, & si altera est falsa, altera est vera: quia nõ est dare medium. Sed in contrarium arguitur in his, hęc est falsa, hæc non est falsa (vtroque pronomine demonstrante affirmatiuã) quarum prima est falsa, postquam se falsificat, & negatiua est falsa: quia aliter est quàm per illam significatur.

Not. 2. Quæstio hæc pendet ex vna alia quæstione antiquorum sophistarum, an omnis propositio sit vera vel falsa, etiã in reflexiuis. Nã Cicero loco citato. 4. Academica. quæstionum dicit, ꝙ ex illo vniuersali principio, omnis ꝓpositio aut vera est aut falsa, sophistæ excipiebãt reflexiuas, quæ nec sunt veræ, nec falsæ. Hanc tamen exceptionẽ (inquit Cicero) à me nunquã impetrabunt. Et ratio illorũ erat, quia illa propositio, hæc est falsa, quemadmodũ destruit suam veritatẽ, quia ad eius veritatẽ, vt dictũ est, cõsequitur vt sit falsa: ita videtur destruere suam falsitatem, videlicet, ꝙ ad falsitatẽ sequatur vt sit vera. Sequitur enim, est falsa, ergo ita est sicut per illam significatur postꝗ̃ significat se esse falsam, & si ita est vt per illam significat, inferebant illi, ergo est vera. Et sic videtur, ꝙ nec potest cõcedi vera nec falsa, & propterea dicebat insolubilis, & dilẽma: quia vtraq; parte capiebat respõdentẽ. Vnde secundũ istos nunꝗ̃ dantur contradictoriæ falsæ in reflexiuis, sicut nec dantur veræ. Et ex illis assũptis contradictorijs, affirmatiua nec est vera, nec falsa, sed negatiua est vera, ꝗ̃ significat affirmatiuã nõ esse falsam. Et certè nõ esset oĩno improbabilis iste modus dicẽdi, quãꝗ̃ Cicero illic non probat. Nihilominus opinio cõmunis est, ꝙ nulla sit propositio, quæ nõ sit vera vel falsa, postꝗ̃ illa est definitio propositionis. s. quæ verè vel falsè significat. Et ideò dicunt, ꝙ propositio asserẽs se esse falsam, est falsa. Nam cũ ad vtranq; partẽ habeat apparentiã, vt modò probatũ est, potior ratio est, ꝙ sit falsa, eò ꝙ asserit se esse falsam. Vnde ad argumentũ prioris opinionis, cùm arguitur, illa est falsa, ergo ita est sicut per illã significatur, postꝗ̃ significat se esse falsam, cõceditur consequẽtia. Sed cùm inde infertur, ergo est vera, negatur consequentia. Imò conceditur ꝙ ita est, sicut per illam significatur. & tamẽ est falsa quia se falsificat. Vnde illa propositio, hæc est falsa, significat verè, id est, ita esse sicut est: & nihilominus est falsa. Vnde secũdum hãc opinionem, illæ propositiones assumptæ, sunt ambæ falsæ, affirmatiua, quia asserit esse falsam: & negatiua, quia aliter est quàm per illam significatur.

Alij sunt hic modi dicẽdi, qui nõ habent tantam apparentiam. Vnus est, qui mihi aliquando apparebat probabilis: videlicet, quòd illa propositio, hæc est falsa, sit vera. Vnde cùm infertur, ergo ita est sicut per illam significatur, conceditur. Et cùm posteà infertur, ergo ita est quòd est falsa, postquã significat se esse falsam, & hoc etiam conceditur. Sed cùm infertur, ita est ꝙ est falsa, ergo est falsa, negatur consequentia. Imò proptereà est vera: quia significat se esse falsam, & ita est quod est falsa. Sed re vera iam modò non videtur mihi probabilis hæc responsio, scilicet, negare illam consequentiam, ita est quòd est falsa, ergo est falsa: nam antecedens includit consequens. Alij dicũt, propositionem insolubilem non esse simpliciter propositionem, quia non significat quiescenter: cùm ad veritatem sequatur vt sit falsa, & ad falsitatẽ sequat vt sit vera. Et forsan isti consentiunt in re cum priori opinione. Sed tamen postquã illa propositio, hæc est falsa, significat per modum indicatiui, male negatur significare quiescenter, nam significat ita esse sicut est. Alij dicũt, quòd illa propositio reflexiua, nec est simpliciter vera, nec simpliciter falsa: sed est vera, quia ita est sicut per illam significatur, & est falsa, quia se falsificat. Et isti in re consentiũt cum communi opinione. Alius posset fingi modus respondendi, videlicet. ꝙ istę non sunt synonymæ, hæc est falsa, hæc est falsa, (pronomine vtrobiq; demonstrãte primã) quia prima se falsificat: secũda verò nõ. Et eadẽ ratione, nec istæ sunt cõtradictoriæ, hæc est falsa, hæc nõ est falsa, vtrobiq; demõstrãdo primũ. Sed re vera in hoc parũ est apparẽtiæ: quia illæ priores significãt eandẽ esse falsam: & istę secũdę sunt affirmatio & negatio eiusdẽ de eodem. Omnibus ergo pẽsatis, concedendũ est, duas cõtradictorias esse falsas in insolubilibus. Et ad argumentũ adductũ ex. 4. Metaph. tex. 26. videlicet, ꝙ sit contra primũ principium per se notum, asserere duas contradictorias veras aut falsas, respõdetur quòd intelligitur extra reflexiuas: ipse enim Arist. tex. 29. insinuat hãc exceptionẽ in reflexiuis, vbi ait: Tã asserentibus oĩa esse vera, quã asserẽtibus omnia Not. 3.

mnia esse falsa, contingit illud famosum. s. ꝙ destruant suas opiniones: nam qui asserit (inquit) omnia esse vera, asserit cõtradictoriam talis propositionis esse veram: vnde sequitur illam propositionem quam profert esse falsam, vel duas cõtradictorias esse veras: & qui asserit omnia esse falsa, asserit & ipsam propositionem quam profert esse falsam. Hæc Aristo. vbi concedit hanc propositionem, omnis propositio est falsa, se falsificare.

Not. 4. *Ex his quæ dicta sunt, sequuntur* corollaria multa in insolubilibus: primò sequit̃ aliter esse, quàm per duas contradictorias significatur, vt patet in his, aliter est quã per hanc propositionẽ significatur, nõ aliter est quã per hanc propositionẽ significatur: vtroq; pronomine demonstrãte primam. Secundò sequitur eandẽ propositionẽ contradicere duabus, quarũ vna est vera, & alia est falsa: vt patet in hac, hæc nõ est falsa: quę contradicunt his duabus, hæc est falsa, hęc est falsa, omnibus tribus pronominibus demonstrantibus primã affirmatiuã. Illæ enim duę affirmatiuę sunt synonymę: & tamen prima est falsa, & secunda est vera. Tertiò sequitur, subalternantẽ esse verã, & subalternã falsam vt his duabus solis existentibus, omnis particularis est falsa, aliqua particularis est falsa, nam vniuersalis non se falsificat, & particularis se falsificat. Ex quo vlteriùs sequitur in bona consequentia antecedẽs esse verum, & consequens falsum per reflexionẽ. Sequitur quartò, ꝙ aliqua vniuersalis est falsa, cuius quęlibet singularis est vera: vt patet ĩ hac omnis vniuersalis est falsa, quæ se falsificat, & tamen nullæ eius singulares se falsificant. Sequitur quintò, quòd aliqua copulatiua est falsa, cuius quælibet pars est vera, & aliqua copulatiua est vera, cuius quælibet pars est falsa: vt patet in hac copulatiua, hæc est falsa, hęc est falsa: nam vtroq; pronomine demonstrante totam copulatiuam, verificatur primum membrũ, & vtroq; pronomine demonstrante categoricam, cuius est pars, verificatur secundũ. Et multa alia id genus corollaria, multiplicari possunt.

Argu. 1. *Sed contra solutionem quæstionis* arguitur. Sequeretur æqua ratione duas cõtradictorias esse simul veras, quòd multo peiùs sonat. Probatur sequela, hæ duę, hæc propositio est vera, hæc ꝑpositio non est vera, vtroq; pronomine demonstrante negatiuã, sunt contradictoriæ: & quòd negatiua sit vera probatur, quia ad falsitatem eius cõsequitur vt sit vera. Sequitur nanq;, illa negatiua est falsa, ergo alier est quàm per illam significatur: & per illam significatur se non esse veram, ergo aliter est, scilicet, quod est vera. Et inde sequitur affirmatiuam esse veram: quia significat ita esse sicut est.

Hic notandũ est, quòd aliqui Summulistæ, vt Thomas Bricot, contendunt negare in vniuersum duas contradictorias veras aut falsas, etiã in insolubilibus. Vnde ex illis superioribus, hæc est falsa, hæc nõ est falsa, vtroq; pronomine demõstrante affirmatiuã, concedit affirmatiuã esse falsam, quia falsificat: sed dicit negatiuã esse veram, licet sit aliter quã per illam significatur: nam satis est (inquit) vt propositio negatiua sit vera, quòd contradicat propositioni se falsificãti. Eodem modo respondent alij ad hoc argumentum, videlicet, ꝙ negatiua est vera, quia se verificat, vt probatum est, sed affirmatiua est falsa, quanq̃ ita est sicut per illam significatur: nam satis est vt affirmatiua sit falsa: ꝙ contradicat propositioni se verificanti. Sed tamen hæc opinio in primis petit principiũ, supponit enim, quòd ex duabus cõtradictorijs, si vna est falsa, altera est vera: & si vna est vera, altera est falsa, cuius oppositum prętendũt argumẽta probare in insolubilibus. Item concedere illam negatiuam, hęc nõ est falsa, quæ demonstrat affirmatiuam esse veram, cùm tamẽ aliter sit quã per illam significatur: & negare illam esse verã, hæc est vera, quæ demonstrat negatiuam, cùm tamen ita sit sicut per illam significatur, & non se falsificet, videtur contra cõmunem modum concipiendi. Igitur ad argumentum, concesso in insolubilibus duas contradictorias esse falsas, negatur duas contradictorias esse veras. Nec est eadẽ ratio. Nam dantur duæ contradictoriæ, quarum vna significat ita esse, sicut est, & alia aliter esse quàm est: sed tamen illa quæ significat ita esse sicut est, falsificat se: & ideo efficiuntur ambæ falsæ. Sed tamẽ propositio quæ significat aliter esse quã est, nunquã se verificat, & ideò non dant̃ simul veræ. Vnde ad argumentũ cõcedimus, illas esse contradictorias, sed negamus esse veras, imò sunt ambæ falsæ: negatiua, quia se falsificat: & affirmatiua, quia aliter est quàm per illam significatur. Quod autem negatiua se falsificet, ꝑbatur. Nam sequitur benè, negatiua est vera, ergo ita est sicut per illam significatur, sed per illam significatur esse nõ ve-

ram,ergo non est vera,& per consequens est falsa.Quo fit,vt idē omninò sit,quod vtraq; contradictoriarum demonstret negatiuam, negantem se esse veram: & quòd vtraq; demōstret affirmatiuam,asserentem se esse falsam.Et eâdem ratione idem est,quòd vtraq; contradictoriarum demonstret affirmatiuā, asserentem se esse veram,aut negatiuam,negantem se esse falsam.Et ideò ex his duabus hæc est vera,hæc nō est vera(prima vtrobiq; demonstrata)neutra se verificat aut se falsificat.Sed affirmatiua est vera,quę asserit se esse verā,& negatiua est falsa,quia aliter quam per illā significatur. Et eâdē ratione ex istis, hęc est falsa,hæc nō est falsa(vtrobiq; demōstrando negatiuam)neutra se falsificat, nec se verificat.Sed negatiua potest cōcedi vera, quia negat se esse falsam: & affirmatiua est falsa.,quia aliter est quā per illā significatur. Sed dubitat̃ hic,an istæ contradictoriæ, hæc est falsa,hæc non est falsa (vtrobiq; demonstrando affirmatiuam) sint eiusdem formæ cum his non reflexiuis,hæc mulier est alba, hæc mulier non est alba. Et videtur quòd non,quia aliàs sequeretur,quòd contradictoriæ non reflexiuæ,non repugnarent formaliter in falsitate. Fortè disputatio est de nomine.Sed melius est dicere, quòd sunt similis formæ: postquā illæ reflexiuæ sunt veræ contradictoriæ.Nec obstat legi contradictoriarum,quòd dentur in simili forma in reflexiuis cōtradictoriæ falsæ. Qui verò fingeret illas non esse contradictorias, hæc est falsa, hæc non est falsa,deberet similiter dicere, ꝙ nec est similis formę, cū alijs non reflexiuis.

Argu.2. *Secundò principaliter arguitur,* ꝙ duæ contradictoriæ sint veræ,sit Petrus qui proferat hāc,Deus est,Paulus verò proferat hanc exclusiuam,solus Petrus dicit verum, tunc vel illa exclusiua est vera,vel sua contradictoria.Si exclusiua est vera,ergo non solū Petrus dicit verum, postquā Paulus dicit etiam verum,& consequens est contradictoria illius exclusiuæ,ergo duæ contradictoriæ veræ. Si autem contradictoria exclusiuæ est vera,scilicet,non solùm Petrus dicit verum, ergo aliusà Petro dicit verum: & cùm non sit alius qui loquatur nisi Paulus (nā id quoq; ponimus in casu) ergo paulus dicit verum, & non dicit nisi illam exclusiuam , ergo illa exclusiua est vera , cum sua contradictoria.

Ad hoc admisso casu, negatur illas contradictorias esse veras , imo vtraque est falsa affirmatiua,quia se falsificat: & negatiua,quia est aliter quàm per illam significat: & quòd affirmatiua se falsificet, probatur. Sequitur benè , illa exclusiua est vera , ergo ita est sicut per illam significatur, & per illā significatur nullum alium à Petro dicere verum, ergo Paulus dicit falsam, & per consequens,exclusiua,quam profert,est falsa. Eâdem ratione, acceptis his propositionibus, tot sunt adæquatè veræ propositiones,quot falsæ:non tot sunt adæquatè propositiones verę quot falsę,casu quo simul cum illis duabus contradictorijs sint istæ propositiones, Deus est,homo est animal,hō est lapis: ambæ illæ contradictoriæ sunt falsæ, quia affirmatiua se falsificat.Sequitur nanq;,Affirmatiua est vera,ergo sunt tres propositiones veræ & duæ falsæ,& per consequēs nō sunt tot adæquatè veræ quot falsæ. imò sunt plures, & sic ad veritatē illius cōsequitur, vt sit falsa. Eâdem ratione respondendum est ad illum casum:videlicet si Petrus paciscatur hoc modo cum Paulo,Si prima propositio quā protuleris, fuerit vera, dabo tibi librum : si verò falsa non dabo: Paulus verò proferat istam, tu non dabis librum,tunc videtur duas contradictorias esse veras,scilicet, tu dabis mihi librū,tu non dabis mihi librum . Nam quæro quę illarum est falsa, si affirmatiua est falsa:ergo negatiua est vera,scilicet, non dabis, & illam protulit Paulus: ergo cōditio quam posuit Petrus, est adimpleta : & si est adimpleta,ergo Petrus dabit librum: & per consequens affirmatiua est vera,simul cum negatiua quæ fuerat concessa. Si dicas, quòd negatiua est falsa, tunc affirmatiua est vera,scilicet,Petrus dabit librum , & si Petrus dabit librum,iam tunc conditio,quam posuit Petrus est adimpleta:& per consequens,propositio,quā protulit Paulus,erit vera: nam illa fuerat cōditio:& propositio quam protulit Paulus , erat negatiua , contradictoria illius affirmatiuæ,ergo duę cōtradictorię verę. Respondet̃ ꝙ ambę illę sunt falsæ, negatiua , quia se falsificat:& affirmatiua,quia aliter est quā per illā significat̃.Et ꝙ negatiua se falsificet, probatur:nā si negatiua est vera, ergo ita est sicut per illā significatur, & p illā significat̃ ꝙ Petrus nō est daturus librū Paulo , ergo nō dabit,& si non dabit,ergo conditio non est adimpleta:per consequēs, prima propositio quam protulit.non fuit vera, ergo dicta negatiua est falsa,nam illam ꝓtulit Paulus. Et per hæc ad multos alios similes casus, in conditionalibus promissiuis respondetur.

Lectio

Lectio tertia.

Secunda quæstio insolubiliũ est, an detur in refluxiuis bona consequentia, cuius tamen antecedens sit verum & consequens falsum. Et videtur ꝙ nõ: nam hoc est esse bonam consequentiam, ꝙ videlicet, ad veritatem antecedentis sequatur veritas cõsequentis. Sed ex alia parte videtur ꝙ hęc cõsequentia sit bona, hoc consequens non est verum, ergo hoc consequens non est verum (vtrobiq; demonstrando consequens) nam arguitur à synonimo ad synonimum, & tamen consequens est falsum, cum se falsificet & tamen antecedens est verũ, cũ ita sit sicut per ipsum significatur & non se falsificet,

Nota. 1. *Ad hanc quæstionem eodem modo* respondendũ est, quo ad præcedentẽ. Idem enim est concedere duas contradictorias simul falsas, & cõcedere duas synonymas, quarum vna est vera, & reliqua est falsa. Vnde Thomas Bricot & alij negantes in insolubilibus duas contradictorias esse falsas negãt subinde posse dari cõsequentiã bonã, cuius antecedẽs sit verũ, & consequẽs falsum. Et ad argumentum negant consequentiam illam esse bonam, & dicunt satis esse, vt consequẽtia sit mala, quòd consequens se falsificet, antecedens verò non. Sed tunc, vel debent negare cõsequentiã bonam à synonimo ad synonymum, ꝙ est cõtra totam dialecticã, vel debent negare antecedens & consequens illius consequẽtiæ esse synonyma, quod etiã est falsum. Nam perinde se habent illæ duæ propositiones, hęc est falsa, hęc est falsa, vtrobiq; demonstrãdo eandẽ propositionẽ, ac si diceres, hęc mulier est alba, hęc mulier est alba, demonstrãdo eãdem mulierem. Igitur secundum cõmunem opinionẽ, sicut concedimus duas ontradictorias falsas, ita concedimus in bona consequentia antecedens verũ & consequens falsum. Quando enim in definitione bonæ consequentiæ dicitur, antecedens non potest esse verum, quin consequẽs sit verum: accipitur, verum, illic pro ita esse, & quando consequens non habet aliter esse annexum. Vnde in dicta consequẽtia ita est sicut per consequens significat, quemadmodum ita est sicut significatur per antecedẽs. In hac verò consequẽtia, aliter est quàm per hoc consequens significatur: ergo aliter est quàm per hoc consequens significatur (vtrobiq; demonstrante consequens) ita est sicut significatur per antecedens: & tamen aliter est quàm significatur per consequens: quia consequens habet aliter esse annexum. Imò sequitur, quòd in bona consequẽtia antecedens est necessarium, & consequens impossibile. Vt si dicas, hoc consequens potest esse impossibile, ergo hoc consequens potest esse impossibile secundum hãc significationem: nam cõsequens se impossibilitat antecedens verò non, & necessariò ita est sicut significatur per antecedens, cùm sit propositio modalis vera.

At contra solutionem quæstionis arguitur, sequeretur inde quòd modi perfecti primæ figuræ non regularentur per dici de omni, & dici de nullo, cõtra Aristo. 1. prio. probatur sequela. Hęc consequentia: omnis conclusio est falsa, omnis conclusio de barbara, est conclusio, ergo omnis conclusio de barbara est falsa, est in barbara: & tamen aliquid est subsumere sub subiecto maioris, de quo non verificatur prędicatum: nam in dicta consequentia conclusio est falsa, quia se falsificat: & tamen præmissę sunt verę, quia ita est sicut per illas significatur, & non se falsificant. Quòd si dicas satis esse quòd ita est, sicut significatur per cõclusionem, sicut ita est, sicut significatur per pręmissas. Replicatur de isto syllogismo. omnis cõclusio significat aliter esse quàm est, omnis cõclusio de barbara est conclusio, ergo omnis cõclusio de Barbara significat aliter esse quã est. Ad argumẽtum benè responsum est. Sed ad replicam respondetur, quòd vt syllogismus reguletur per dici de omni satis est quòd si ita sit sicut significatur per præmissas, ita sit sicut significatur per conclusionem, nisi conclusio habeat aliter esse annexum sicut contingit in illo secundo syllogismo. Argu. 1.

Secundò arguitur, Ad minus sequitur, quòd in illo priori syllogismo dãtur termini, in quibus omni, & in quibus nulli. Primum patet, quia hęc copulatiua est vera omnis cõclusio est falsa, & omnis conclusio de barbara est cõclusio: & omnis conclusio de barbara est falsa, nam illa tertia pars non se falsificat, quia nõ est conclusio de barbara: quanq̃ si formes consequentiã, conclusio se falsificabit. Sed quòd dentur termini, in quibus nulli patet: nam cùm in priori consequentia prẽmissæ sunt verę & cõclusio falsa, videtur ꝙ contraria conclusionis sit vera. Argu. 2.

postquam non est nisi vna cõclusio de barbara. Et per consequens illa contraria negatiua stat in veritate cum præmissis.

*Respondetur quòd im dictis præ*missis dantur termini, in quibus omni, sed non dantur termini, in quibus nulli: nam quanquã in consequentia prioris argumẽti præmissæ sin verę & conclusio falsa, non tamen sequitur ꝙ eius contraria sit vera, imò ambę contrarię sunt falsę. s. oĩs conclusio de barbara est falsa, & nulla cõclusio de barbara est falsa. Prima, quia se falsificat: & secunda, quia aliter est quã per illã significatur. Eodẽ modo, hic syllogismus, nulla cõclusio est vera, omnis cõclusio de celarẽt est cõclusio, ergo nulla conclusio de celarent est vera regulatur per dici de nullo: quanq̃ prçmissę sunt verę & cõclusio falsa: nec in dictis præmissis dãtur termini, in quibus omni, sed solùm termini, in quibus nulli. At dubium est circa hæc quæ dicta sunt, vtrum syllogismi non reflexiui sint eiusdem formę cũ reflexiuis. v. g. vtrum hic syllogismus, omis mulier est alba, omnis mulier hispana est mulier, ergo omnis mulier Hispana est alba: sit eiusdẽ formę cum illo, omnis cõclusio est falsa &c. Et videtur quòd non, quia in non reflexiuis non potest dari, quòd conclusio sit falsa, & prçmissę verę, sicut in reflexiuis: Adhoc, qui negant syllogismum esse bonum, cuius cõclusio se falsificat, prçmissæ verò non se falsificant, debẽt subinde dicere, syllogismus in reflexiuis non esse eiusdẽ formæ cũ syllogismo in non reflexiuis. Sed opinio cõmunis tenens syllogismũ in reflexiuis esse bonum, debet subinde dicere, syllogismũ ĩ reflexiuis esse eiusdẽ formę cũ syllogismo in non reflexiuis. Nec hoc obstat bonitati syllogismorũ ꝙ det syllogism⁹ similis formę in reflexiuis, cuius præmissę sunt veræ, & conclusio falsa.

Aliud argumentum solet hic fieri de hac consequẽtia Martini de Magistris. Si hęc cõsequẽtia est bona, homo est lapis, pro nomine demonstrãte eandẽ consequẽtiam, vbi contẽdit probare consequentiã esse bonam, & antecedens esse verũ, & consequens falsum, etiam si consequens non se falsificet. Nam vel consequentia hæc est bona, vel mala. Si bona, ergo ita est sicut per antecedens significatur, cùm antecedẽs significet consequentiã esse bonã: & cùm aliter sit quã per consequẽs significatur, datur consequentiã bona. cuius antecedẽs est verũ, & consequẽs falsum. Si autẽ dixeris consequentiã esse malam, tunc cũ res non possit melius se habere vt sit bona secundũ talem significationẽ, fit vt antecedens sit impossibile: vnde rursus sequitur consequentiã esse bonam, & per consequens reddit primum membrum argumenti. Hoc tamen argumentũ tractauimus lib. 3. cap. de conditionali. in quo dixm⁹ nullam esse apparẽtiam. Damus enim illam esse malam consequẽtia. Primò: quia arguit à disparatis: & secũdò quia se malificat. Nam ex hoc quòd sit bona, sequitur antecedens esse verum, & cùm cõsequens sit impossibile; sequitur illam esse malam. Et rursus concedimus, antecedens esse impossibile: sed cũ inde infertur cõsequentiam esse bonam, negamus consequentiam: quia non tenet per modum intrinsecum.

Huic secundę quæstioni appendet tertia, secundũ Summulistas: an videlicet detur in reflexiuis bona consequẽtia, cuius antecedens sit scitum, & consequens nescitum nam Aris. 1. Post. id negat. Ait enim, ꝙ in bona consequentia, cognitis maiori & minori simul cognoscitur conclusio, id est, quã primùm quis scit consequẽtiã & prçmissas, scit conclusionẽ. Sed contrarium apparet in hac consequentia, hoc consequens est nescitum ergo hoc consequens est nescitum (vtrobiq; demonstrando consequens) quę quidẽ consequẽtia est bona, cũ arguatur à synonymo ad synonymum: & tamen cõsequens est nescitum, cùm ad ipsum esse scitum, sequatur ita esse sicut per illud significatur, & inde sequatur esse nescitum: & tamen antecedens est scitum. Idem apparet in hoc syllogismo, omnis conclusio est nescita, omnis conclusio de barbara est conclusio: ergo omnis cõclusio de barbara est nescita.

*Non est in præsentiarum necessa*rium adducere doctrinam Posteriorum, vt videlicet punctim definiamus, quid sit sciẽtia, quid fides, opinio, aut error: sed satis est persunctoriè adnotare propositionem scitam esse illam, cuius est scientia: & scientiã esse assensum verum, firmum, & clarum: vt est assensus huius, omnis homo est animal. Sed fides est assensus verus certus, & obscurus, vt assensus huius, Deus est Trinus. Et opinio est assensus formidolosus, verus, vel falsus. Secundò notandum est hic, quòd sicut est propositio asserens se esse falsam: ita est propositio, asserẽs se nesciri. Et ideò sicut illa

scientia, & fides.

illa hæc est falsa, se falsificat:ita & ista, hæc est nescita, destruit suam scientiam:quia ad ipsam esse scitam sequitur esse nescitam. Sequitur enim est scita,ergo ita est sicut per illam significatur.Et per illam significatur se esse nescitã,ergo est nescita. Vnde concedẽdum est etiam hic,ꝙ ita est sicut per illã propositionem significatur,& tamẽ est nescita. Imò illa est vera,quia non se falsificat: sed solùm destruit suam sciẽtiã. Ex quo sequitur, primò has cõtradictorias, hæc est nescita, hæc non est nescita(vtrobiq; demonstrãdo priorẽ)ambas esse nescitas:primã,qa destruit suã scientiam: & secundã,quia est falsa.Et quidẽ accipiendo,nescitã, pro illo cuius nõ habetur scientia, corollariũ etiam est concedendũ extra reflexiuas: nam potest quis simul dubitare has ambas cõtradictorias,Papa Paulus dormit,Papa Paulus nõ dormit. Imò verò accipiendo, nescitum, pro illo de quo est error:etiam corollariũ est verũ:nam potest quis assentiri huic falsæ, Deus nõ est trinus,& dissentire huic verę,Deus est trin⁹. Quare tunc vtraq; contradictoriarũ erit nescita.Sequitur secundò,illam propositionẽ. hæc est falsa,se falsificãtem esse scitam, imò & illã,hęc est impossibilis,quæ se impossibilitat.Nam ad hoc,ꝙpropositio sit scita,satis est ꝙ ita sit sicut per illã propositionẽ significatur,& non destruat suam scientiam. Sequitur tertiò aliquã vniuersalem esse nescitam,cuius omnes singulares sunt scitæ: vt est hæc,omnis vniuersalis est nescita. Itẽ sequitur,aliquã copulatiuã esse nescitã, cuius oẽs partes sunt scitæ, vt hæc copulatiua est nescita,& hæc copulatiua est nescita: & aliq̃ exclusiuã nescitã,cuius oẽs exponentes sunt scitæ,vt tantùm hæc exclusiua est nescita. Sequitur tãdem vltimò, solutio quæstionis ad partẽ affirmatiuã:videlicet ꝙ in bona cõsequentia præmissæ sunt scitæ, & conclusio nescita:quia destruit suam scientiam.

Contra hanc autẽ solutionem quæstionis arguitur. Assensus antecedẽtis & bonitatis cõsequẽtię,sunt naturalis causa productiua assensus conclusionis: ergo per nullam reflexionem possunt impediri quo minùs producãt ipsum,& sic repugnat me habêre assensum pręmissarũ & totius cõsequẽtiæ:quin habeã assensum cõclusionis:& per consequẽs repugnat antecedens, scitum,in bona consequẽtia,& consequens nescitum. Huic argumento videtur concedendum,ꝙ nullus potest habêre assensum bonitatis cõsequentię & præmissarum,qui habeat assensum conclusionis. Vnde in illa consequẽtia, hoc consequẽs est nescitum,ergo hoc consequẽs est nescitũ: quemadmodũ assentimus antecedẽti, ita assentimus cõsequenti. Nam quemadmodũ ita est sicut significatur per antecedens, pariter ita est sicut significatur per cõsequens. Sed non sequitur, assentim⁹ consequenti,& ita est sicut per illud significatur:ergo scimus illud,quia ita esse illius includit esse nescitum. Quare in hoc sensu nõ est inconueniens concedere vnũ corollariũ. quod prima fronte videtur malè sonare:videlicet, quòd aliqua propositio sit nescita à Deo,& scita à creatura:vt si dicas,hæc est nescita à Deo. Quia non negatur Deum habere assensum illius,postquam ita est sicut per illam significatur. sed solũ cõceditur,quòd illa habet reflexionem,vt non sciatur à Deo tamen non habet reflexionem quo minùs sciatur à creatura. At verò hæc omnia,&alia id genus quæ hic Summulistę multiplicant barbara sunt,atq; adeò indigna, in quibus tempus absumatur.

Vltimum tandem genus reflexionis est,vtrum stet aliquẽ simul decipi &non decipi, dum eidẽ propositioni secundũ eandem significationẽ assentit: nã hoc videtur inuoluere cõtradictionẽ. Sed tamen ex alia parte videtur id contingere, si Petrus assentiat huic propositioni,Petrus decipitur. Aut enim tunc decipitur,aut nõ. Si decipitur: ergo ita est sicut per dictã propositionẽ significatur,cùm adęquatè significet Petrũ decipi:& si ita est,ergo Petrus,qui ei assentit,nõ decipitur. Si vero non decipitur, ergo aliter est quam per illã propositionẽ significatur, & per consequens Petrus, qui assentit ei,decipitur:& sic quancunq; partem dederis,sequitur Petrum decipi, & simul non decipi.

Hic notandum, quòd aliquem decipi in præsentiarum est assentire falso,vel dissentire vero:falso inq̃,id est, significãti aliter esse quàm est,non ex sola reflexione. Quare qui assentit huic,hæc est falsa, nõ decipitur: nec quia assentit huic, hęc significat aliter esse quam est: sed in reflexiuis satis est adhoc quòd Petrus decipiatur, quòd ad ipsum nõ decipi,sequatur ipsum decipi. Vnde ad quęstionem respõdetur,quòd non stat aliquem simul decipi & nõ decipi. Et ad argumentũ respondetur,quod in illo casu Petrus decipitur:& cùm infertur,ergo,ita est sicut per illã

ſignificatur,cõceditur:ſed cùm rurſus infertur,ergoPetrus non decipitur,negatur conſequẽtia:quia ad ipſum nõ decipi, ſequitur ipſum decipi: vt dictum eſt in argumento.

Dubium. *Sed dubium eſt, vtrum aliquo modo* ſit concedendum, quòd Deus decipitur per reflexionem.Et videtur quòd ſic eadem ratione,vt ſi Deus aſſentiat huic propoſitioni,Deus decipitur, nam tunc eodem modo ad eum non decipi, ſequitur ipſum decipi. Aliqui idem cõcedunt de Deo ſicut de creatura,ꝙ decipitur per reflexionem,ſed re vera melius eſt hoc ſimpliciter negare: qa malè ſonat.Vnde dicendum, ꝙ nunquam poteſt ita eſſe ſicut per illam ſignificatur, Deꝰ decipitur, ac ſubinde nec Deus poteſt aſſentire illi,quia Deus non poteſt aſſentire falſo Et quãdo arguitur. Deus non decipitur, ergo aliter eſt quàm per illam propoſitionem ſignificatur,cõceditur:ſed inde nõ ſequitur, quòd Deus decipitur,quia nunquam dabo quod aſſentit illi.Sed cõtra hoc arguitur.Pariter ergo potero excuſare,ꝙ ad Petrum nõ decipi,ſequatur ipſum decipi, ſi non admiſero ꝙ Petrus aſſentit illi propoſitioni,Petrꝰ decipitur:nam tunc ex hoc ꝙ Petrus nõ decipitur, ſolùm ſequitur, quòd aliter eſt quã per illã propoſitionẽ ſignificatur:vnde non ſequitur Petrũ decipi, poſtquã non aſſentit illi falſo.Reſpondetur, quòd ſi non admiſeris Petrum aſſentire dictę propoſitioni,nunquã deducetur illa reflexio: ſed tamen ſupponimus,ꝙ ille caſus eſt admittendus:quia non repugnat Petrum aſſentire cuicunque propoſitioni ſiue verę,ſiue falſæ,ſicut repugnat,Deum aſſentire falſo.Quo fit,vt ſi Petrus diſſentiat dictę propoſitioni,Petrus decipitur,nulla ſequitur reflexio,ſiue detur Petrũ decipi, ſiue non decipi. Nam ſi detur, ꝙ Petrus non decipitur, tunc ſolum ſequitur, quòd aliter eſt quã per talem propoſitionẽ ſignificatur,vnde nõ ſeqnitur,rurſus ipſum decipi:quia diſſentiens falſo non decipitur. Et cõceſſo ꝙ Petrus decipitur,ſolũ ſequitur ꝙ ita eſt ſicut per talem propoſitionem ſignificatur: & cùm petrus diſſentiat illi, non ſequitur ipſum non decipi, imò confirmatur ipſum decipi. Quare nunc illa propoſitio non eſt inſolubilis,nec eſt maior ratio ꝙ concedatur tunc Petrum decipi, quam ipſum non decipi, niſi quia aſſerit Petrum decipi: & ideò melius eſt tunc dare, ꝙ Petrus decipitur.Eadem ratione ſi Petrus aſſentiat huic,Petrus non decipitur,dicta propoſitio non eſt inſolubilis, ſiue detur quòd Petrus decipitur,ſiue detur ꝙ non decipitur. Nam ſi detur quod decipitur, ſequitur aliter eſſe quàm per illam ſignificatur: & cum Petrus aſſentiat illi, non ſequitur quòd non decipitur, imò confirmatur quòd decipitur. Et ſi detur quòd nõ decipitur, ſolùm ſequitur ꝙ ita eſt,ſicut per illam ſignificatur:& cùm Petrus aſſentiat illi,non ſequitur quòd decipitur, imò confirmatur quòd non decipitur. Et hæc pars eſt danda, poſtq̃ illam aſſerit dicta propoſitio. Si verò admittatur caſus, ꝙ Petrus diſſentiat illi, Petrus non decipitur, qui quidem eſt admittẽdus,poſtquàm non repugnat, Petrum diſſentire cuicũq; propoſitioni,etiã ſi ſit vera, tunc ſequitur reflexio ad vtranq; partem.Nam ſi petrus decipitur ergo aliter eſt quàm per illam ſignificatur: & cùm petrus diſſentiat illi ſequitur quòd non decipitur:nam diſſentiens falſo nõ decipitur. Si verò detur quòd non decipitur, ergo ita eſt ſicut per illam propoſitionem ſignificatur:& cùm Petrꝰ diſſentiat illi,ſequitur quòd decipitur.Quare concedẽdum eſt in illo caſu, quòd Petrus decipitur, quia ad ipſum non decipi,ſequitur ipſum decipi.At verò nunquàm eſt admittendũ,ꝙ Deus diſſentiat illi,Deus non decipitur:quia illa propoſitio eſt neceſſaria,&Deus non poteſt diſſentire vero.Eadem ratione,ſi Petrus aſſentiat huic ſoli, Paulus decipit̃, & Paulus huic ſoli, Petrus decipitur,tunc vterq; decipitur: quia alter decipitur,& nõ eſt maior ratio de vno,quàm de alio.Quòd enim aliquis decipiatur:patet: nam dato oppoſito quòd nullus decipitur,ſequitur aliter eſſe, quàm per illam ſignificatur,Petrus decipitur,&per cõſequens, Paulus aſſentiens illi,decipitur.Ex his ſequitur,quòd ſtat,Petrum &Paulum ſimul aſſentire eidem propoſitioni, ſecũdùm eandem ſignificationem,tamen Petrum decipi,Paulum verò non, vt ſi vterq; aſſentiat illi,Petrus decipitur. Item ſtat,quòd Petrus aſſentiat vni propoſitioni,& Paulus ſuę cõtradictoriæ, & tamẽ vterq; decipiatur:vt patet,ſi Petrus aſſentiat huic,Petrus dicipitur, Paulus verò ſuæ contradictoriæ. At verò de huiuſmodi tricis ac nęniis,atq; adeò de inſolubilibus, plus ſatis dictũ eſt: nec qui in his ampliùs immoratus fuerit, laudem ingenij poterit comparare.

DE OBLIGATIONIBVS.



RTEM tandem obligatoriã aliquot regulis absolue re operæpretiũ est. Obligatio est præfixio enũciabilis secundum statũ sustinendi: vt si conueniat inter disputantes vt sustineatur verum: Papam esse Romæ. Status sunt tres. positio, depositio, dubiè positio. Prima regula, possibile positum est admittẽdum. Secunda regula, Quod non est necessarium: si deponatur, est admittendum. Tertia regula, Omnis propositio dubiè posita est admittenda. Quarta regula, Omne positum & admissum, si proponatur, est admittẽdum: & depositum si proponatur, est negandnm, & dubiè positum dubitãdum. Quinta regula, Omne sequens ad cõcessum est concedendum, & antecedens ad negatum est negandum, & antecedens ad dubiè positum est dubitandum. Sexta regula, Propter nullum possibile positum est necessarium negandum aut impossibile concedendum. Septima regula, Ad impertinens respõdendum est secundum sui qualitatem.

Lectio prima.

Obligatio.

EST *ars inter summulas: quam* obligatoriam appellant quæ ad materiam prædestinationis nonnihil cõducit. Eam tamen præter eius dignitatem extendunt, & inextricabilibus tricis inuoluunt. De qua, pauca verba iuuenibus concedemus, quibus eos retineamus, ne desiderium eos capiat plura confingendi. In textu primo diffinitur quid sit obligatio. Est enim ars hæc velut puerorum ludus, quæ procedit ex suppositione, & placito disputantium: vt cùm arguens causa exercitij, ponit respondẽti aliquam propositionem sustentandam in veritate, aut in falsitate, aut tanquàm dubiam, quæ dicuntur tres status propositionis. Vnde cùm Petrus ponit Paulo, Papam esse Romæ, & Paulus admittit illud vinculum, quo Paul⁹ tenetur illud sustinere, est obligatio, instar ciuilis obligationis, quæ ex petitione obligantis, & assensu obligati conflatur. Et sunt tria signa, quibus obligans vtitur, scilicet, pono, depono, dubiè pono. Vnde perinde valet pono hanc, sicut sustine hanc verũ: depono hanc, sicut sustine hanc falsam: dubiè pono hanc, sicut sustine hanc dubiam, Sed si quis dicat, obligo te ad hãc, distinguẽdũ est à respõdente, ad quem statũ velit obligare, nam obligo verbum est commune ad omnes status. Et eadem ratione, respondens non debet admittere quoadusque sit certus quæ propositio ponatur & quid significet, & in quo sensu ponatur si sit æquiuoca. Vt si Petrus dicat Paulo, pono tibi aliquã propositionem quæ habet sensum possibilem, non debet Paulus admittere: nisi certus sit quæ propositio est illa, & in quo sensu ponitur.

Pono, depono, dubie pono.

Secundò notandum est quòd sunt alij termini quibus vtũtur obligatores ante obligationẽ, & alij quibus vtuntur post obligationem. Ante obligationem vtuntur his terminis, impono, suppono: vt impono tibi A, ad significandum. &c. Item suppono tibi Papam esse Romæ: Et quanquam respondẽs admittat huiusmodi impositiones & casus, non propterea manet obligatus, quoad usq; sit posita, aut deposita, aut dubiè posita propositio. Vnde postquàm admissus est casus quòd Papa sit Romæ, si ponatur illa, Papa non est Romæ, admittenda est, ac proinde, sustinenda vera. Sed post obligationem est aliud signum, scilicet, propono, ad quod respondendum, est concedo vel nego.

Impono, suppono.

Ex his sequitur, quando ponitur aliqua propositio virtualiter deponitur sua contradictoria, & quando deponitur vna, virtualiter ponitur alia, & quando dubiè ponitur vna, virutaliter dubiè ponitur

altera: nam qui dubitat vnam contradictoriam, dubitat aliam. Sequitur secundò ꝙ cũ quis ponit aliquam propositionem alicui, non intendit obligare ipsum vt non assentiat illi (nam aliquando ponitur propositio quam respondens scit esse falsam) sed intendit obligare ipsum vt sustineat illam tanquã veram. Et eadem ratione, quando quis deponit alicui aliquam propositionem nõ intendit obligare vt dissentiat, sed sustineat tã quã falsam. Et eadem ratione, quãdo dubiè ponit aliquam propositionem non intendit obligare ꝙ respondens nec assentiat, nec dissentiat: sed quod sustineat illam ac si nec assentiret, nec dissentiret.

In secunda parte textus ponuntur septẽ regulæ quibus ars obligatoria cõtinetur. Prima regula est. Omne possibile positum est admittendum. Et est regula Aristo. 8. Physicorũ, vbi ait: possibili posito in esse nullum sequitur inconueniens. Et intelligitur regula in sensu exclusiuo, id est, ꝙ solũ possibile admittitur, nam id quod est impossibile non est admittendũ. Et accipitur, admittendum, nominaliter, id est, dignum vt admittatur. Item possibile accipitur in regula pro eo de quo potest haberi opinio ꝙ sit possibile. Quare siue ponatur illud, quantitas distinguitur à re quanta, siue suum cõtradictorium vtrunq; per se admittendum. Quare non inconuenit in arte obligatoria admittere aliquid inopinabile, modò sit impossibile, vt nulla mater diligit filium, nullus homo appetit esse fœlix, & similia. Secũda regula est, Quicquid nõ est necessarium, si deponatur, est admittendum. Et intelligitur etiã in sensu exclusiuo, quia necessariũ nõ debet sustineri tanq̃ falsum. Tertia est, ꝙ oĩs propositio dubiè posita est admittenda. Et intelligitur vniuersaliter, siue sit cõtingẽs, siue necessaria, siue impossibilis. Et ratio regulæ est, quia admittẽs illã nõ obligaẽ sustinere illam tanquã veram, nec falsam: nec impossibilẽ, nec necessariam: sed solùm ꝙ non habeat assensum, nec dissensum illius. Et ideo, fortè principia per se nota quæ nullus potest dubitare, si dubiè ponatur, non sunt admittenda. Et tres regulæ deseruiunt primo aggressui obligationis. s. quantum ad positionem: reliquæ verò deseruiunt durante tempore obligationis.

Regula. 1.

Regula. 2.

Regula. 3.

Vnde quarta regula habet tres partes. Prima, omne positum bene admissum, propositum est concedendum. Et intelligitur quotiescunq; ponatur durãte tempore obligationis. verbi gratia: Posita & admissa hac, Petrus disputat, quotiescunq; proponatur est concedenda, tẽpore obligationis, licet sit falsa: quia obligatio erat sustinendi illam veram. Et intelligitur regula, dũmodò positũ proponatur sub forma positi. Quare si fuit posita & admissa illa, Marcus orat, & proponatur illa, Tullius orat, non est cõcedenda virtute obligationis) sed respondẽdum est ad illam secundum sui qualitatem, id est, si est vera, est cõcedenda, & si falsa, neganda. Et ratio est, quia qui obligatur ad sustinendum aliquam propositionem, solùm obligatur ad sustinendum illam, quæ est secum synonyma voce & significatione. Secũda pars regulæ est, ꝙ depositum admissum si ꝓponatur, est negandũ: & tertia, ꝙ dubiè positum & admissum, si proponatur, est dubitandum. Quæ quidem partes proportionabiliter intelliguntur sicut prior.

Regula. 4.

Quinta regula habet itidem tres partes. Prima, ꝙ omne consequens ad cõcessum est concedendum. Intelligitur etiam si sit cõsequẽs ad admissum, quanq̃ nũquàm fuerit cõcessum. Et eadem ratione est concedendum, omne quod sequitur ex opposito bene negati: verbi gratia, si posita fuit & admissa hæc, homo ambulat: tunc si proponatur hæc, animal ambulat, concedenda est, quia sequitur ex admisso: nam aliàs concederetur antecedens bonæ consequentię & negaretur consequẽs. Et si sit deposita hæc, animal ambulat, & admissa, tũc si eadẽ proponatur est neganda. Et tũc si proponatur hæc, nullus homo ambulat, cõcedenda est, quia sequitur ex opositio bene negati: sequitur nãq;, nullum animal ambulat: ergo nullus homo ambulat. Ex hac parte sequitur ꝙ omne repugnãs posito & admisso vel opposito negati est negandum: vt posita & admissa hac, homo ambulat, si postea proponatur hęc, nullum animal ambulat, negãda est: & deposita & negata hac, animal ambulat, si proponatur hæc, homo ambulat, negãda est, quia repugnat illi, nullũ animal ambulat: aliàs concederentur duæ contradictoriæ. Secunda pars regulæ est, quòd antecedens ad depositum & negatum est negandum: vt deposita est negata ista, animal ambulat, tunc si proponatur hęc, homo ambulat, neganda est, nam aliàs concederetur antecedens bonæ cõsequentię & negaretur cõsequens. Idẽ enim est concedere antecedens ad de-

Regula. 5.

ad depositum & negatum, ac si concedatur id quod repugnat opposito bene negati. Tertia pars est, quòd antecedens ad dubiè positum, si proponatur, est dubitãdum, id est, non est concedendum: nam potest etiam negari: verbi gratia, dubiè posita ista, homo disputat, si proponatur hæc, Petrus disputat, dubitanda est, etiam si respondens sciat esse veram: nam aliàs in bona consequentia daretur antecedens esse scitum & consequens esse dubium. Sed potest negari, quia non incõuenit, in bona consequentia antecedens esse falsum & scitum esse tale, & consequens esse dubium. Ex hac sequitur corollariè quòd consequens ad dubiè positum non est negandum, sed vel dubitandum vel concedendum. Est enim inconueniens quòd in bona consequentia antecedens sit dubium, & consequens scit scitum esse, falsum, sed tamen non inconuenit quòd antecedens sit dubium, & consequẽs scit scitum esse verũ, Sexta regula est, quòd propter nullum possibile positũ, est necessarium negandum, aut impossibile concedendum. Ratio est quia possibili nullum necessarium repugnat, nec ex possibili sequitur impossibile.

Regula. 6.

Septima regula est, ad impertinens respondendum est secundum sui qualitatem. Vbi notandum est quòd pertinens est illud, quod vel antecedit ad aliquã propositionem, vel consequitur ad illam, vel repugnat illi. Vt homo ambulat, est pertinens antecedens ad illam, animal ambulat, & hæc secunda pertinens consequens ad priorem. Sed nullum animal ambulat, est pertinens repugnans vtriq;. Propositio impertinens alteri, est quæ nec antecedit nec consequitur ad aliam, nec ei repugnat: vt Petrus disputat, Paulus disputat. Vnde sequitur quod nulla propositio est pertinens alteri, quia altera etiam sit pertinens priori, nec aliqua propositio est impertinens alteri, quin mutuò altera etiam sit priori impertinens, facilè ex dictis colligitur. Est ergo sensus regulæ, quòd quoties durãte obligatione proponitur aliqua propositio, impertinens admisso aut concesso, respondẽdum est ad illam secundum sui qualitatem, ac si nulla esset obligatio: itaque si sit vera, concedatur, & si sit falsa negetur: verbi gratia, Posita & admissa illa, homo disputat, si proponatur illa, homo est lapis, neganda est, & si proponatur illa, Deus est, cõcedenda est, Ex quo sequitur, quòd aliqua propositio quæ priori loco est impertinens, in secundo efficitur pertinens: verbi gratia, si sit casus quòd nullus homo disputet, & ponatur hęc vniuersalis, omnis homo disputat, admittẽda est, quia possibilis: tunc si proponatur hæc, Petrus est homo est impertinens, & ideo concedenda est si est vera, & neganda est, si est falsa. Quòd si concedatur, tunc illa, Petrus disputat facta est pertinens sequens. Nam sequitur in darij, Omnis homo disputat, Petrus est homo: ergo Petrus disputat. Sed si admissa illa, vniuersali, omnis homo disputat, statim priori loco proponeres illam, Petrus disputat, tunc est impertinens, & ideo neganda est, quia falsa, & tunc illa, Petrus est homo, facta est pertinens repugnans. Nam eius contradictoria sequitur in baroco ex admisso & opposito bene negati, scilicet, omnis disputat, Petrus non disputat: ergo non est homo. Et est hic notandum, ꝙ non solùm ad impertinẽs respondendum, est secundum sui qualitatem sed etiam ad illud quod est antecedens ad positum & concessum: & ad illud quod est consequens ad depositum & negatum, respondendum est secundum sui qualitatem ac si esset impertinens: verbi gratia, Admissa & cõcessa ista, animal ambulat, si proponatur hæc, homo ambulat, neganda est si est falsa, quia non conuenit in bona consequentia, antecedens est falsum & consequens verum. Et eadem ratione, deposita & negata illa, homo ambulat, si proponatur illa, animal ambulat, concedenda est si est vera.

Finis ergo artis obligatoriæ est, tradere modum quo quisque posit sustinere quodcunque possibile, in quocunq; statu, consequenter (vt dicunt) respondendo, absque hoc quod capitur in sermone. Vnde officium arguentis est ponere & proponere multa impertinentia, & tandem obiicere aliquod pertinens, quod latenter præcedẽtibus omnibus repugnet, vt capiat in sermone respondentem. Sed officium respondentis est, cautè cõsiderare omnia pertinentia & impertinẽtia nè capiatur. Quod si opponens intellexerit, aduersarium malè respondisse, tunc dicat esse tempus obligationis. Quo cessante (quia iam tũc fatenda est à respondente rei veritas) manifestum faciet illum malè respondisse intra tempus obligationis. Tẽpus enim obligationis est

quo

quo respōdēs tenetur sustinere illud quod admisit, & cōsequēter responde ad omnia. Quod cessauit, vel per conuentionem factam in principio: vt si arguens dixerit, pono hanc per solam horam sequentem: vel secundò cessabit ad libitum opponentis: quādo ipse voluerit vt cesset, ad manifestandum aduersarium malè respondisse.

Lectio secunda.

Not. 1. *Hæc omnia quæ dicta sunt, pau*cis exemplis explicabimus. Et quia principalis vsus obligationum est in materia de prædestinatione. primò arguitur sic: Simus in illo tempore medio postquam Christus dixerat Petro, Antequàm gallus cantet ter me negabis: & quando nondum negauerat ipsum, & pono tunc istam, Petrus non negauit Christum: qua admissa, quia est possibilis, propono eandem & arguitur sic. Illa non est tunc cōcedenda: ergo quarta regula falsa pro prima parte. Probatur antecedens, nam illa concessa, cessat tempus obligationis. Et probo quòd malè respondisti. Sequitur namq; Christus non potest mentiri & dixit Petro ter me negabis, ergo Petrus negauit Christum. Maior est necessaria, quæ vt habetur in sexta regula, propter nullum possibile positum est neganda & minor est vera, quia est posita in casu: ergo conclusio vera, & conclusio est contradictoria propositionis concessæ: ergo duæ contradictoriæ veræ.

Argum. 1.

Ad argumentum admisso casu, vt fuit in rei veritate, tunc propositio illa. Petrus non negauit Christū admittitur, quia est possibilis (si enim non fuisset possibilis tunc Petrus non fuisset liber ad non peccandum, & sic non peccasset.) Quare quando postea proponitur eadem propositio, cōcedo illam, iuxta quartam regulam. Sed cessante tempore obligationis nego quòd malè respōdi intra tempus obligationis, & concessa maiore consequentiæ quam formas, quia est necessaria, dico quòd nunquā concessissem minorem in tempore obligationis, licet sit vera, quia repugnabat posito & concesso. Istæ enim repugnant, Christus dixit Petro, ter me negabis, & Petrus non negabit, aduerte quomodo differt inter hoc quòd est dicere, sit casus Christum dixisse & cætera. Et hoc quod est dicere, pono tibi hanc, Christus dixit. &c. Nam non obstante veritate casus, potest illa negari, quia repugnat posito per viam obligationis. Vnde si admisso casu, è conuerso: priùs posuisses illam, Christus dixit Petro ter me negabis, illam admisissem & concessissem: & tunc si secundo loco posuisses aliam, Petrus non negabit, negassem illam, tanquàm repugnantem. Sed replicatur contra hoc. posita & concessa in priori loco illa, Christus dixit Petro ter me negabis, tunc pono illam, possibile est Petrum non negaturum Christum, quam si concedas, quia illa modalis non repugnat propositioni concessæ, tunc ponatur in esse, & probo quòd male respondeas, quia de inesse illius modalis repugnat priori concessæ. Ad hoc concedo in secundo loco illam modalem, sed non admittam quòd ponatur in esse, nisi tollatur alia, Christus dixit. & cætera. quia modalis non repugnat illi, sed de inesse repugnat. Et per hanc artem respondēdum est in materia de prædestinatione. Vt si opponens dixerit, sit rei veritas Deum pręsciuisse Antichristum fore, quo casu pono hanc, Antichristus non erit, admittenda est hæc, quia possibilis, & postea concedenda, & si postea inferatur, antichristus non erit, & Deus nō potest decipi: ergo Deus non pręsciuit, conceditur consequentia & cōsequens licet sit falsum, quia sequitur ex admisso cum vno necessario. Nota quemadmodum necessarium non exigit vt proponatur: sed quandocunque assumatur, est concedendum, sicut impossibile negandum. Si verò quando opponens in principio dixit, sit rei veritas Deum pręsciuisse. & cæt. dixisset pono hāc, Deus pręsciuit, iam esset obligatio sustinendi illam, & tunc si proponeretur illa modalis, possibile est antichristum non fore, concedenda esset, tanquàm vera & impertinēs: sed si postea ponerentur in esse ait, Christus nouerit, neganda esset, quia repugnat posito.

Argum. 2.

Secundò arguitur, pono tibi hanc, nihil est à te concedendum, qua admissa, quia possibilis, propono eandem. Si negas ergo quarta regula falsa pro prima parte, si verò concedas, propono hanc, tu non male respondes, qua cōcessa quia vera & impertinēs, arguitur sic, Tu concedis hanc: nihil à te concedēdum, & non male respondes, ergo dicta vniuersalis negatiua est à te concedenda: rursus, ergò aliquid est à te concedenden-

cedendum quæ quidem particularis est cõtradictoria illius vniuersalis admissæ & concessæ,& per consequens concedis duo contradictoria. Ad argumentum admitto illã vniuersalem negatiuam, quia est possibilis, & postea concedo eandem, & secundò concedo me non male respondere. Sed postea nego maiorem consequentiæ quam subiungis, scilicet, tu concedis hãc vniuersalem. &c Nam quanquam hæc maior sit vera, repugnat tamen posito & concesso. Si vero secũdo loco non posuisses illam, tu non male respondes, sed hanc, tu concedis hanc vniuersalem, concessissem tanquam veram & impertinentem: sed postea negassem illam, tu non male respondes, tanquam repugnãtem.

Argu. 3. *Tertiò principaliter arguitur. Sit* casus, quòd tu sis Salmanticæ, & pono tibi hanc, omnis homo est Romæ: qua admissa, postquam est possibilis, propono eandem: qua concessa, propono hanc tu es Romæ. Si concedas illam, concedis falsum & impertinens, contra septimam regulam: si verò neges, tunc peto à te vbi nam sis. Si respondeas te esse Romæ, tunc concedis illud quod negaueras. Si respondeas te esse Salmanticæ, tunc arguitur sic, Tu es Salmãticę ergo tu non es Romæ: rursus, omnis homo est Romæ, tu non es Romæ: ergo tu non es homo: in baroco rursus, ergo non es Salmanticæ, ac subinde concedis duo contradictoria.

Ad argumentum admissa & con cessa illa vniuersali, omnis homo est Romæ, & negata illa, ego sum Romæ, tanquam: falsa & impertinente, tunc quando petis à me, vbi nam sim, quæro ego, velis ne teneam me posse esse in duobus locis, an non. Si primum, tunc respondeo me esse Salmanticæ: quia verum & impertinens, sed tunc nego illam consequentiam, sum Salmanticæ: ergo non sum Romæ, imò si tertio loco proponatur mihi, tu es Romæ, teneor concedere: tanquam sequens ex posito & concesso. Sequitur nanque, ego sum Salmanticæ: ergo ego sum homo: rursus, omnis homo est Romæ, ego sum homo: ergo ego sum Romæ. Quare concedam tanquàm consequens me esse in duobus locis. Si verò secundo loco proponas me nõ esse in duobus locis, tunc quando petis vbi sim non possum dicere quòd sum Romæ, quia est falsum & impertinens, non enim sequitur, omnis homo est Romæ: ergo ego sum Romæ, vt patet si non sim in mũdo, nec possum dicere, quòd sum Salmanticæ: nam illud repugnat concessis. Sequitur enim, ego sum Salmanticæ: ergo ego sum homo: rursus, omnis homo est Romę, ego sum homo ergo ego sum Romæ, & sic sum in duobus locis, quod est negatum. Nec possum respõdere quòd sum nullibi: nam hoc est falsum & impertinens, quia nec sequitur nec repugnat concesso. Igitur solùm respondendum est quòd sum alicubi: nam hoc est verum & impertinens, sed si postea insistas vbi nam sum, tunc respõdeo, quod sum Romę: nam hoc sequitur ex concessis: sequitur nãque ego sum alicubi: ergo ego sum homo: rursus, omnis homo est Romæ, ego sum homo: ergo ego sum Romæ. Eadem ratione si concessis, omnis homo est Romæ, & tu non es in diuersis locis, proponas tu es Romæ vel Salmanticæ, concedam tanquàm verum & impertinens, sed tunc rogatus vbi nam eorum locorum, respondebo, Romæ, tanquã sequens ex posito & concesso, vt modò expositum est.

Argu. 4. *Quartò principaliter arguitur,* pono tibi hanc, Deus est, & homo est lapis, conuertuntur: qua admissa, quia est possibilis per nouã impositionem alterius illarum, & subinde cõcessa, propono hanc, Deus est: Quam si concedas, quia est necessaria, tunc propono hanc, homo est lapis. Si concedas, ergo concedis impossibile contra sextã regulam. Si verò neges, tunc negas quod sequitur ex concessis contra .v. Sequitur nanque, Deus est, & homo est lapis, conuertuntur: Deus est: ergo homo est lapis.

Materia huius argumenti vocatur similium positio, quæ solet fieri sub hac forma, pono tibi hanc, hæ duæ sunt similes, id est, conuertibiles. Et pro solutione argumẽti notandũ, vt suprà diximus, latè differre inter hæc ꝙ apponens dicat, impono hãc propositionẽ, vt conuertatur cũ illa, & hoc ꝙ dicat, pono hanc, hæ duæ conuertuntur. Nam primo modo nulla resultat obligatio, sed est mutatio impositionis, sed secũdo mõ resultat obligatio sustinẽdi cõuertibilitatem illarũ propositionũ. Quare illa obligatio nõ tollit significationes quas habẽt termini ex sua impositiõe: sed admittitur illa cõuertibilitas, quia est possibilis, & postea cõceditur quia est admissa. Vnde semper respõdendũ est iuxta proprias significantias terminorum.

rum, quoadusque repugnet concessis. Igitur ad argumentum admissa & cōcessa conuertibilitate illarum propositionum concedo secundo loco illam, deus est: quia est necessaria: & nego illam, homo est lapis, quia est impossibilis, iuxta doctrinam sextæ regulæ. Sed tunc, nego illam consequentiam, deus est, & homo est lapis: conuertuntur, & deus est, ergo homo est lapis: nam conclusio est impossibilis, & præmissæ sunt compossibiles. Et casu quo illa propositio, deus est, simul significaret æquiuocè & deum esse & hominem esse lapidem, præmissæ essent veræ & conclusio falsa. Sed aliter replicatur.

Admissa & concessa illa, hæ propositiones, deus est, & homo est lapis, conuertuntur, propono hanc, neutra illarum habet nisi vnicam significationem. Qua concessa, quia vera & impertinens, propono illam homo est lapis. Si concedas concedis impossibile, contra sextam regulam. Si neges, negas consequens ex concessis & vno necessario. Nam sequitur bene, Deus est, & homo est lapis, conuertuntur, & non habent nisi vnicam significationem, & Deus est: ergo homo est lapis. Respondetur, quòd concessa conuertibilitate illarum & quòd neutra habet nisi vnicam significationem, adhuc nego hominem esse lapidem: quia impossibile. Nec valet hæc vltima consequentia. Nam semper consequens est impossibile, & præmissæ compossibiles. Et casu quo illa, homo est lapis, significaret tantum sicut, Deus est, præmissæ sunt veræ, & conclusio falsa. Licet enim tunc verum esset dicere, hæc propositio homo est lapis, est vera, non tamen sequitur homo est lapis, est vera: ergo homo est lapis, nam antecedens est contingens & consequens impossibile. Vnde admissis & concessis illis, hæ propositiones conuertuntur, & neutra habet nisi vnicam significationem, si postea proponatur hæc propositio, Deus est, est vera, concedatur, quia est vera, contingens, & impertinens. Et si postponatur, homo est lapis, est vera, est concedenda: quia est contingēs & sequens. Sequitur enim illæ, conuertuntur, & neutra habet nisi vnicam significationem: & deus est, est vera: ergo homo est lapis, est vera. Sed nunquam concedam illam, homo est lapis: quia hoc est concedere hominem esse lapidem: quia in tota obligatione nunquam est mutata significatio illius propositionis. Quòd si admissis & concessis illis, illæ conuertuntur, & neutra habet nisi vnicam significationem, proponatur statim, homo est lapis, est vera, neganda est: quia falsa & impertinens. Et si postea proponatur illa, deus est, est vera, neganda: est quia repugnat concessis, & opposito neganti. Sequitur enim, illæ conuertuntur & neutra habet nisi vnicam significationem, & homo est lapis, non est vera, ergo deus est, non est vera. Sed nunquam est neganda illa, Deus est: quia hoc esset negare Deum esse.

Quintò arguitur. Pono tibi hanc, tu concedis duo contradictoria, qua admissa, quia est possibilis (potes enim malè respōdere) propono hanc, deus est: qua concessa quia necessaria, propono hanc, homo est lapis: qua negata, quia est impossibilis, propono hanc, rex sedet: qua dubitata, quia est dubia, propono hanc, tu malè respondes. Si negas, tu negas sequens ex primo concesso. Sequitur enim, tu concedis duo contradictoria, ergo malè respondes. Si verò concedis arguitur sic: Tu admittis admittendum, concedis concedendum, negas negandum, dubitas dubitandum, ergo nō malè respondes. Item tu teneris semper bene respondere: ergo nunquam debes concedere quod malè respondes.

Ad argumentum admissa positione prima, quia est possibilis, & concessa illa propositione necessaria, & negata impossibili, & dubia dubitata, cùm tamē proponatur, tu malè respondes: concedo, quia sequens ex posito. Et ad primam rationem in contrarium, si fiat durante obligatione, concedo me admittere admittendum concedere concedendum, & negare negandum: quia hæc omnia sunt vera, & impertinentia: sed nego me dubitare dubitandum: quia hæc repugnat posito. Sequitur nanque, Ego male respondeo: & non sunt nisi quatuor modi respondendi (hæc nanque reputatur necessaria, vel proponatur ante illam, Deus est) & admitto admittendum, & concedo concedendum, & nego negandum: ergo non dubito dubitandum. Quare quæcunque tres partes proponantur, priùs concedam illas tanquam veras & impertinentes: sed quartam negabo tanquam repugnantem. Et ad secundam rationem concedo quòd semper teneor bene respondere.

Sexto

Sextò arguitur, pono tibi hanc, nihil est tibi positum, qua admissa quia possibilis, propono hanc, tu es obligatus. Si concedis, concedis repugnans; nam sequitur bene, nihil est tibi positum: ergo non es obligatus. Si negas, arguitur sic. Expositione & recta admissione conflatur obligatio: sed est tibi posita & rectè admissa aliqua propositio: ergo tu es obligatus. Ad argumentum admisso & concesso quòd nihil est mihi positum, nego me esse obligatum, tanquàm repugnans. Et ad argumentum in contrarium, nego illam minorem: scilicet, quòd sit mihi posita & admissa aliqua propositio: nam & illa repugnat primo posito & admisso. Sed adhuc replicatur. Si tu negas illam, tu es obligatus, tanquàm repugnantem: ergo repugnat posito & admisso, & si aliquid est admissum: ergo iam es obligatus. Respondetur, quòd ego nego me esse obligatum: sed nõ do causam intra tempus obligationis, nec confiteor me esse obligatum, & per consequens cõcedam duo contradictoria. Sed cessante tẽpore obligationis, dabo causam: quia repugnabat posito.

Lectio secunda.

CIRCA *alias species obligationis* eadem arte operandum est: verbi gratia, si deponatur hæc, tu es, est admittenda quia potest esse falsa, idem enim est deponere vnam propositionem, & ponere suam contradictoriam, & illa admissa, si proponatur hæc, tu mihi respondes, neganda est, iuxta secundã partem quintæ regulæ, quia antecedit ad depositum. Et eadem ratione si post depositionem illius, tu es, ponatur hæc disiunctiua, tu es, vel tu non potes esse, concedenda est: quia vera & impertinens: sed si postea proponatur hæc, tu potes esse, neganda est, tanquàm antecedens ad depositum, nam sequitur bene, tu es, vel tu non potes esse, sed tu potes esse, ergo tu es, à tota disiunctiua, cum destructione vnius partis ad positionem alterius. Sed replicatur contra solutionem, sequeretur: ergo quod aliquod necessarium esset negandum contra sextam regulam. Deposita enim illa, tu es, propono tibi hanc, tu nunquam es mortuus, qua concessa quia vera & impertinẽs propono hanc, tu admisisti aliquod bene positum. Si neges, negas aliquod necessarium: nam illa est de præterito, ad cuius oppositum non est potentia. Si verò concedas, concedis antecedens ad depositum, sequitur enim bene, tu admisisti aliquam propositionem: ergo tu dixisti, & nunquã es mortuus: ergo tu es. Ad replicam conceditur quòd est negandum necessarium secundum quid: puta, quod aliquando fuit possibile, tanquàm antecedens ad depositum. Et eadem arte concedendum est aliquod impossibile secundum quid quod aliquando fuit possibile tanquàm consequẽs ad oppositum.

Circa vltimam speciem, scilicet, dubiæ positionis, arguitur sic: Sit rei veritas, quòd tu sis electus episcopus, & illud scias, tunc dubiè pono tibi hanc, aliquis homo est electus episcopus: qua admissa, quia potest dubitari, propono hanc, tu es electus episcopus: qua concessa, quia vera & impertinens, propono hanc, tu es homo. Quã si dubites, dubitas propositionem veram, quæ non potest dubitari, & à fortiori non debet negari. Si verò concedas, concedis antecedens ad dubiè positum, contra tertiam partem quintæ regulæ. Sequitur nanq; tu es episcopus, & tu es homo: ergo aliquis homo est episcopus.

Circa hoc argumentum notandum est, quòd quemadmodum non potest negari propositio necessaria: quia non potest esse falsa: nec propositio impossibilis potest concedi, quia non potest esse vera: ita nec est admittenda propositio tanquàm dubia illa quæ non potest dubitari: vt sunt prima principia per se nota, & hæc propositio, tu es, tu loqueris, & similis. Vnde ad argumentum, admissa tanquam dubia illa, aliquis homo est episcopus, quando proponitur illa, tu es electus episcopus, nullo modo est concedenda, licet sit scita esse vera, sed est dubitanda: quia cum vna quæ non potest dubitari, antecedit ad dubiè positum.

Sequitur nanque, tu es episcopus, & tu es homo: ergo aliquis homo est episcopus.

Consequens est dubium: quia admissum esset tale: ergo antecedens est dubium. Et minor non potest esse dubia: ergo maior est dubia.

Solent

*Solent hic fingere sophistissimi ho*mines, nescio quæ portenta nominum: puta, quòd obligationum alia sit dependens, alia cadens, alia renascens. Obligatio dependens est illa, quæ fit sub aliqua conditione, quæ quidem non tenet, nisi adimpleta conditione: vt si quis dicat, pono tibi hanc, si prima propositio quam post hanc protulero fuerit negatiua. Obligatio cadens, est illa, quæ fit vsque ad præfinitum tempus vt si quis dicat, pono tibi hanc, quoadusque tua responsio fuerit negatiua. Quæ quidem cessat quàm primùm aduersarius responderit negatiuè. Obligatio renascens est illa, in quæ præfinitur tempus cessationis & reuersionis: vt si dicas, de pono tibi hanc, quo adusque responderis negatiuè: quæ postea reuertatur, quando responderis affirmatiuè, At verò, pudet id genus sordes, ac næniarū fæces persequi: quæ nō nisi nauseam mouere possunt.

FINIS.

Salmanticæ.

Excudebat Andreas à Portonariis, Anno.

1555.